DUKE
UNIVERSITY

DIVINITY SCHOOL
LIBRARY

IV
Div. S.
208.1
H968SU
pt. 4

⟨IV.⟩

⟨SUPER QUARTUM SENTENCIARUM.⟩

⟨A.⟩

⟨Incepcio.⟩

|| Liber quartus Sentenciarum hic primus declaratur.*A* || *A 1r*
Principium in quartum.*D* *D 232r b*
Principium in 4um Sentenciarum.*H* *F 131v a*
G 1r
H 114r
I 180A
K 86r
L 1r a

⟨I.⟩

⟨1.⟩ **SI quis vestrum[1] indiget sapiencia, postulet a Deo, Jacobi 1°[2].**

Circa *principium primi Sentenciarum* in introduccione[3] huius thematis dixeram, quod liber quartus Sentenciarum sacramentorum altum misterium continet, propter que ipse quartus liber est apoteca sanissima[4] fidelibus redolens; et ibidem in divisione thematis dixeram, quod sacra scriptura quoad 4um commendatur ex liberalitate[5] largiflua, quia omnes indigentes invitat dicens: »*Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo.*«

⟨2.⟩ Igitur, qui[6] sacramentorum misterium | altum cupit aliqualiter attingere, qui satagit apotece suavissime redoleniam gustare, et qui liberalitatis largiflue se desiderat fore participem: | *I 180B*
'postulet a Deo'. Ad hec siquidem tria necessaria est sapiencia, de qua dicitur in themate: »Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo« Nam quia quilibet nostrum indiguit sapiencia, ut Trinitas misterium fide perciperet, quoad primum

[1]) *Codd.*: *super lineam add. G.* — [2]) *Codd.*: V° *A.* — [3]) *Codd.*: in *G om.* — [4]) *Codd.*: suavissima *IHK.* — [5]) *Codd.*: libertate *A.* — [6]) *Codd.*: quia *male A.*

Sentenciarum librum, et quivis nostrum indiguit sapiencia, ut produccionem omnium rerum, lapsum angeli et hominis, et redempcionem[7] hominis per graciam mediatoris Dei et hominum agnosceret, quantum ad secundum librum, et quilibet nostrum indiguit sapiencia, ut benedicte incarnacionis misterium et donorum Spiritus Sancti ac[8] virtutum susciperet profectum, quantum ad tercium librum: iam[9] quarto revera quilibet nostrum indiget sapiencia, ut percipiat sacramentorum misteria, quoad quartum librum. Igitur sane Apostoli vox et thematis intonat, nos ad postulandum sapienciam provocans, qua sacramentorum dinoscuntur misteria, ita dicens: »*Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo*«, quia Deus dabit, sapiencia ministrabit, et quivis vestrum suscipiet, si meritorie a Domino[10] postulabit. Nec dubitet quis petitum veraciter[11] obtinere, si voluntate sincera voluerit sapienciam postulare. Nam ait ipse Dominus Johannis 16°: »Amen, amen, dico vobis, si quid »pecieritis Patrem meum, in nomine meo dabit vobis.« — Ecce Salvator ad refellendum[12] dubietatem petentis hoc adverbium iurandi
|| *I* 'amen' geminat, ut, quod ex duplici eius natura || verba promissionis
180 C processerant. ostendat, sc. ex eius humanitate et divinitate; huius enim certitudo exprimitur veritatis, cedat ergo petentis hesitacio. Nam et Jacobus, amicus veritatis, ait: »Si quis vestrum indiget »sapiencia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non »improperat: et dabitur ei, postulet autem in fide nichil hesitans ...« quia Veritas ait: »Amen, amen, dico vobis, si quid pecieritis »Patrem meum in nomine meo, dabit vobis.« Quicunque ergo vis petere, noli dubius hesitare. Si quid in nomine Jesu petis, certe sapienciam petis, noli discedere, persevera, ut merearis accipere, certe indiges sapiencia, postula perseverans et dabit tibi; ipse ad petendum excitat, ipse promittit, ipse docet te et singulos, qualiter debeamus petere, ut mereamur petitum finaliter obtinere. Nam ait Luce 11°: »Ego dico vobis: Petite, et dabitur vobis: querite, et »invenietis: pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, ac»cipit, et qui querit, invenit, et pulsanti aperietur.« — Ecce, karissimi, hortatur nos Dominus et ammonet, quid facere debeamus, quia petere in fide, querere in spe et pulsare in caritate: petere in fide sapienciam, querere in spe graciam, et pulsare in caritate, ut det vitam eternam. Ecce, karissimi, et nos a se munera petere
| *I* docuit, et nobis petentibus hoc dare promisit; sic enim dixit:
180 D »Petite et dabitur | vobis, querite et invenietis, pulsate et apperietur »vobis!« Ubi ait ven. Beda: »Dominus noster paratus est dare, »quod petimus, si nos paratos invenerit accipere, si nos dignos »sue gracie curemus efficere.« — Ideo qui vult petere, petat vera[13] humilitate[13], qui querere cupit, querat summa diligencia, caveat,

---

[7]) *I; codd. male* reparacionem. — [8]) *Codd.*: atque *A.* — [9]) *Codd.*: ideo *A.* — [10]) *Codd.*: a deo *AG.* — [11]) *Codd.: post* veraciter *male add.* non *a* [12]. — [12]) *Codd.*: repellendum *AHL*, referendum *G.* — [13]) *G*; *idem ex corr. I;* veram humilitatem *codd.*

ne terrenis inhereat cor eius desideriis. Qui pulsare vult Domini largitatem, teneat corde sincero, constanti animo bonam voluntatem, quia sic Domino largiente, quod petit, querit, et pulsat, merebitur invenire.

<3.> Igitur confirmetur in fide Christi, querat cum pura confessione et mundet se ab omni inquinamento et opere malo. Si quis iuravit illicite, nolit[17] iuramentum inplere. Nam dicit Isidorus[14]: »In malis promissis prescinde fidem, in turpi voto »muta decretum, quod incaute iurasti, noli facere, impia est pro»missio, que scelere adinpletur«. Et ven. Beda Omelia 43ª dicit: »Si quid nos incaucius iurare contigerit, quod observatum peiorem »vergat in exitum, libere illud salubriori consilio mutandum nove»rimus, ac magis instante necessitate peiorandum nobis, quam pro <vitando>[15] periurio in aliud crimen gravius esse divertendum«. — Et idem[16] patet per b Augustinum super illud Marci 6°: »Contristatus est rex propter iusiurandum«, et per b. Ambrosium in libro 'De officiis' et per Magistrum in 3° Sentenciarum, distinccione penultima. Ubi ex auctoritatibus plurimis concludit dicens, quod iuramentum, ||| quod est »contra fidem, vel contra caritatem, quod observatum in peiorem »vergit exitum, pocius mutandum est quam inplendum.« Unde »qui »sic iurat, vehementer peccat, cum autem mutat, bene facit. Qui »autem non mutat, dupliciter peccat, et quia iniuste iuravit, et »quia facit, quod non debet«. Hec Magister. — Si ergo quis vestrum iuravit, ut exiret de Bohemia nunquam reversurus, hic illicite iuravit, rescindat iuramentum stultum, illicitum, a[18] dyabolo et suis satellitibus[19] inductum, ne incurrat duplex peccatum. Vere sic iurans indiget sanctorum supra allegatorum sapiencia; 'postulet a[23] Deo[23] et dabitur ei', quod cognoscat, quia huiusmodi iuramentum est caritatis ruptivum[20], veritatem deprimens, maculans honestatem, destruens utilitatem et contra primum iuramentum machinans bonum dirrumpere universitatis studii Pragensis. Penset hec quivis vestrum, redeat[21] ad cor proprium, si nondum cepit[22] hanc sapienciam, 'postulet a Deo et dabitur ei', quia tuba Spiritus Sancti intonat dicens in themate: »*Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo*«. Nam actus sapiencie est cognoscere divina et amare et contemplari divina, ergo si quis vestrum cupit cognoscere, amare et contemplari divina finaliter, 'postulet a Deo sapienciam', ut per eam cognoscat[23] septem divina in quarto libro tradita sacramenta. Et quidem quilibet nostrum indiget sapiencia, qua possemus cognoscere, quomodo sacramentorum efficacia ex latere Christi aperto lancea emanavit, quilibet

||| *I* *181 A*

[14]) *DH*; Ysodorus *IKL;* Ysydorus *G;* Ysiodorus *A.* — [15]) *Decretum t. XXII, q. IV. c. V; Omnes codd. male*: iurando. — [16]) *Codd.:* id *A;* illud *G.* — [17]) *Codd.*: noli *G.* — [18]) *Codd.*: *male* et *A.* — [19]) *Codd.*: satellibus *H;* satalitibus *K.* — [20]) *Codd.*: *I male* ruptum, *corrector* ꝛ² *correcturam non complevit;* rupticium *A, male* rupertivum *L.* — [21]) *Codd.*: *male* reddeat *K.* — [22]) *Codd.:* ceperit *AFHKL.* — [23]) *Codd.*: *om. G.*

indiget sapiencia, ut saltim aliqualiter, etsi non perfecte, sacramentorum posset efficaciam contemplari.

|I 181B <4.> Quis enim nostrum explicare possit baptismi | efficaciam, que mens comprehendere, que hanc graciam lingua narrare valeat, ubi in[24] innocenciam redit[25] iniquitas et in novitatem vetustas, in adopcionem veniunt alieni et ingrediuntur in hereditatem extranei, de impiis iusti, de avaris benigni, de terrenis incipiunt esse celestes. Sic loquitur Leo sanctus papa: »Ibi votum »primum profitemur Deo Patri, in quo post clamamus 'Pater »noster'. Ibi antiqum hostem abicimus, ibi omni renuncciamus ne»quicie, ibi[26] donum[26] intellectus[26] Sancti[26] Spiritus[26] in[26] lumine[26] »fidei acceptamus«. Vere quilibet nostrum indiget sapiencia, ut cognoscat, quomodo in Christi baptismo notatur eius humilitas et nostra utilitas. Ipsius humilitas notatur in quatuor: Primo, quia venit. Quis? Certe Jesus, i. e. dator salutis et non indigens salute. 2°, quia[27] venit in Jordanem, ubi creator elementorum subiecit se aque, humili elemento. 3°, quia venit[28] ad Johannem, Deus ad hominem, Dominus ad servum, rex ad scutiferum, magister ad discipulum, sol ad luciferum. 4°, quia venit, ut baptisaretur ab eo, sc. fons a rivulo[29], plenitudo a scilla[30], auctor baptismi a baptismi ministro. Ecce ad hec digne pensanda[31], quivis nostrum[32] indiget sapiencia. Nec solum ad hec, sed[33] ut pensetur[34] nostra circa Christi baptismum utilitas, que notatur in quatuor, que circa baptismum eveniunt: 1°, quia Christus, quando baptisatus fuit, ascendit de aqua, per quod in[35] nobis baptisatis notatur gracie infusio; homo enim per baptismum liberatus a culpa ascendit ad virtutes et ad septem Sancti Spiritus I|| 181C dona; 2° apertum || est celum, per quod notatur hominis descendentis post baptismum evolacio; 3° descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba super ipsum, per quod notatur, quod baptismus facit hominem Spiritus Sancti templum; 4° vox Patris audita est: »Hic est Filius meus dilectus« — in quo notatur, quod per baptismum de filio ire fit filius gracie.

<5.> Ecce aliqua tacta sunt de sacramento baptismi, pro quibus »*si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo*«, quia dabit sapienciam, quam consequetur[36] spiritus fortitudinis, cuius efficacia[37] est sacramenti confirmacionis, professionem baptismi consummans[38], ut eius, quod creditur per fidem baptismi ad iusticiam, ore fiat confessio ad salutem, Romanorum 10°[39].

---

[24]) *FHL*: *om. Codd.* — [25]) *Codd.*: *ex correctura H*, reddit *AGIK*; *male* rediit *L.* — [26]) *Codd.*: intellectus Spiritus S. ibi donum et lumen *A.* — [27]) *Codd.*: qua *H antea delevit* notatur, *in G cum* notatur. — [28]) *Codd.*: *om. A.* — [29]) *Codd.*: riwulo *FH*, riwlo *ID.* — [30]) *Codd.*: *male* scintilla *L.* — [31]) *Codd.*: *male* pensandi *FK.* — [32]) *Codd.*: vestrum *I.* — [33]) *AFG*; sc. *HI.* — [34]) *Codd.*: *ante* pensetur *additum* perse *A.* — [35]) *Codd.*: *om. AGL.* — [36]) *Codd.*: consequitur *HGL*, consequatur *K.* — [37]) *Codd.*: efficaciam *male I tantum.* — [38]) *Codd.*: *ex corr. A.* — [39]) *Codd.*: 4° *K*; *om. L.*

<6.> Postulet eciam quivis[40] sapienciam, quia in promptu adest cum spiritu sapiencie efficacia sacramenti eucaristie, quo nichil salubrius, quo peccata purgantur, virtutes augentur et mens omnium spiritualium carismatum inpingwatur, quod offertur in ecclesia pro vivis et mortuis, ut omnibus prosit, quod[41] est pro salute omnium a Jesu Christo[42] Domino institutum. Cuius quidem sacramenti parumper quis cupit sapere misterium? Pro certo indiget sapiencia. Quis enim, eciam[43] aliquantum sapiens, misterium et suavitatem huius sacramenti potest exprimere, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur et recolitur, quod eciam simul edentibus mors est malis, vita bonis, quod receptum a malis ipsos a Deo separat et receptum a bonis in Christo manere facit, dicente Christo Johannis 6°: »Qui manducat meam carnem et »bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo«. Unde[44] Bernhardus[28] in sermone de sacramento ad Petrum papam dicit: »Hoc de bonis et digne sumentibus senciendum est, non »de flagiciosis; | sane in mensa una, in cena Domini, de pane uno[28], | *I*
»sc. consecrato, Petrus et Judas acceperunt, bonus in vitam, malus *181 D*
»in penam, bonus in beneficium, malus in testimonium, bonus in »salutem, malus in gehennalem mortem, quod totum usque adhuc »completur in ecclesia in sacramento altaris: quod sacerdotum ore »conficitur, non creatur, non nascitur«.

<7.> Ecce mira Bernhardi sapiencia quid dicat[45] circa venerabilis sacramenti misteria, ad que noscenda »*si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo*«. Nam cum sapiencia aderit efficacia sacramenti ordinis, ydoneos dispensatores misteriorum Dei efficiens ministrosque[46] novi testamenti, ut omnia honeste et secundum ordinem fiant in eis, 1° Corinthiorum 14°, ut omnia utilia sibi et aliis faciant.[47] Nam dicit b. Gregorius super Ezechielem Omelia 13ª: »Ordo in »ecclesia producatur, ut sibi et aliis utilis sit ad honorem pre»dicacionis. Et cui non expedit, eciam si hoc appetat, repellatur«. Hec si quis sane[49] vult[49] concipere[49], indiget sapiencia, postulet a Deo, ut intelligat, quod dicit Bernhardus 4°[50] Flor. ca° 14°. »Nullus ordo[51] quempiam[52] recipit inordinatum; quod »enim inordinatum est, ordo non est«, ut ergo, quis[53] vestrum sit ordinatus, indiget sapiencia, ergo postulet a Deo, quia dabit sapiénciam, cum qua in promptu erit spiritus consilii, cum quo aderit efficacia sacramenti coniugii ad conservacionem speciei humane deserviens, divino cultui[54] servos multiplicans, pacem inter homines federans, humane infirmitati condescendens, ut qui se

---

[40]) *Codd.*: quis *I.* — [41]) *Codd*: quomodo *A.* — [42]) *Codd.*: *om. GH;* Christo Jesu *K.* — [43]) *Codd.*: *om I.* — [44]) *Codd.*: ubi *AHL; om. G.* — [45]) *Codd.*: dictat *AFLK.* — [46]) *Codd.*: *male* quia *L.* — [47]) *Codd.*: *male* fiant *I.* — [49]) *I*: wlt sane concipere *Codd.* — [50]) *Codd.*: *om. HG.* — [51]) *Codd.*: ergo *A.* — [52]) *Codd.*: quidpiam *IK.* — [53]) *Codd.*: quivis *G.* — [54]) *Codd.*: *male* cultu *A.*

ad instar Apostoli et castorum sacerdotum, quibus annexa est continencia, continere non sufficiunt, nubant saltim in Domino,
‖ *I* nam dicit ‖ Apostolus 1ª Corinthiorum 7°: »Volo omnes
182 A »homines esse sicut me ipsum; sed unus quisque proprium »donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic. Dico »autem non nuptis, et viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, »sicut et ego. Quod si non se continent, nubant«, et in fine capituli addit[55]: »tantum in Domino«.

<8.> Hec dicta qui satagit agnoscere, indiget sapiencia, cui in promptu adiacet cum spiritu timoris efficacia sacramenti penitencie, cuius partes (sc.: contricio, confessio et satisfaccio) lapsum prevaricacionis reconciliant, bellum voluntarium viribus anime inducunt[56], violenter se vincere contendunt; si quis hiis indiget, eciam indiget et[57] penitencia, postulet a Deo sapienciam, qua cordialiter revolvat, quod penitencia tenebras effugat[58], lucem veram enuncciat, viam Domino preparat, ut ad Salvatorem perducat. Omnis auctoritas clamat et omnis professio demonstrat, hec enim ovem perditam ostendit querenti, dragmam decimam obtulit auxilianti, hec filium prodigum amare penitentem ad[59] patrem reduxit benigne suscipientem, hec ipsi David adulterii et homicidii reo veniam[59] inpetravit[60], et iterum gravius delinquentem in populi enumeracione ad venie graciam reconciliavit, hec Petrum lacrimantem, postquam Christum negaverat, ad principatum Apostolatus postea sublimavit, et lacrimanti Magdalene, de qua prius eiecerat septem demonia, omnium suorum criminum veniam in-
| *I* petravit. Arbitror eciam, quod Judas potuisset tanta mi|sera-
182 B cione Domini non excludi a venia, si penitenciam non aput pontifices, sed aput Christum egisset; de penitencia distincc i o n e 1ª. Quid mirum, hec latronem in cruce pendentem in ultimo mortis periculo transmisit paradiso, ut cunctis daretur exemplum nulli excludi a regno, quem gracia penitencie visitat in hoc mundo. — O mira Dei clemencia, o pietas immensa, o mira quam magna spirat potencia ex vera penitencia, o mira virtus penitencie, qua datur vita mortuis, cecis via lucis, et redditur spes venie inimicis, caritas et gracia amicicie! Per hanc ignorans se, recognoscit[61] se, et querens se perditum, invenit reconciliatum, per hanc eripitur anima de potestate dyaboli, et redditur tota libera Salvatori, hec nullum[62] spernit[63] aut respuit quantumcunque reum, que peccatricem lacrimantem, cananeam supplicantem, deprehensam in adulterio, sedentem in theolonio, orantem publicanum, lacrimantem Petrum benigne respexit, misericorditerque suscepit, hec quippe liberat hominem a reatu culpe, a pena gehenne[64],

---

[55]) *Codd.*: addidit *L.* — [56]) *AK*; indicunt *Codd.*; *ex correct. L* — [57]) *Codd.*: *om. IL.* — [58]) *Codd.*: fugat *G.* — [59]) *Codd.*: ad ∾ veniam *om. G; in H manu h¹ in margine add* — [60]) *Codd.*: adinpetravit *GH* — [61]) *Codd.*: *in I* re . . . *a correctore add.* — [62]) *Codd.*: neminem *H* — [63]) *Codd* : sprevit *G.* — [64]) *Codd.*: iehenne *H;* yehenne *F.*

a servitute peccati, a potestate dyaboli, hec de filio ire facit filium gracie, de filio dyaboli filium regis altissimi, heredem regni Dei et coheredem Christi.

<9.> Ecce qui hec[28] dante Domino vult de sacramento penitencie inbibere, necesse est eum sapienciam habere, igitur postulet a Deo, nam sapienciam pietatis donum consequitur, cuius efficacia est sacramentum unccionis extreme, que <1°> ab infirmitate spirituali liberat, 2° sanitatem corporis sepe restaurat, 3° Deo infirmum reconciliat et <4°> in celestem ierosolimam viam preparat.

<10.> Ex quibus iam dictis breviter patet, quomodo per sapienciam dinoscitur, quod in omnibus ewangelice[65] legis sacramentis[66] relucet nobis gracia Salvatoris, nec in vacuum, sed »ut[66] || I
»abnegantes omnem inpietatem[67] et secularia desideria, sobrie et 182 C
»pie et iuste vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem et
»adventum glorie magni Dei«: ad Titum 2°. Ad hoc enim data sunt nobis sacramenta septem, ut, cum simus vulnerati, per illorum applicacionem samaritani gracia restituamur pristine sanitati. Nisi enim samaritanus (i. e. Salvator noster) sacramentorum medicamenta adhibuerit, nullus vulneratus sanitatem perpetuam obtinebit, a quo samaritano, cum ipse sit principium et finis, Magister Petrus quartum Sententiarum de sacramentis inchoans, dicit: Samaritanus enim vulnerato appropians[68], curacioni eius sacramentorum alligamenta adhibuit: qui<a> contra peccati originalis et actualis vulnera, sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus est iste quartus liber et in quibus tota[69] eius materia terminatur, cuius intelligenciam si quis habere desiderat, si nondum habet sapienciam, vel ut maiorem habeat, 'postulet a Deo', quia dicebatur pro principio in hunc quartum librum: *Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo*, ut sacramentorum virtutem intellectu percipiens, affectu ea retinens, effectu ipsa[70] recipiat[71], ut illa, que sunt vulnerate nature remedia ipsius virtute, qui ea instituit, sint nunc salutare remedium, semovens vulnera, ungens gracia et ultimo in vita statuens gloriosa. - In quibus verbis primo tangitur vulnerata natura remedio indigens, cum dicitur: 'Si quis vestrum indiget' i. e quia, vel ex quo, quilibet vestrum indiget graviter vulneratus; secundo tangitur || I
causa instrumentalis, remedia rite et salubriter anime inprimens, 182 D
cum dicitur 'Sapiencia'; tercio tangitur causa nostre sapiencie et sacramentorum efficiens, cum additur 'postulet a Deo'. — Que quidem tria Magister Petrus in quarti libri prologo conprehendit: cum enim dicit 'vulnerato', tangit naturam remedio in-

---

[65]) *Codd.*: *post* legis *K.* — [66]) *Codd.*: *om. K.* — [67]) *Codd.*: *in a* t[1] *inscr.* pietatem *AGL.* — [68]) *Codd.*: appropinquans *L.* — [69]) *Codd*: *post* eius *I.* — [70]) *Codd.*: ea *IL.* — [71]) *Codd.*: recipiet *L.*

digentem, et cum dicit 'Samaritanus appropians', tangit causam sacramentorum efficientem, et cum 3° dicit 'Sacramentorum remedia Deus instituit', tangit Dei sapienciam, qua sacramenta pro obtinenda beatitudine sapientissime ordinavit. — Igitur, ut vulneratus sanetur et remedium sacramenti debite applicetur, et ut samaritanus utiliter per sapienciam applicare dignetur, quarti libri scienciam[72]: *Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo*, ut qui contra[73] originalis culpe vulnera dedit[74] baptismatis remedium, donet contra actualis culpe vulnera[74] per sapienciam cognoscere, revereri et actualiter tenere sex residua sacramenta, Jesus Christus Dominus in seculorum secula benedictus.

---

[72]) *Codd.*: sciencia *L.* — [73]) *Codd.*: *a corr. add. in marg. I.* — [74]) *Codd.*: dedit ∾ vulnera *in marg. L.*

<II.>

<Questio.>

Quia[75] in hoc 4° Sentenciarum, in quem facio principium, agitur de sacramentis ecclesie, que reducunt hominem de statu lapsus in statum innocencie, igitur circa[76] primam distinccionem istam moneo questionem:

Utrum nove legis sacramenta, que sunt contra vulnera peccati a Deo instituta remedia, sint divine gracie collativa.

<1.> Et arguitur primo contra suppositum questionis sic: Peccatum est fieri per plura, quod eque bene, eque faciliter et breviter potest fieri per pauciora. Sed redduccio hominis de[77] statu lapsus in statum innocencie eque bene potuit et potest fieri per potenciam Dei sine sacramentis ‖ nove legis, sicut cum sa- *I* cramentis. Igitur peccatum est fieri reduccionem hominis de statu *18.3 A* lapsus in statum innocencie per nove legis sacramenta. Consequencia videtur tenere ex vi sufficiencie; maior est communis animi[78] concepcio et sic de se manifesta, sed minor probatur, nam Deus sufficientissime de sua infinita potencia sine sacramentis potest hominem reducere de statu lapsus in statum innocencie, cum potuit eum creare ex nichilo sine sacramentis. Sed maior est distancia non esse ad esse hominis, quam status hominis lapsus ad statum hominis innocencie, ergo si primum potest Deus, poterit et secundum. 2° contra quesitum questionis arguitur sic: Divina[79] gracia non potest esse effectus sacramentorum nove legis; ergo questio falsa. Antecedens arguitur[80]: solum[81] Deus efficit graciam, solius ergo Dei effectus est gracia et per consequens non sacramentorum; consequencie note sunt de se, et antecedens

---

[75]) *Codd.* Quia ∾ 4° *om. L.* — [76]) *Codd.*: contra *I.* — [77]) *Codd.*: a *I.* — [78]) *I*: anime *Codd.* — [79]) *Codd.*: *inepte abb. A.* — [80]) *Codd.*: probatur *GHK.* — [81]) *Codd.*: solus *F.*

ex eo patet, quod gracia gratum faciens excellit creature cuiuslibet facultatem. In oppositum arguitur sic[82]: Sacramenta nove legis delent peccata, ergo eciam sunt gracie collativa; tenet consequencia, quia eiusdem est potencie peccatum delere et graciam conferre, et antecedens patet de baptismo et de penitencia, sicut patet sepius in scriptura.

<2.> Circa istam questionem quattuor per ordinem sunt distingwenda[83]: 1° *quid sit sacramentum*, 2° *a quo et quot sunt instituta sacramenta*, 3° *quare instituta sunt sacramenta*, 4° *quis est effectus sacramentorum*.

<3.> *Quantum ergo ad primum:* Sciendum, quod secundum Augustinum libro 10° De civitate Dei
| *I* ca° 11° sacramentum est invisibilis gracie visibilis forma. Hec
183 B diffinicio | generalis est et convenit tam sacramentis nove legis, quam veteris, quia tam illa, quam ista sunt ex similitudine representativa et ex institucione signancia. Secundum hoc autem, quod illa diffinicio convenit sacramentis nove legis, sic supplenda est: ita, ut similitudinem eius gerat et causa existat, quia sacramenta non solum ex similitudine representant vel ex institucione signant, sed eciam ex virtute divina signant et graciam conferunt, per quam curatur anima ab infirmitatibus viciorum. Et hoc est, quod Augustinus in alia diffinicione insinuat dicens: »Sacra»mentorum est illud, de quo sub tegumento rerum visibilium di»vina virtus salutem secrecius operatur«. Est eciam 3ª diffinicio Hugonis de Sancto Victore: »Sacramentum est materiale »elementum extrinsecus oculis suppositum, ex institucione signans, »ex similitudine[84] representans, ex sanctificacione autem invisibilem[85] »conferens[85] graciam.« Unde tria tanguntur hic, que sunt de racione sacramenti stricte et proprie accepti. Primum est naturalis similitudo, ex qua habet aptitudinem signandi; 2m est actualis institucio, ex qua habet ordinacionem determinatam respectu illius signati; 3m est significacio spiritualis, ex qua habet virtutem efficiendi illud signatum. Item dicit Augustinus 10° De civitate Dei ca° 11°, quod sacramentum est sacre rei signum. »Istud[86] »autem dictum non est diffinicio, sed pocius ethimologya vocabuli[87] »sacramenti«[88], dicit s. Thomas De veritate theologie libro 6° ca° 1°.

Et iterum notandum est, quod sacramentum accipitur tripliciter: Uno modo pro re consecracionem causante[89], non tamen instituta divinitus[90] ad hoc signandum, ut passio Christi; et hoc
|| *I* modo non dicitur proprie sacramentum, nisi extenso nomine || sa-
183 C cramenti ad sacrum secretum. 2° modo signante tantummodo pre-

---

[82]) *Codd.*: *om. K.* — [83]) *Codd.*: dicenda *F.* — [84]) *Codd*: *a correct. add. I.* — [85]) *In I a ut inscr.*: *post* graciam *Codd.* — [86]) *Codd.*: illud *L.* — [87]) *Codd.*: vocabulum *L* — [88]) *Codd.*: sacramentum ut *H.* — [89]) *Codd.*: *male* causantem *F.* — [90]) *Codd.*: *post* ad hoc *K*

dictam sanctificacionem ex divina institucione, non tamen causante active principaliter, sicut signum sanitatis dicitur sanum; et hoc modo sacramenta veteris legis dicuntur sacramenta, et quomodo agnus pascalis de quo Exod. 12°, est sacramentum eucaristie; similiter manna et serpens suspensus in palo, et petra, ex qua fluxerunt$_{91}$ aque$_{91}$, et sic de aliis, sunt sacramenta. 3° modo accipitur sacramentum pro re ex divina institucione signante per rerum similitudines, secundum quod homini conpetit, et in virtute Dei sanctificacionem causante. Sic sacramenta nove legis dicuntur sacramenta, que et consecrant, et ex institucione significant sanctitatem et primas sanctificacionis causas, sicut baptismus sanctificat et purificacionem designat, et mortis Christi signum est. Et sic accipiendo rem sacram active sc. pro re sub racione, qua sacrans est, et signum sacrum, prout specialiter institutum est ad rem sacram signandam, convertitur cum sacramento proprie dicto. Nec potuit sacramentis veteris legis et nove legis alia communis diffinicio assignari.

<*Corellarium.*> Ex istis sequitur 1° corellarie: cum sacramenta significent ex divina institucione, quod sint signa voluntaria nec tamen sunt mutabilia, quia significacionis eorum imposicio dependet a voluntate superioris nature, que est omnino immutabilis.

<*Corellarium.*> 2° patet corellarie, quod alia racione dicuntur sacramenta veteris legis esse sacramenta, quia signancia et non active sacrancia, et alia racione sacramenta nove legis dicuntur sacramenta, quia ex institucione significancia et active sacrancia. Et tantum sit dictum | quoad primum. | *I 183 D*

<4.> *Secundo distinguendum, a quo et quot sunt instituta sacramenta.* Et patet primo, quod a Deo, dicente Magistro in prologo huius quarti libri: »Sacramentorum remedia Deus »instituit«; et quoad secundum patet, quod septem sunt sacramenta, prout patet ex processu Magistri per totum quartum librum. Sacramenta ergo legis gracie pius samaritanus Christus instituit, tamquam novus legislator$_{92}$ nove legis, in qua vocavit ad premia, dedit precepta et instituit sacramenta. Christus enim verbum eternum Patris est summe virtutis, cum sit eciam summe veritatis et summe bonitatis. Racione bonitatis promisit beatificancia, racione virtutis dedit precepta dirigencia, racione veritatis instituit sacramenta adiuvancia, ut sic per sacramenta pararetur virtus ad adinplendum preceptum et per precepta perveniatur ad premia. — Instituit autem Christus sacramenta in verbis et elementis, unde ait Augustinus: »Accedit verbum ad elementum et fit sacra»mentum«. Est ibi elementum pro materia et prolacio verborum

---

[91]) *Codd.*: fluxit aqua *K.* — [92]) *Codd.*: *tantum* lator *F.*

pro forma. Instituit autem Deus sacramenta diversitate quadam (sc. ante adventum suum), ut matrimonium et penitenciam; et hec duo confirmavit et consecravit in lege ewangelica, unde penitenciam predicavit: Matth. 4° et nupciis interfuit Joh. 2°[93]. — Baptismum vero instituit ipsum suscipiendo Matth. 3° et formam eius dando Matth. 28°: »Baptisantes eos in nomine »Patris et Filii, et Spiritus Sancti«. — Confirmacionem manus parvulis inponendo Marc.[94] 10°: »Offerebant illi parvulos, ut tan»geret illos et complexans eos, et inponens manus super illos, be*I* »nedicebat eos«. — Unccionem ‖ vero instituit discipulos ad
184 A curandum mittendo, qui infirmos ungebant oleo[95]. Unde Marc. 6° dicitur: »Dabat[96] illis potestatem spirituum immundorum« infra »et exeuntes predicabant, ut penitenciam agerent, et demonia »multa eiciebant, et ungebant oleo[95] multos egros et[97] sanabantur«[98]. — Ordinem instituit, cum discipulis ligandi atque solvendi potestatem dedit, dicens Matth. 18°[99]: »Amen, amen[100] dico vobis, »quecunque aligaveritis[101] super terram, erunt ligata et in celo, »et[102] quecunque[102] solveritis super[103] terram[103], erunt soluta et »in celo[102]«. Sacramentum eucaristie tradidit Luce 22° dando eis sacramentum per[104] se[104] consecratum[104] et dando eis potestatem consecrandi. Unde quantum[105] ad primum: »Accepto »pane gracias e⁊it, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est corpus »meum, quod pro vobis tradetur«; et quantum ad 2^m^ (sc. ad consecrandi potestatem) subdit[108] dicens: »Hoc facite in meam com»memoracionem. Similiter et calicem« etc. Ex hiis patet, a quo instituta sunt sacramenta, quia a Christo, et quot, quia septem, que habentur in hoc versu[106]: $\overset{1_{107}}{\text{Abluo}}$, $\overset{2}{\text{firmo}}$, $\overset{3}{\text{cibo}}$, $\overset{4}{\text{punit}}$, $\overset{5}{\text{uxor}}$, $\overset{6}{\text{ordinat}}$, $\overset{7_{107}}{\text{ungit}}$. Per abluo intelligitur baptismus, qui est sacramentum intrancium miliciam Jesu Christi (Distinccione 32ª. 'Preter.') Per firmo notatur confirmacio, que est pugnanciam (de Consecracione distinccione 5ª 'Spiritus Sanctus'.) — Per cibo intelligitur sacramentum eucaristie, quod est proficiencium sive profitencium, unde et viaticum dicitur (26ª questione 6ª 'Qui recedunt') Per punit intelligitur penitencia, que est deficiencium et
I | resurgencium | (26ª quest. 6ª 'Hiis, qui de penitencia' distinccione
184 B 1ª ca° 2°). — Per uxor notatur sacramentum matrimonii, quod est adiutorium fragilium. — Per ordinat[109] notatur sacramentum ordinis, quod est docencium pugnare, et exorancium. — Per ungit notatur sacramentum extreme unccionis, quod est ex-

[93]) *Codd.*: *male* 4° *F.* — [94]) *Codd.*: Matth. *AH.* — [95]) *Codd.*: oleo sancto *L.* — [96]) *Codd.*: dabit *male L.* — [97]) *Codd.*: *om. L.* — [98]) *Codd.*: sanabant *L.* — [99]) *Codd.*: *male* 8° *I.* — [100]) *Codd.*: *om. GFKL.* — [101]) *Codd.*: ligaveritis *K.* — [102]) *Codd.*: et quecunque ∽ celo *om. L.* — [103]) *Codd.*: *om. I.* — [104]) *Codd.*: in margine *F.* — [105]) *Codd.*: *pessime* quartum *FK.* — [106]) *Codd.*: *in K add.* wersus. — [107]) *H:* 1 ∽ 7 *om. Codd.* — [108]) *Codd.*: *om. A.* — [109]) *Codd.*: ordinavit *K.*

euncium (26ª quest. 6ª 'Ab infirmis'). Ex hiis patet sacramentorum numerus explicatus.

<5.> *Iam 3° inquirendum est*[110], *quare instituta sunt sacramenta.* Et Magister dicit in prologo, quod[111] ad remediandum originalis et actualis culpe vulnera.

Sciendum autem est, quod sacramenta sunt ex causa multiplici instituta: primo propter humiliacionem, qua homo querit salutem in inferioribus se; 2° propter erudicionem, qua homo per visibilia ad cognoscendum invisibilia rapitur; 3° propter excitacionem, qua homo nocivam[112] declinat occupacionem et ocium; 4° propter congruitatem medici ad medicinam, quia cum medicus sit Deus et homo congruenter eius medicina, debet aliquid continere divinum (sc. invisibilem graciam) et aliquid humanum (sc. visibilem gracie formam); 5° est congruitas ex parte infirmi, quia cum infirmus sit homo, constans ex corpore et spiritu, ipse autem spiritus in corpore non bene capit spiritualia, nisi in corporalibus, congruum dare fuit medicamenta spiritualia in rebus corporalibus, sicut pluvia in nebula; 6° propter meritum augendum; multum enim valet ad meritum, quando creditur Deo in hiis, ubi humana racio non prebet experimentum. — Patet ergo ex hiis, que est || sacramentorum[114] causa efficiens, quia institucio divina, que formalis, quia gracie sanctificacio, que finalis, quia humane infirmitatis curacio. Et istam causam innuit Magister in prologo quarti dicens: »Quia contra originalis et actualis culpe[115] vulnera sacra»mentorum remedia Deus instituit.« Unde sicut sunt septem defectus anime, sic sunt septem sacramentorum remedia instituta. Sunt autem tres defectus culpabiles, sc. peccatum originale, contra quod est baptismus a Domino institutus, actuale mortale, contra quod penitencia, et actuale veniale, contra quod est appropiate extrema unccio. Alii autem 4or defectus sunt penales et pene precedencium defectuum, ut est inpotencia respectu agendorum, contra quam[116] confirmacio, ignorancia credendorum, contra quam ordo, quo ordinatus debet docere Matth. 28°: »Docentes eos omnia, que pre»cepi vobis«; concupiscencia nocivorum quantum ad carnalia, contra quam militat eucaristia. Ex hiis quoad 3m evidet, quare instituta sunt sacramenta. || *I* *184 C*

<6.> *Quarto et ultimo videndum est, quis est effectus sacramentorum.* Et dicitur, quod primus effectus est, quia[117] a peccato mundant, ut baptismus; 2° in bono confirmant, ut confirmacio; 3° corpori Christi mistico incorporant, ut eucaristia; 4° iustificant, ut penitencia; 5° ad futuram vitam preparant, ut uxtrema unccio; 6° erudiendo illuminant, ut ordo; 7° a malo preservant,

---

[110]) *Codd.*: *om. A.* — [111]) *Codd.*: quasi *A.* — [112]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [114]) *Codd.*: sacramenti *HG.* — [115]) *Codd.*: *om. FIK.* — [116]) *Codd.*: *add.* est *A.* — [117]) *Codd.*: quod *GH.*

ut matrimonium. Item hec septem sacramenta ad septem virtutes
| I habendas$_{118}$ hominem preparant et disponunt. Nam | baptismus
184 D est sacramentum fidei, confirmacio spei, eucaristia caritatis, penitencia iusticie, extrema unccio perseverancie, que est fortitudinis complementum, ordo prudencie, matrimonium temperancie; sic singulum sacramentum habet appropiatum effectum et tamen quodlibet est ad peccati remedium, ut secludatur, et ad profectum gracie, ut servetur. Item pro quesito principali ego noto 2^{m} Thomam in scripto principali$_{119}$ quest. 1^{a}, quod sicut ornamentum importat, quo aliquid active ornatur, sic sacramentum dicitur, quo aliquid active sacratur, quod contingit dupliciter, vel in signo tantum, vel in signo et re simul. Primo modo sacrificia veteris legis dicebantur sacramenta, quia de se ex opere operato solum sanctitatem ostendebant, sed realiter non exhibebant, sicut Apostolus arguit, quod ex operibus legis nullus iustificabatur$_{120}$; 2° modo sacramentum circumcisionis veteris legis et sacramenta nove legis ostendunt et exhibent sanctitatem. Sed adhuc exhibicio fit dupliciter: vel formaliter, vel effective; primum pertinet ad dona et virtutes et non ad sacramenta ecclesie, secundum adhuc dupliciter, vel principaliter, vel instrumentaliter: primum soli Deo est proprium, sc. sanctificare principaliter, sicut et graciam principaliter conferre vel creare, secundum$_{121}$ vero iterum contingit dupliciter, vel inmediate vel$_{122}$ mediate, quia aliquod est$_{121}$ instrumentum operacionis inmediatum et continuum agenti principali, sicut manus agentis, aliud vero mediatum, sicut baculus in manu, quo mediante
1 || fit accio. Et 1° modo passio Christi meritorie causat graciam
185 A dispositive in homine et perfective, quia meritum passionis Christi fuit actus inmediate instrumentaliter coniunctus Deo, qui Deus, secundum quod Deus, est principale agens gracie; et 2° modo sacramenta ecclesie causant graciam sc. dispositive tantum, quia in quantum submittunt$_{124}$ hominem$_{125}$ meritis Christi ad conformitatem mediante Christi passione, disponunt hominem ad graciam. Ex quo patet sacramenta ecclesie esse instrumenta passionis Christi et gracie.

Istis notatis sit conclusio ista:

<Conclusio prima.>

<7.> Conclusio 1^{a}$_{126}$. *Nove legis sacramenta sunt contra vulnera peccati a Deo instituta remedia.* Probatur. Christus Jesus instituit sacramenta et ipse dat graciam; quam efficaciter signat

---

[118]) *Codd.*: *ante* virtutes *AGH.* — [119]) *A*: *om. Codd.* — [120]) *Codd.*: iustificatur *I.* — [121]) *Codd.*: secundum ~ est *om. A.* — [122]) *Codd.*: *om I.* — [124]) *Codd.*: supponunt *A.* — [125]) *Codd.*: *aberrans oculis ad alterum* hominem *A.* — [126]) *A in margine.*

quodlibet sacramentum ab ipso, ut fundamento, habens efficaciam secundum eius benedicta merita, ut peccatum deleatur, minoretur, vel secludatur: ergo conclusio vera. Consequencia nota est de se et antecedens patet ex declaratis questionis in$_{127}$ 2° principali. Patet eciam ista conclusio per Magistrum in prologo quarti libri.

Corellarie <1°> sequitur, quod omne sacramentum est contra peccatum.

Corellarie 2° sequitur, quod quodlibet sacramentum est hominis sanativum.

<Conclusio secunda.>

Conclusio 2ª. *Nove legis sacramenta sunt divine gracie collativa.* Probatur. Baptismus, penitencia delent peccata, quibus sublatis datur gracia: ergo conclusio vera. Consequencia nota est et antecedens patet primo de penitencia Ezechiel. 18°, ubi dicit Dominus: »Si impius egerit penitenciam ab omnibus peccatis, que »operatus est, vita vivet, et non morietur«; et Matth. 4° dicit: »Peni»tenciam agite, appropinquabit regnum celorum« De baptismo patet Marc. ultimo, ubi dicit Dominus: »Qui crediderit, et bapti»satus fuerit, salvus erit.« Et pro utroque istorum dixit Petrus Actuum 2°$_{129}$: »Penitenciam agite, et baptisetur unusquisque »vestrum in nomine Domini Jesu Christi in remissionem pecca»torum vestrorum, et accipietis donum Spiritus Sancti.« — Ecce | *I* duo promisit eis ex duobus sacramentis, sc. remis|sionem pecca- *185 B* torum et donum Spiritus Sancti, quod est gracia, ergo conclusio vera.

Ex ista conclusione sequitur:

<Corellarium.> <1°> quod virtus sacramentorum ecclesie est divine gracie causativa.

<Corellarium.> 2° sequitur, quod nove legis sacramenta sunt cuilibet vulnerato ad graciam sumendam data remedia.

<Corellarium.> 3° sequitur, quod questio est vera, tam ad suppositum, quam ad quesitum.

Tunc ad racionem contra suppositum questionis negatur minor, nam licet reduccio hominis de statu lapsus in statum innocencie eque bene potuit fieri per potenciam Dei$_{130}$ absolutam, quantum est ex parte Dei, sine sacramentis, non tamen potuit fieri eque bene et congruenter de potencia ordinata Dei, et quantum$_{131}$ est$_{131}$ ex parte hominis, cum Deus sic ordinaverit, ut per passionem Christi et per sacramenta salus hominis eveniret$_{132}$; unde quantum ad passionem suam dicit Christus$_{133}$ Johannis 3°: »Sicut Moyses$_{134}$

---

[127]) *Codd.*: igitur *I.* — [129]) *Vulg.;* 3° *male Codd.* — [130]) *Codd.*: *om. I.* — [131]) *Codd.*: *om. I.* — [132]) *Codd.*: evenerit *I.* — [133]) *Codd.*: Jesus Christus *H.* — [134]) *Codd.*: Moyzies *A.*

»exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis«, et subdit quare, quia »ut omnis, qui credit in ipsum[135], non pereat, »sed habeat vitam eternam.« Et quantum ad baptismum dicit ibidem: »Amen, amen, dico tibi[136]: nisi quis renatus fuerit ex »aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.« Et quoad penitenciam dicit discipulis suis Luce 13°: »Nisi peni»tenciam egeritis, omnes similiter peribitis[137]«, sc. sicut »illi, quorum »Pilatus miscuit sanguinem cum[138] sacrificiis.« Ad 2[m] negatur assumptum ad probacionem, cum arguitur: Solum Deus efficit graciam; si intelligitur sic, i. e. principaliter, effective causat graciam, conceditur illa et iuxta illum intellectum gracia gratum faciens excellit creature cuiuslibet facultatem. Sed ex illo non sequitur, quod non sint[139] sacramenta gracie ministerialiter sive instrumentaliter effectiva et collativa, cum vere dicat auctoritas, quod bap‖ *I* tismus et penitencia sunt hominis iustificativa ‖ et finaliter salvativa.
185 C Et tantum de questione.

---

[135]) *Vulg. et AFIKL*: Christum *Codd.* — [136]) *Codd.*: vobis, tibi *K*. vobis *AH*. [137]) *Codd.*: peribebitis *K*. — [138]) *Codd.*: *male iter. I.* — [139]) *Codd.*: sunt *GH*.

<III.>

<1.> Iam restat solvere argumenta contra posicionem$_{140}$ meam$_{140}$ facta. Et quia posui circa principium tercii, quod Filius Dei est incarnatus pro redempcione generis humani, contra illam conclusionem arguit rev. magister Matheus, sacre theologie bacc., 4^{iter}, et *1°* sic: »Substancia spiritualis non potest uniri na- »ture corporali, nisi duobus modis: sc. vel ut motor, vel$_{141}$ ut$_{141}$ »forma«. Concedo. Et cum assumit: »sed primus modus unionis, sc. quod Filius Dei unitus esset nature humane per modum motoris$_{141}$, non sufficit ad propositum«, nego illam. Et quando infert pro inconvenienti, quia sequitur, »quod tunc angelus movens ali- »quam speram, assumpsisset illam speram in unitatem suppositi«, hic nego consequenciam. Unde non consideravit magister rev., quod aliquis est motor unitus (suppositaliter moto, aliquis non; quelibet enim anima unita corpori est motiva corporis, et dum corpus movetur motu progressivo libere, movetur ab ipsa anima, ut motore immediate coniuncto, sicut hoc docuit Philosophus in Phisicorum et$_{142}$ in$_{142}$ De anima. Et patet, quod magister meus in primo argumento realiter$_{143}$ est deceptus. — *2°* contra eandem conclusionem arguit$_{144}$ sic$_{144}$: »Inpossibile est aliqua de$_{145}$ »novo$_{145}$ realiter uniri, nisi in ambobus, vel saltim in altero fiat »realis mutacio«; nego illam, et magister meus hic oblitus est$_{146}$ dicti Philosophi, quo dicit in Post predicamentis, quod sunt quedam crescencia, que non alterantur, ut quadrangulus composito gnomone crevit quidem, alteratum autem nichil est factum, sic et in aliis huiusmodi. Ecce quam plane Philosophus ponit, quod quadrangulus unitur cum gnomone, et tamen nullum illorum alteratur. Sed parcendum$_{147}$ est magistro, quia cum sit mona-

---

[140]) *Codd.*: posicione facta *L.* — [141]) *I a correctore.* — [142]) *Codd.*: secundum *G.* — [143]) *Codd.*: *post* est *K.* — [144]) *Codd.*: *male iterat, sed. a rubr. del. I.* — [145]) *Codd.*: *post* realiter *GH.* — [146]) *Codd.*: *om. F.* — [147]) *Codd.*: *in I cor. rubricator ex* parcedendum.

chus[148], debet esse diligencior de psalterio, quam de[149] Aristo-
| *I* telis Postpredicamento. Sed | datur[150] manifestius exemplum,
185 D quod aliquis alteri unitur sine mutacione, nam forma substancialis terre in primo instanti creacionis terre unita fuit materie terre sine mutacione facta in altero, cum ante primum instans creacionis sue[150] nullum illorum est mutatum; et patet, quod magister in assumpto totaliter est frustratus. — *3°* contra eandem conclusionem arguit sic: »Duo contraria non possunt uniri in eodem, ergo nec »Deus et[151] creatura possunt simul uniri personaliter[152]«. Hic primo nego consequenciam, quia antecedens verum est, cum sit proposicio indefinita[153], de duobus contrariis verificata, et consequens est hereticum, ergo . . . etc.[154] Et quoniam magister posuit antecedens indefinitum[153], forte voluit intelligere universaliter sic[155]: Nulla contraria possunt simul uniri in eodem, et statim negatur assumptum, nam idem homo est, vel potest esse, simul iustus et iniustus. Iustus secundum predestinacionis iusticiam, et iniustus[156] secundum presentem iniusticiam. Similiter idem homo potest esse malus simul et bonus; bonus, quia in presenti gracia, et malus, quia in presciencia. Unde et proprie privativa possunt simul eidem inesse, cum simul idem homo potest esse vivus et mortuus, vivus in anima, mortuus in corpore, vel e contra, defecit ergo magister meus iterum in logica non advertendo, quod nulla duo contraria simul et secundum idem possunt inesse eidem. Unde si taliter assumeret, tunc contradictoria[157] simul de eodem predicarentur, si antecedens magister probaret. — *Ultimo* contra conclusionem illam arguit[158] sic: »Si Filius Dei esset incarnatus, »sequitur, quod eciam Pater et Spiritus Sanctus esset incarnatus«. Hic nego consequenciam; ad probacionem eius arguit[159] sic: »Quia secundum Damascenum libro 1° ca° 2°: Pater »et Spiritus Sanctus secundum omnia idem sunt, preter[160] in-
|| *I* »generacionem, generacionem[161] et processionem.« || Primo nego
186 A istud dictum, quia non secundum omnia Pater et Filius et Spiritus Sanctus idem sunt, quia non secundum accidencia animalia vel quecunque creata idem sunt, et[162] ergo magister meus vel alleget pertinenter Damascenum, vel caute eum intelligat. Et argumentum magistri de operibus Trinitatis ulterius non procedit.

<2.> Iam restaret[163] rev. fratris Johannis de Monte, sacre theologie bacc. formati argumenta solvere, similiter ma-

---

[148]) *In A in margine add.* Monachus Magister Matthyus. — [149]) *Codd.*: *om. G.* — [150]) *Codd.*: *om. I.* — [151]) *Codd.*: nec *I.* — [152]) *Codd.*: *ante add.* et *K.* [153]) *Codd.*: *male* infinita, infinitum *AD.* — [154]) *H; om. Codd.* — [155]) *Codd.*: *om. A.* — [156]) *Codd.*: *male* iustus *A.* — [157]) *Codd.*: contradicta *AH.* — [158]) *Codd.*: *post* sic *G;* arguitur *F.* — [159]) *Codd.*: arguitur *I.* — [160]) *Codd.*: *male* propter *D.* — [161]) *Codd.*: et generacione *H.* — [162]) *Codd.*: *om. H.* — [163]) *Codd.*: restat *A.*

gistri Johannis Ffrankenfſteyn$_{164}$, sacre theologie bacc.; sed quia in suis principiis$_{165}$ non arguerunt contra me, cum in infirmitate$_{166}$ decubui, ergo, quoad eos, in$_{167}$ facto huiusmodi sum in pace. Restat ergo contra dicta$_{168}$ magistri mei rev. magistri Mathei$_{169}$ arguere. Ponit magister reverendus in determinacione sue questionis circa principium secundi$_{170}$ Sentenciarum conclusionem primam istam: Aliquid est primum principium. Contra: Nichil est principium primum. Probatur. Quia, si est aliquid primum principium$_{171}$, vel ergo eternaliter aliquid est$_{172}$ primum principium, vel aliquid est primum principium solum$_{173}$ temporaliter. Si primum, ergo eternaliter aliquid$_{174}$ est principiatum$_{175}$; consequencia tenet ex natura correlativorum, quorum si unum$_{176}$ est, et alterum est$_{177}$, secundum regulam Philosophi ex predicamento relacionis; sed consequens est falsum, sc. aliquid est eternaliter principiatum$_{178}$, quia tunc illud esset et non esset illud primum principium; nec magister potest per hec subterfugere, quod diceret, Filium Dei vel Spiritum Sanctum esse principiatum$_{178}$ a Deo Patre, quia iterum sequeretur inconveniens. Si vero dicitur 2^{m}, sc. quod aliquid est primum principium solum temporaliter, tunc sequitur, quod incepit esse primum principium; consequens falsum, ergo et conclusio et per consequens eius corellaria, que super illa conclusione sunt fundata. Ponit secundam istam: Inpossibile est esse | plura prima principia. Contra: Deum esse et | *I*
omne ens esse sunt principia, et utrumque illorum est primum *186 B*
principium. De primo concedit magister in sua posicione, sed pro 2° arguitur sic: 'Omne ens esse' sequitur ad 'deum esse', secundum essendi consequenciam, ergo videtur, quod utrumque illorum est eternaliter; consequencia nota est, sed antecedens probatur, nam sequitur: Si Deum esse est, omne ens esse est, et si omne ens esse est, Deum esse est. 2ª condicionalis manifesta$_{179}$ est$_{180}$. Sed si negatur$_{181}$ prima, detur oppositum consequentis contradictorium, quod stet cum antecedente eiusdem consequencie, quo dato arguitur sic: Aliquod ens esse non est, igitur aliquod ens non est; consequencia tenet a convertibili ad convertibile sine impedimento, sed consequens non stat, nec potest stare, cum isto antecedente in veritate 'Deum esse est', eo quod nunquam$_{182}$ verum potest esse, quod Deus est et aliquod ens$_{183}$ non est. Ergo condicionalis prima vera$_{183}$, et totum argumentum$_{184}$ bonum; igitur con-

---

[164]) *IK*; Frankenfſteyn *H*, Frankenſteyn *A*; Frankenſtyn *D*; Ffrangensteyii *F*; Ffrankenstein *G*. — [165]) *Codd.*: principalibus *F*. — [166]) *Codd.*: firmitate *IK*; infirmitatem *G*. — [167]) *Codd.*: *om. A*. — [168]) *Codd.*: *om. A*. — [169]) *Codd.*: Mathie *A*. — [170]) *Codd.*: tercii *F*. — [171]) *Codd.*: *ante* primum *A*. — [172]) *Codd.*: *om. A*. — [173]) *Codd.*: *om. AHG*. — [174]) *Codd.*: *post* est *DH*. — [175]) *Codd.*: principatum *GF*. — [176]) *Codd.*: primum *A*. — [177]) *Codd.*: *om. AIK*. — [178]) *Codd.*: principatum *G*. — [179]) *Codd.*: *post* est *H*. — [180]) *Codd.*: *om. G*. — [181]) *Codd.*: negetur *GH*. — [182]) *Codd.*: *om. K*. — [183]) *Codd.*: ens ~ vera *om. G*. — [184]) *Codd.*: *add* fuit *GH*.

clusio falsa et eius corellaria, et ex simili racione vel eadem 3ª conclusio est falsa, que dicit: Tantum unum est principium essendi.

<3.> Ponit in 2° articulo conclusionem primam istam: »Non »cuiuslibet effectus primum principium est causa sufficientissima.« Contra: Istam conclusionem destruendam suppono cum omnium philosophorum et sanctorum sentencia, quod causa sufficientissima est causa non includens aliquem defectum in sua accione et qua non potest esse nobilior, melior et sic nec sufficiencior causa; quo supposito arguitur sic: Primum principium est factor sufficientissimus cuiuslibet effectus, igitur primum principium est causa sufficientissima cuiuslibet effectus; consequencia tenet a_{185} convertibili$_{186}$ ad suum convertibile sine inpedimento, et antecedens patet per exposicionem superlativi huius, quod est sufficientissimus, || I exponendo || sic: Primum principium est factor sufficiens cuius- 186 C libet effectus et primo principio non est, nec potest esse factor sufficiencior cuiuslibet effectus, ergo prima pars nota est; 2ª si negatur$_{187}$, detur$_{188}$ oppositum, quo dato sequitur, quod Deus non erit factor nobilissimus, optimus et sufficientissimus, sed hoc est falsum, ergo et conclusio cum suis corellariis; nec potest magister subterfugere probando illam: »Primum principium est factor suf- »ficientissimus resolubiliter racione primi termini«, quia eque vera$_{189}$ erit, et facta resolucione devenietur ad exposicionem superlativi, racione cuius iam est exposita.

Ponit in 2° articulo 2ªm conclusionem istam: »Cuiuslibet ef- »fectus, non quanti seu non habentis partes, primum principium »potest esse causa sufficiens, capiendo causam sufficientem pro »causa, que producit aliquem effectum nulla alia causa concurrente.« Contra: Intelligenciam intelligere active, vel Johannem legere, potest esse aliquis effectus, non habens partes vel non existens quantus, et illum effectum non potest Deus producere sine intelligencia vel sine Johanne concurrente, cum non potest esse intelligenciam intelligere, nisi sit intelligencia. Similiter non potest esse Johannem legere, nisi sit Johannes, ergo conclusio cum corellariis falsa.

Tunc ponit in 3° articulo conclusionem unicam istam: »Primum »principium est omnium aliorum a se causa productiva.« Contra: Contra$_{190}$ istorum$_{191}$ demonstrando, (sic!) istum mundum esse et$_{192}$ Deum esse$_{192}$, primum principium$_{193}$ non est causa, et ista$_{194}$ sunt alia quam primum principium, ergo conclusio falsa; maior nota est, minor probatur, quia ista sunt et primum principium est, et ista non

---

185) *Codd.*: ad *A.* — 186) *Codd.*: convertibile *A.* — 187) *Codd.*: negetur *GH.* — 188) *Codd.*: dentur *F.* — 189) *Codd.*: *om. A.* — 190) *Codd.*: *in I del.; om. H.* — 191) *Codd.*: de istorum *K; del. L.* — 192) *Codd.*: et ~ esse *om. F.* — 193) *Codd.*: *om. A.* — 194) *Codd.*: illa *GHFK.*

sunt primum principium, ergo ista sunt alia a primo[195] principio; ecce iste omnes sunt vere[196] et consequencia bona, ergo minor vera, quod erat probandum etc.[197]

Expliciunt principia in quatuor libros Sentenciarum reverendissimi Magistri Petri Lombardi Episcopi Parisyensis.*H*

---

[195]) *Codd.*: *post* principio *A.* — [196]) *Codd.*: *in marg.* ^{2} inscr. — [197]) *AL*: *om. Codd.*; *a rubr.* liber quartus habet 50 dist. *I.*

<B.>

Incipit super quarto Sentenciarum Magistri Johannis Huss.*C*

<Distinccio I.>

I186 D *B 139r* *C 96r* *EM 1r* *P 1r a* *F* *137r b* *K 94r* <1.> **S**Amaritanus enim vulnerato appropians[1] . . .

Iste est liber quartus Sentenciarum, in quo Magister tractat de signis salutiferis, vulnerato homini per peccatum medicinam[2] salutis efficaciter conferentibus, sc. de sacramentis, qui continet 50 distincciones.

<2.> Quarum prima continet: 1°, quod sacramentum est sacre rei[3] signum, et sacrum[4] secretum dicitur sacramentum. Unde sacramentum signum et sacramentum signatum, utrumque dicitur sacramentum, sed nunc dicitur de sacramento sc.[5] quod est signum; 2°, quod sacramentum est invisibilis gracie visibilis forma, cuius similitudinem gerit et causa existit[6], et quod sacrificia et cerimonie veteris legis fuerunt solum sacramenta signancia, sed sacramenta nove[7] legis sunt et[8] signancia et sanctificancia[9]; 3°, quod signum est res, que preter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognicionem venire; 4°, quod sacramenta fuerunt instituta propter tria: sc. ut docerent humiliacionem, ut exercerent quantum[10] ad operacionem, et ut tumorem[11] expellerent quantum ad nocivum; 5°, quod sacramentum in duobus consistit, sc. in verbo et re. 'Verbum' invocacio Trinitatis, 'res', ut oleum, aqua etc. huiusmodi; 6° quod differencia est inter sacramenta veteris et nove legis[12], quia[13] illa solum significabant et promittebant, ista autem signant

---

[1]) *Codd.*: appropinquans *IL.* — [2]) *Codd.*: *om. P.* — [3]) *Codd.*: regi *male F.* — [4]) *Codd.*: sacrorum *male B.* — [5]) *Codd.*: sed *I.* — [6]) *Codd.*: extitit *BL.* — [7]) *Codd.*: *post* legis *E.* — [8]) *Codd.*: *om. EKM.* — [9]) *CILP*; *ex corr. B*; significancia *codd.* — [10]) *Codd.*: *om. L.* — [11]) *Codd.*: *ex corr. P*; timorem *male M.* — [12]) *Codd.*: *post* veteris *E.* — [13]) *Codd.*: quia ∞ dant *in I male post.* Utrum sacramenta sunt necessaria? Dicitur, quod sic.

et dant$_{13}$; 7°, quod circumcisio id faciebat$_{14}$, quod aput nos baptismus facit, sed ianuam celestem non aperiebat; 8° quod tempore nature, vel legis, fides salvavit sacrificantem$_{15}$; 9° quod circumcisio fuit mandata Abrahe et omnibus Hebreis$_{16}$, ut per obedienciam placere<n>t deo, sed$_{17}$ per inobedienciam displicuit primus homo. Et convenienter$_{18}$ plura dicuntur de circumcisione.

<3.> Et de$_{19}$ iam dictis sunt hii *versus*:

A$_{20}$ sacramentum diffinit, signa bipartit$_{21}$.
quantum$_{22}$ ad cognicionem et operacionem i. e. superbiam
Sacramenta docent, exercent atque tumorem
in$_{23}$ invocacione$_{23}$ Trinitatis$_{23}$ ut$_{24}$ aqua$_{24}$ et oleo$_{24}$
Pellunt, in verbis et rebus ‖ perficiuntur. ‖| *1 187 A*
Sacramenta$_{25}$
Dant nova, quod vetera spondent, tamen id, quod aput nos
preter$_{26}$ quod$_{26}$ ianuam$_{26}$ non$_{23}$ apperuit$_{27}$
Nunc baptismus agit, tunc circumcisio fecit$_{27}$.
tempore$_{28}$ legis$_{28}$
Antea vero fides salvavit sacrificantem.

<4.> *Utrum sacramenta sunt necessaria?* Dicitur, quod sic$_{29}$ Homo enim corruptus erat circa sensibilia quantum ad cognicionem; mens enim humana circa sensibilia occupari noverat in tantum, ut extra sensibilia nichil crederet$_{30}$. Et si veniebat ad cognicionem$_{31}$ intelligibilium, iudicabat secundum modum sensibilium. Ideo necessaria fuerunt sacramenta, in quibus ex sensibilibus in spiritualibus erudiretur, et hinc dicit Magister, quod sunt instituta ad erudicionem.

Item corruptus erat homo quantum ad affectum, quia visibilibus tamquam summo bono inherebat, Deo postposito, ideo$_{32}$ ad curacionem huiusmodi corrupcionis fuit necesse, ut homo affectum, quem circa sensibilia habebat, in Deum referret, et hoc fit in sacramentis, quia ibi homo affectum, quem sensibilibus subiecit, in Dei reverenciam refert. Ideo dicit Magister, quod sacramenta sunt instituta propter humiliacionem.

Item corruptus erat homo circa sensibilia quantum ad accionem, quia eis inordinate utebatur, et ad curacionem huiusmodi exigebatur, quod homo eis ordinate uteretur et secundum Dei institucionem, et hoc fit in sacramentis.

Ibi enim homo exercitatur$_{33}$ ad Dei honorem, et propter hoc dicit Magister, quod instituta$_{23}$ sunt$_{23}$ ad exercitacionem.

Ergo sacramentorum institucio fuit necessaria et sic nobis sunt necessaria sacramenta.

---

[14]) *Codd.*: faciat *I.* — [15]) *Codd.*: sanctificantem *I.* — [16]) *Codd.*: ebreis *BL* — [17]) *I*: sicud *Codd.* — [18]) *Codd.*: consequenter *F.* — [19]) *Codd.*: *om. AHIL.* — [20]) *Codd.*: *om. A; L pessime add.* d. — [21]) *Codd.*: bipertit *ABCDGKM.* — [22]) *Glossas prorsus om. EK*; *pro* cognicione *male* consecracione *ponit P, add.* quantum ad *ante* cognicionem *BC.* — [23]) *Codd.*: *om. I.* — [24]) *Codd.*: *om. G.* — [25]) *Codd.*: *om. B male in textu A.* — [26]) *Codd.*: *om. BDEFK.* — [27]) *Codd.*: *om. L.* — [28]) *Codd.*: *om. FKP.* — [29]) *Vide annot. 13.* — [30]) *Codd.*: crederetur *GM.* — [31]) *Codd.*: agnicionem *EK.* — [32]) *Codd.*: *pessime* deo *L.* — [33]) *Codd.*: excitatur *G.*

<5.> *Utrum debuerunt institui tempore innocencie?* Dicendum, quod sacramentorum duplex est utilitas, sc. curacio et
| *I* *187 B* erudicio. | Quantum ad curacionem in statu innocencie non debuerunt institui, nec instituta fuissent, si homo non peccasset, cum$_{34}$ morbus non esset. Racio huius hec$_{35}$ est: Cum enim sacramenta virtutem sorciantur ex Christi passione, unde et de latere eius$_{36}$ in cruce pendentis dicuntur effluxisse, si homo non pecasset, Christi passio non fuisset, ergo$_{37}$ nec sacramenta. Quantum autem ad erudicionem, dicunt aliqui, quod fuissent necessaria, quia in statu illo homo sensibilibus utebatur et quia ex sensibilibus ei spiritualia signari congruebat. Alii autem dicunt, quod eciam tunc$_{23}$ nec ad erudicionem fuissent sacramenta spiritualia$_{38}$ necessaria, quia tunc homo non accepisset cognicionem spiritualium ex sensibilibus, sed magis ex influencia divini luminis, quamvis in sensibilibus spiritualia aspiceret.

<6.> *Utrum sacramenta veteris legis iustificabant?* Dicendum, quod sic, quantum ad usum sive operaciones, que dicuntur a quibusdam opus operans, si fierent ex fide et caritate. Absurdum enim videtur, quod labores sanctorum patrum in hiis non$_{39}$ essent meritorii. Unde in hoc reprobatur Magister. Non autem iustificabant$_{40}$, quantum ad opus operatum, quod est ipsum sacrificium, sicut fit in sacramentis nove legis.

<7.> *Utrum circumcisio conferrebat graciam?* Dicendum, quod sic, quantum ad effectum privacionis culpe et reatus, et eciam quantum ad aliquos$_{41}$ positivos effectus, ut sunt: ornare animam et facere dignam vita$_{42}$ eterna$_{44}$. Non tamen ad omnes effectus, quos habet gracia baptismalis, quia gracia baptismalis
|| *I* sufficit ad$_{43}$ totaliter reprimendum concupiscenciam, ad quod non
187 C sufficiebat gracia data in cir||cumcisione. Licebat enim inminente necessitate diem octavum prevenire, ut dicit Magister, vel secundum Hugonem non licebat, sed poterant <curari> per remedia, per que curabantur ante circumcisionem datam. Et quia ante circumcisionem salvabantur parvuli in fide parentum, adulti vero per fidem propriam cum aliquo signo exteriori, quod esset protestacio$_{44}$ fidei sue, similiter et mulieres ante circumcisionem et tempore circumcisionis salvabantur.

<8.> Dubitatur, *qnibus data fuit circumcisio.* Respondetur, quod solum filiis Israhel, ex ipsis enim erat Dei populus et ideo in ipsis vigere debebat divinus$_{45}$ cultus, et circumcisio signare debebat distinccionem populi Israhel ab infidelibus. Illi autem, qui non erant de populo Israhel, poterant curari per eadem remedia, per que curabantur ante circumcisionem.

---

[34]) *Codd.*: si *P.* — [35]) *L*: *post* est *codd.* — [36]) *I*: ipsius *codd.* — [37]) *Codd.*: *post* nec *K.* — [38]) *Codd.*: *del.* ι[1], *corr.* ι[2]. — [39]) *In I add. in margine.* — [40]) *Codd.*: iustificabantur *P.* — [41]) *Codd.*: *post* positivos *K.* — [42]) *Codd.*: *pessime* vitam eternam *L.* — [43]) *Codd.*: *ex corr. post* totaliter *I.* — [44]) *Codd.*: protestificacio *L.* — [45]) *Codd.*: dei *A.*

<Distinccio II.>

Iam ad sacramenta nove legis accedamus . . .

<1.> *Distinccio secunda*[1] tractans de sacramentis nove legis 1° continet, quod nove legis sunt sacramenta[2] septem: Baptismus, Confirmacio, Penitencia, Eucaristia, Extrema unccio, Ordo, Coniugium. Quorum alia prebent remedium contra peccata et graciam adiutricem, ut baptismus, alia in remedium sunt tantum, ut coniugium, alia gracia et virtute nos fulciunt, ut eucaristia, confirmacio et ordo. 2°, quod sacramenta ista[3], que ex Christi morte et passione[4] virtutem sortita sunt, non erant danda ante adventum Christi, qui graciam attulit. Christus autem venire noluit, antequam homo de lege naturali et scripta convinceretur, quod neutra iuvare posset; 3°, quod coniugium fuit institutum ante peccatum non propter remedium, sed ad sacramentum et officium generacionis. Sed post peccatum fuit | in remedium contra carnis concupiscenciam; | *I*
4°, quod baptismum Christi Johannes suo[5] baptismo prenuncciavit. *187 D*
Qui baptismus Johannis erat in aqua exterius solum, quia exterius lavabat, sed interius graciam non conferebat, nec remissionem peccatorum; erat tamen in penitenciam, quia, quos Johannes baptisabat, ad penitenciam vocabat et ad baptismum Christi homines preparabat; 5°, quod baptismus ille dictus est Johannis, quia in eo nichil agebatur, quod non ageret Johannes, operacio tamen illa a Deo erat et baptismus; 6°, quod baptismus Johannis poterat dici sacramentum, quia signabat[6] baptismum Christi; 7°, quod forma Johannis erat, quod in nomine venturi baptisabat, et illi, qui spem in illo baptismo ponebant, postea baptisati sunt baptismo Christi sine iteracione baptismi, sed cum innovacione. Illi autem, qui spem in baptismo Johannis non ponebant, et Patrem et Filium et Spiritum Sanctum credebant, postea non baptisabantur, sed per inposicionem manuum Apostolorum Spiritum Sanctum recipiebant. Et n o t a, quod M a g i s t e r in isto communiter non tenetur, nam baptisati baptismo Johannis erant[7] baptismo Christi rebaptisandi[8].

<2.> Super aliquibus horum sunt hii[9] *versus*:

sc. sacramentorum assignatis sacramenta[11] VII[11]
B circumcidit causisque[10] datis nova ponit.
sc. Johannes aqua[12] exterius non spiritu
Precursor baptisat aqua, baptisma futurum
quod dabat remissionem peccatorum sc. preparando corda hominum
Christi designans, non per se crimina mundans.

---

[1]) *Codd.*: *a rubricatore BFI, om. ADKL.* — [2]) *I*: *post* septem *Codd.* — [3]) *Codd*: *om. L.* — [4]) *Codd.*: passione et morte *CE.* — [5]) *Codd.*: *post* baptismo *B.* — [6]) *Codd.*: significabat *BCGL.* — [7]) *Codd.*: *om. L.* — [8]) *Codd.*: baptisandi *L.* — [9]) *Codd.*: *om. A.* — [10]) *Codd.*: *male* quod *D.* — [11]) *Codd.*: *tantum* VII *om. A.* — [12]) *Codd.*: *om. AEIP.*

baptismo a Johanne quia$_{14}$ neque si$_{15}$ Spiritus Sanctus est audivimus$_{14\,15}$
Quo baptisatis$_{13}$ ignaris pneumatis almi
delens$_{17}$ peccata conferens graciam$_{19}$
| I Verum$_{16}$ baptisma$_{16}$ ||| confertur$_{18}$ nomine Christi.
188 A

<3.> *Utrum$_{20}$ sacramenta fuerunt$_{21}$ instituta statim Christo$_{22}$ nato?* Dicendum, quod sacramenta dupliciter instituta sunt: 1° ad documentum et exercicium, et sic fuerunt ante passionem. Alio modo quantum ad obligacionem et preceptum, et sic eorum institucio non fuit ante passionem, quia legalia adhuc non fuerunt mortua. Unde a tempore inchoacionis predicacionis Christi usque ad passionem eius sacramenta nove legis simul currebant$_{23}$ cum legalibus et utraque habebant efficaciam suam, sed in Christi passione instituta fuerunt quantum ad necessitatem.

<5.> *Utrum sacramenta omnia inmediate a Christo fuerunt$_{24}$ instituta?* Et dicitur, secundum quosdam, quod non sunt instituta ab eo hic corporaliter manente$_{25}$ ante mortem, sed quedam ab$_{26}$ eo$_{26}$ sunt instituta, ut baptismus, eucaristia, penitencia, alia autem comisit Apostolis instituenda, sc. sacramentum confirmacionis et extreme unccionis. Et racio huius videtur esse, quia in sacramento confirmacionis datur$_{27}$ Spiritus$_{27}$ Sanctus$_{27}$ ad robur, et ideo non debuit institui ante missionem Spiritus Sancti factam die pentecostes. Similiter extrema unccio, cum sit proximum preparatorium$_{28}$ ad gloriam resurreccionis, ante resurreccionem institui non debuit. Alii autem dicunt, quod institucio sacramentorum ad potestatem plenitudinis pertinet, quam sibi Christus in sacramentis retinuit, et ideo sicut purus homo non potest sacramentum mutare, ita nec instituere$_{29}$.

Quando autem singula Christus sacramenta instituit, dictum est in questione 1ª circa distinccionem primam$_{30}$ huius quarti$_{31}$.

Quis$_{32}$ est ordo sacramentorum? Respondetur$_{33}$, quod iste: 1° requiritur baptismus, qui est ianua fidei et sacramentorum. | I Extrema unccio est ultimum, que est | sacramentum exeuncium,
188 B ut dictum est in$_{34}$ prima questione huius quarti$_{34}$; cetera sunt intermedia, sc. confirmacio, que est progrediencium, respiciens ad gracie in baptismo collate conservacionem, eucaristia vero ad gracie conservate augmentacionem, penitencia ad perdite$_{35}$ gracie recupe-

---

[13]) *Codd.*: *male* baptisatitis *I. pessime* baptisat *L.* — [14]) *Codd.*: quia ~ audivimus *om. A.* — [15]) *IP*: sic; auditus *codd.* — [16]) *Codd.*: *in marg. K.* — [17]) *Codd.*: dolens *A.* — [18]) *Codd.*: confert *BC.* — [19]) *Glossas prorsus om. DK.* — [20]) *Incipit MS. N 38v.* — [21]) *Codd.*: sunt *N.* — [22]) *Codd.*: *post* nato *B.* — [23]) *Codd.*: curabant *N; abbrev. om. itaque* curabat *P.* — [24]) *Codd*: sunt *L.* — [25]) *Codd.*: *post* mortem *L.* — [26]) *Codd.*: *om. B.* — [27]) *Codd.*: datur gracia Spiritus Sancti *N.* — [28]) *Codd.*: reparatorium *A.* — [29]) *Explicit MS. N 38v.* — [30]) *Codd.*: *om. L.* — [31]) *Codd.*: quarti libri *L.* — [32]) *Incipit MS. N 38v.* — [33]) *Codd.*: dicendum *N.* — [34]) *Codd.*: in ~ quarti *om. N.* — [35]) *Codd.*: *pessime* parte *N.*

racionem. Unde quia post ingressum ad statum gracie sequitur pugna, ergo accedens ad servitutem Dei debet se preparare ad illam, ad quam ordinatur confirmacio. Post pugnam sequitur eucaristie refeccio. Et quia post pugnam fit casus vel vulneracio, ideo contra casum vel vulneracionem ordinatur penitencia. Et quia$_{37}$ ista non possunt fieri$_{36}$ sine ordine, ergo requiritur$_{30}$ ordo in sacerdocio. Et cum$_{38}$ non omnes debent$_{39}$, nec$_{39}$ possunt$_{39}$ esse in sacerdocii$_{40}$ ordine, nec omnes debent esse virgines vel vidue, ideo pro generacione filiorum Dei et pro remedio requiritur matrimonium, ut iuxta mandatum Dei crescant et multiplicentur et unusquisque habeat$_{41}$ uxorem propriam propter fornicacionem, subaudi, evitandam. Cetera$_{42}$ patent in questione 1^{a}$_{30}$ huius quarti.

<6.> *Utrum*$_{43}$ *baptismus Johannis fuit sacramentum*? Nota 1°, quod baptismus Johannis dicitur esse$_{44}$ Johannis 1° ex eo, quod$_{45}$ fuit Johannes minister primarie institucionis$_{46}$ eius; 2°, quia fuit minister execucionis eius; 3°, quia fuit minister tocius$_{37}$ operacionis, que in baptismo illo fiebat$_{47}$; 4°, quod$_{48}$ soli Johanni fuit concessum ministerium illius baptismi. Dicendum ergo, quod baptismus Johannis fuit sacramentum, prout est$_{49}$ solum sacre rei signum, sed$_{50}$ non fuit sacramentum$_{51}$, prout sacramentum est signum$_{50}$ et causa gracie, unde graciam non conferebat. Baptismus eciam ille$_{52}$ conveniebat cum sacramento novo | (sc. baptismo) in materia. Et *1*
cum sacramentis veteris legis conveniebat in hoc, quia signabat$_{53}$ *188 c*
et$_{54}$ graciam non conferebat. Et hinc est, quod omnes baptisati baptismo Johannis erant baptisandi baptismo Christi. Unde Magister in hoc non tenetur, quod$_{55}$ dicit: Quod non omnes essent baptismo Christi baptisandi, quia (sc. illi non), qui spem in baptismo Johannis non ponebant et Patrem et Filium et Spiritum Sanctum credebant$_{56}$ etc.$_{57}$

---

[36]) *Codd.*: esse *L.* — [37]) *Codd.*: *om P.* — [38]) *Codd.*: tamen *N.* — [39]) *Codd.* possunt nec debent *BE.* — [40]) *Codd.*: *post* ordine *N.* — [41]) *Codd.*: habet *L.* — [42]) *Explicit MS. N 39r.* — [43]) *Incipit MS. N 39r.* — [44]) *I*; *om. Codd.*: baptismus *B.* — [45]) *I*; quia *Codd.* — [46]) *Codd.*: *male* inposicionis *N.* — [47]) *Codd.*: fiebant *LN.* — [48]) *Codd.*: quia *ABCKL.* — [49]) *Codd.*: *post* solum *N.* — [50]) *Codd.*: sed ∞ signum *om. L.* — [51]) *Codd.*: signum sacramentum *A.* — [52]) *Codd.*: *add.* non *KN.* — [53]) *Codd.*: significabat *N.* — [54]) *Codd.*: sed *N.* — [55]) *Codd.*: quia *EKNP.* — [56]) *Codd.*: *male* concedebant *I.* — [57]) *Codd.*: *om. P.*; *Explicit MS. N fol. 39r.*

<Distinccio III.>

<1.> POst hec videndum est[1], quid sit baptismus . . .

Ista est *tercia*[2] *distinccio*, tractans[3] de baptismo, que 1° continet, quod[4] baptismus est tinccio i. e. ablucio corporis exterior[5] facta in aqua sub forma verborum prescripta[6], et quod tria[7] sunt de substancia baptismi, sc. elementum, verbum[8] et intencio baptisantis, cetera ad solempnitatem eius pertinent; 2° continet, quod verbum sive forma prescripta baptismi est invocacio Trinitatis, sc. ista: »In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, »Amen«; 3°, quod, si quis baptisaretur[9] in nomine Christi, baptisatus est, quia in Christo Trinitas intelligitur, sc. Pater, a quo unctus est, et Christus, qui unctus est[10], et Spiritus Sanctus, per quem unctus est; 4°, quod secundum Ambrosium potest baptisari quis[11] in nomine unius persone, si ille, qui baptisat, fidem teneat Trinitatis, quia Trinitas in quolibet nomine personarum intelligitur. Si autem quis perverse credens et errorem inducere intendens unam personam de tribus nominet[12], tunc ministerium non inplevit; 5°, quod Christus baptismum instituit, quando ipsum a Johanne suscepit, tunc enim vim regenerativam aquis dedit tactu sue mundissime carnis, ut, qui postea[13] inmergeretur in nomine Trinitatis, a peccatis purgaretur[14]. Ubi eciam Trinitas innotuit et
| *I* in forma | illa (sc. invocacione[15] Trinitatis) Apostoli eciam ante
188 D passionem baptisabant; 6°, quod hoc sacramentum solum in aqua celebratur; 7°, quod baptisandus inmergendus est semel vel ter secundum morem ecclesie; 8°, quod legalia omnia et circumcisio in morte Christi terminata sunt; 9°, quod causa institucionis baptismi est mentis innovacio, que est virtus[16] baptismi interior[17]; 10°, quod aditum regni nobis non apperuit circumcisio nec[18] baptismus, sed hostia Salvatoris.

<2.> Pro hiis sunt hii *versus*:

accedit ad elementum et[22] fit[19 22] sacramentum[22]
C fit baptisma, cum verbo iungitur unda,
i. e. quo in[20] baptismo[20] i. e. Trinitatem
Idque voco verbum, quod ibi tunc invoco trinum.
supple: ut dicatur in nomine Patris et Filii etc.[21] supple:[22] fiat[22]
Non est baptisma, nisi sana per omnia forma;

---

[1]) *Codd.*: sit *L.* — [2]) *Codd.*: *post* distinccio *L.* — [3]) *Codd.*: tractatus *L.* — [4]) *Incipit MS. N fol. 35v*: 4ti distinccio 3a articulus de baptismo. Quid est baptismus et dicitur, quod est. — [5]) *Codd.*: *post* facta *B.* — [6]) *Explicit MS. N fol. 35v.* — [7]) *Codd.*: *post* sunt *P.* — [8]) *Codd.*: *post* et *K.* — [9]) *I*: baptisetur *Codd.* — [10]) *Codd.*: *om. I.* — [11]) *Codd.*: *om. P.* — [12]) *Codd.*: nominat *F.* — [13]) *Codd.*: post eam in ea mergeretur *L.* — [14]) *Codd.*: mundaretur *B.* — [15]) *Codd.*: in invocacione *P.* — [16]) *Codd.*: *om. A.* — [17]) *Codd.*: interioris *L.* — [18]) *Codd.*: *ex corr. M;* ut *G.* — [19]) *Codd.*: sic *DP.* — [20]) *Codd.*: baptismus *KLM.* — [21]) *Codd.*: et Spiritus Sancti *add. BCBMP.* — [22]) *Codd.*: *om. B.*

personas quia Apostoli baptisabant in nomine Christi
Ac tamen in Christo tres dicis nomine solo,
sc. tua, qua credis Trinitatem vocaliter
Supplet verba fides tantum, cum nec resones tres.
a Johanne
Christus baptismum statuit, cum sumeret ipsum.
baptismus$_{10}$ non$_{10}$ in$_{10}$ alio$_{10}$ liquore$_{10}$
Hic in aqua sola fit, excusacio nulla.
illius in qua baptisas$_{23}$ ter in nomine Trinitatis et propter triduanam sepulturam
Ecclesie morem serva, mergens$_{24}$ semel aut ter.
mundacio$_{25}$
Locio baptismi signum, mentis novitas res.

<3.> Queritur$_{26}$, *utrum hec forma sit sufficiens baptismi*, quod non liceat ei addere vel subtrahere vel eam quomodolibet inmutare: »Ego baptiso te in nomine Patris et Filii et Spiritus »Sancti.« Sciendum, quod tangitur ibi agens principale baptismi in hoc, quod dicitur: In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ipsa enim veneranda Trinitas est principaliter$_{10}$ baptisans et sanctificans tam elementum$_{27}$ quam baptisatum, et ideo, si illud obmitteretur, non esset virtus baptismi, et sic expressio Trinitatis sub uno nomine, quo designatur una essencia personarum, est de integritate baptismi. *I* 189 *A*

Notandum tamen quod Bonaventura distingwit dicens: Quod expressio Trinitatis potest esse quatuor modis:

Aut quod sit plena in corde et ore, ut dum quis perfecte credit et perfecte exprimit, sic baptismus est perfectus$_{28}$.

Aut quod sit semiplena in corde et ore, ut dum quis$_{29}$ nec plene credit$_{29}$ nec plene exprimit, non est baptismus.

Aut quod sit$_{16}$ plena in corde et semiplena in ore, sicut dicit Ambrosius 1°$_{30}$ libro De Spiritu Sancto ca° 3° et est in litera ca° 3°: »Si fide misterium Trinitatis$_{31}$ teneatur, »et una persona tantum nominetur, plenum est sacramentum.« Sed hoc intelligendum est secundum$_{16}$ Richardum$_{32}$ et Bonaventuram$_{33}$ in casu necessitatis, si post nominacionem Patris moreretur$_{34}$ puer, antequam submergeretur et Filii et Spiritus Sancti, pie credendum est, quod Deus suppleret et puer sepeliendus esset in cimiterio, et si superviveret, rebaptisandus$_{35}$ esset sub condicione: Si tu non es baptisatus$_{36}$ etc. Hoc secundum Richardum et Petrum.

---

[23]) *Codd.*: in aqua baptismatis *P.* — [24]) *Codd.*: mergeris *P.* — [25]) *Codd.*: *om. A; glossas prorsus om. EK.* — [26]) *Incipiunt MS. N 35v, O fol. 270r.* — [27]) *MS. N add. glossam bohemicam* zywel. — [28]) *Codd.*: perfectus est baptismus *BG*; est perfectus baptismus *CM.* — [29]) *Codd.*: quis ∾ credit *om. GK.* — [30]) *Codd.*: *post* libro *P.* — [31]) *Codd.*: *post* teneatur *KN*; teneatur *ante* misterium *P.* — [32]) *Codd.*: Rychardum *K.* — [33]) *Codd.*: bona venturam *pessime O.* — [34]) *Codd.*: moritur *F.* — [35]) *Codd.*: baptisandus *I.* — [36]) *BCGLM*: *om. Codd.*

Aut quod sit plena in ore et semiplena in corde, sic tamen, quod baptisans intendat facere, quod facit ecclesia, plenum est$_{37}$ sacramentum, quia ut sic baptisatur in fide ecclesie principaliter et non in fide baptisantis.

<4.> 2° exprimitur persona baptisans, cum dicitur: Ego. Ad quam personam pertinet$_{38}$ accio sive actus baptisandi, qui$_{11}$ exprimitur, cum dicitur baptiso; 3° tangitur persona baptismum
| *1* recipiens, cum dicitur | te; actus baptisandi et persona baptismum
189 B recipiens si$_{39}$ non exprimuntur, non remanet virtus baptismi. Expressio vero ministri per hoc pronomen 'ego' non est de essencia forme, quia intelligitur in hoc verbo 'baptiso'. Argumentum De consecracione dist. 4ª, 'Retulerunt', ubi dicitur: »Si »quis dixerit$_{40}$ 'baptiso te', baptisatus est, et ibi non ponitur 'ego'.« Idem dicit Gilbertus et Innocencius Etravag. De baptismo ca° 1°. Et racio prima est$_{41}$, quia Christus baptismum instituens et formam baptisandi prebens, non expressit 'ego'. Item quia a ministro baptismus non$_{42}$ habet$_{42}$ principaliter virtutem. Item Greci ab inicio fidei illud$_{43}$ nomen$_{44}$ 'ego' non exprimunt, et tamen baptisant. Unde quia racione$_{45}$ baptisancium heresis invaluerat, dicencium 1ª Corinth. 1°: »Ego quidem sum Pauli: ego$_{46}$ »Cephe, ego autem Apollo$_{46}$.« Ideo$_{47}$ volentes Greci excludere$_{48}$, quod a$_{49}$ ministro$_{49}$ baptismus haberet$_{50}$ virtutem, non dicunt 'ego'. Sed institucio ecclesie$_{51}$ Romane baptisantes obligat ad exprimendum 'ego'.

In forma ergo baptisandi 1°$_{52}$ dicitur 'ego', ubi innuitur persona intencionem ad baptisandum dirigens; 2° dicitur 'baptiso', iu quo actus baptisandi racione certitudinis et racione exclusionis alterius$_{53}$ operis designatur; 3° dicitur 'te', quo persona$_{54}$ baptisati monstratur$_{55}$, ut se baptisari credat, licet aliquando non intelligat$_{56}$; 4° dicitur 'In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, in quo unitas deitatis et Trinitas personarum ostenditur$_{57}$, cuius operacione baptisatus principaliter baptisatur et sanctificatur. Illa ergo est Latinorum conpleta forma baptismi, sed Grecorum est ista: »Baptisetur servus Christi in nomine Patris et »Filii, et Spiritus Sancti, Amen$_{58}$.«

| *1* <5.> || *Utrum esset baptismus, si quis*$_{58}$ *diceret 'baptiso*
189 C vos' etc. Dicitur, quod sic, quia non tollitur forma$_{59}$. Est$_{10}$ enim

---

[37]) *Codd.*: *om. KP.* — [38]) *Codd.*: requiritur *P.* — [39]) *Codd.*: *male* sed *A.* — [40]) *Codd.*: *post* te *B.* — [41]) *Codd.*: *om. NO.* — [42]) *Codd.*: *post* principaliter *P.* — [43]) *Codd.*: id *K.* — [44]) *Codd.*: pronomen *NO.* — [45]) *Codd.*: *post* baptisancium *O.* — [46]) *Codd.*: ego ∾ Apollo *om. B.* — [47]) *Codd.*: item *A.* — [48]) *Codd.*: excutere *O.* — [49]) *Codd.*: *post* baptismus *B.* — [50]) *Codd.*: habet *N*; *ante add.* non *P.* — [51]) *Codd.*: *post* Romane *BO.* — [52]) *Codd.*: ideo *E*, *om. A.* — [53]) *Codd.*: *in A add.* hominis, *in B in margine* β^2. — [54]) *Codd.*: ad personam *N.* — [55]) *Codd.*: intelligitur *O.* — [56]) *Codd.*: intelligunt *P.* — [57]) *Codd.*: designatur *A.* — [58]) *Codd.*: *om. N.* — [59]) *Codd.*: *add.* verborum *N*

sensus 'baptiso te et te'. Si autem diceret: 'Baptisamus te', non esset baptismus, sensus enim est 'ego et ille baptisamus[60] te', et sic forma mutatur.

<6.> *Utrum esset baptismus, si diceretur: 'In nomine Trinitatis'.* Dicendum, quod non, quia[61] quamvis exprimeretur[62] numerus personarum, non tamen ipse persone.

<7.> *Utrum esset baptismus, si diceretur: 'In nomine genitoris, et geniti et flaminis.'* Dicitur[63], quod non, quamvis[64] nomina illa idem significent, quod Pater, Filius[65] et Spiritus Sanctus.

<8.> *Utrum esset baptismus, si verba corrupte dicantur.* Dicendum[66], quod vel dicuntur verba corrupte[66] ex industria, aut ex ignorancia. aut ex defectu lingwe. Si primum, tunc non videtur intendere baptisans, quod ecclesia intendit. Unde non est baptismus. Si ex ignorancia vel defectu lingwe, tunc, si est tanta corrupcio, quod aufert sensum locucionis, non est baptismus. Si autem sensus locucionis remanet, sic erit[67] baptismus. Si ex defectu lingwe, hoc precipue accidit, quod non mutatur sensus, quia fit corrupcio ex parte finis diccionis, et sic[68] variatur significatum et[69] non significacio, et fit baptismus. — Quando autem fit corrupcio ex parte principii diccionis, tunc maxime variatur significacio et non fit[70] baptismus.

<9.> *Utrum fiat baptismus, si fiat verborum transposicio, ut si dicatur: In nomine Filii et Patris etc.* Dicitur, quod sic, | *I* non enim est prioritas dignitatis[71] in personis, | vel prioritas tem- *189 D* poris[72], vel prioritas[73] essencie[74]. Aliqui tamen dixerunt, quod non esset baptismus in tali transposicione.

<10.> *Utrum, si fiat interrupcio verborum, sit baptismus.* Dicitur, quod, si sit tanta interrupcio verborum, quod intencio baptisantis intercipiatur et discontinuetur, non est baptismus, ut si quis dicat: 'Baptiso te in nomine Patris', et post interrumpat et dicat unam longam[75] fabulam et tunc dicat: 'et Filii' etc. Si autem fiat modica interrupcio, vel per silencium ex devocione, vel per tussim, vel per interposicionem[76] unius diccionis, et[77] non fiat discontinuacio intencionis[77], tunc est baptismus[78].

<11.> *Utrum baptismus fuit[79] institutus ante passionem?* Dicendum, quod sic. Unde, quantum ad materiam fuit institutus tunc, cum Christus a Johanne est[80] baptisatus, tunc enim con-

---

[60]) *Codd.*: baptisatus *M.* — [61]) *Codd.*: *om. G.* — [62]) *Codd.*: exprimitur *A.* — [63]) *Codd.*: *ante add.* et *P.* — [64]) *Codd.*: *ante add.* quia *E*; *MS. N fol. 270 in marg. add.*: sed quia ecclesia in hoc remansit na tom sie swolila — [65]) *I*; *ante add.* et *codd.* — [66]) *Codd.*: verba *om. K*; dicendum ∾ corrupte *om. E*; dicuntur *post* verba *P.* — [67]) *Codd.*: est *G*, *male* et *A.* — [68]) *Codd.*: tunc *EKNP.* — [69]) *Codd.*: sed *B*; *om. N.* — [70]) *Codd.*: manet *E.* — [71]) *Codd.*: *om. I.* — [72]) *Codd.*: *post* essencie *M.* — [73]) *Codd.*: essencie *O.* — [74]) *Codd.*: temporis *O.* — [75]) *Codd.*: logicam *A.* — [76]) *Codd.*: interrupcionem *A.* — [77]) *Codd.*: et ∾ intencionis *om. N.* — [78]) *Explicit MS. N fol. 270v et incipit fol. 250r.* — [79]) *Codd.*: *post* institutus *N.* — [80]) *Codd.*: fuerit *male*, *sed a* π^1 *inscrip.* est.

tactu carnis sue mundissime$_{81}$ vim regenerativam$_{82}$ aquis contulit, et forma eciam fuit$_{83}$ ibi figurata trium personarum; ibi enim fuit Pater in voce, Spiritus Sanctus in columbe specie et Filius in carne. Fructus$_{84}$ baptismi eciam ibi$_{85}$ fuit figuratus, quia celi aperti fuerunt$_{86}$. Super eum Matth. 3°. Et demum Christus suum baptismum inchoavit. Unde Johannis 3° dixerunt discipuli$_{87}$ Johannis$_{88}$ ad Johannem$_{89}$: »Rabi, qui erat tecum$_{90}$ trans Jordanem, »cui tu$_{91}$ testimonium perhibuisti, ecce, hic baptisat, et omnes »veniunt ad eum$_{92}$.« Et Luce 7° Dominus loquens de Johanne dixit$_{93}$: »Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam, qui pre»parabit$_{41}$ viam tuam ante te. Dico enim vobis: Maior inter natos
||I »mulierum propheta Johanne Baptista$_{95}$ nemo est. Qui autem
190A »minor$_{95}$ est in regno celorum, maior est illo.« Et sequitur ad propositum: »Et omnis populus audiens et publicani iustificarunt »Jesum$_{96}$, baptisati$_{97}$ baptismo Johannis, Pharisei autem consilium »Dei spreverunt in semet ipsos$_{98}$, non baptisati ab eo.«

Ecce in hiis verbis innuitur, quod communis ples et publicanorum baptisatur$_{99}$ a Christo post baptismum Johannis, sed Pharisei noluerunt baptisari et sic habetur, quod Christus baptisavit eciam$_{100}$ illos, qui fuerunt$_{101}$ Johannis baptismo baptisati. Necessitatem autem baptismi ostendit Salvator dicens Nicodemo$_{102}$ Johannis 3°: »Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, »non potest videre regnum Dei$_{103}$.« Forma$_{104}$ autem instituta est Matth. 28°, ubi dicit Salvator: »Euntes ergo, docete omnes »gentes, baptisantes eos in nomine Patris$_{105}$ et Filii et Spiritus »Sancti$_{105}$.« — Effectum autem ultimum, qui est apercio ianue, habuit baptismus ex passione Christi; divulgacio autem baptismi ad omnes naciones est precepta Matth. ultimo, cum dicitur: »Docete »omnes$_{106}$ gentes, baptisantes eos$_{107}$ etc.«

<12.> Queritur, *in quo debet*$_{108}$ *baptismus fieri.* Dicendum, quod in aqua solum. Racio huius est: 1° divina institucio, racio autem institucionis$_{109}$ fuit voluntas Dei.

Item, quia aqua habet$_{110}$ aliquid de lumine racione dyafaneitatis$_{111}$ et ita conpetit baptismo, qui vim habet illuminandi animam.

---

[81]) *Codd.*: nudissime, *sed a rubr. in marg.* mundissime *cor. N.* — [82]) *Codd.*: generativam *A*; regilativam *M.* — [83]) *Codd.*: *post* ibi *CG*; ibi eciam fuit *P.* — [84]) *Codd.*: et ffructus *B* — [85]) *Codd.*: *post* fuit *AG.* — [86]) *Codd.*: sunt *AN.* — [87]) *Codd.*: apostoli *GM.* — [88]) *Codd.*: *om. EN* — [89]) *Codd.*: Jesum *O.* — [90]) *Codd.*: *om. F.* — [91]) *E*; *om. codd.* — [92]) *Codd*: deum *F.* — [93]) *Codd.*: *om. P.* — [94]) *Codd.*: preparabat *A.* — [95]) *Codd.*: *om. O.* — [96]) deum *Vulg.* — [97]) *Codd*: *post* Johannis *M.* — [98]) *Codd.*: ipsis *BGM*; se ipsos *I.* — [99]) *Codd.*: baptisabatur *CDGNO.* — [100]) *Codd. post* illos *EKP.* — [101]) *Codd.*: *om. A.* — [102]) *Codd.*: Nichodemo *KP.* — [103]) *In Vulg.* duo versus 3us et 5us. — [104]) *AIKOP; ante add.* et *codd.* — [105]) *Codd.*: patris ∾ sancti *om. N.* — [106]) *Codd.*: eos *et* omnes *del. a rubr. P.* — [107]) *Codd.*: *om. B.* — [108]) *Codd.*: habet *BGK.* — [109]) *Codd.*: *in marg.* β[1] *B.* — [110]) *Codd.*: *post* aliquid *CN.* — [111]) *Codd.*: *male* dyafaneratis *P.*

Item, quia aqua habet vim ablutivam[112] racione humiditatis, | *I*
ideo conpetit similitudinarie[113] baptismo, in quo sordes anime *190 B*
abluuntur.

Item, quia[114] aqua habet vim refrigerativam et ideo conpetit baptismo, in quo incendium fomitis refrigeratur.

Item, quia aqua aput omnes[115] invenitur et habetur pro modico, ideo conpetit baptismo[116], quia[117] est sacramentum necessitatis.

Unde si esset in vino, vel oleo, sepe propter defectum periret homo non baptisatus. Potest autem baptismus fieri in aqua simplici frigida, vel[118] calida, munda, vel turbulenta et permixta, dum tamen mixtio[119] speciem aque non permutat[120]. De lixivio[121] autem[122] dicunt aliqui, quod non baptismus[123] fit in eo. Alii dicunt, et melius, quod potest fieri, cum[124] non[125] differat[124] specie ab alia aqua, nisi quod[126] per cineres defluit. Non autem sic est de cerevisia, de brodio carnium, sinapio[127], medone. Unde in istis currunt dubia. Ideo Scotus ponit[128] tres regulas: Prima si possibilitas adest, via tutissima est eligenda, 2ª si non[129] adest[129] possibilitas, via tutissime vie[130] est tenenda, 3ª cessante inpossibilitate[131] caute est[132] supplendum, quod inpossibilitas prohibebat. — Quid autem contingeret, si quis urina munda, estimans non urinam, hominem baptisaret, Deo huiusmodi dubia sunt comittenda, quia melius est sibi[133] comittere, quam temerarie sine scriptura divina talia diffinire[134].

---

[112]) *Codd.*: *pessime* abluti non *A.* — [113]) *Codd.*: similitudine *C.* — [114]) *Codd. om. O.* — [115]) *Codd.*: et inter omnes invenitur *add. EKP.* — [116]) *Codd.*: baptismus *A.* — [117]) *Codd.*: qui *P.* — [118]) *Codd.*: *om. EKNP.* — [119]) *Codd.*: permixtio *N.* — [120]) *Codd.*: permutatur *ABC.* — [121]) *Codd.*: lixivo *male BCDEGKM.* — [122]) *Codd.*: *om. EKNP.* — [123]) *Codd.*: *post* fit *BCEGMN.* — [124]) *Codd.*: dum non differt *O; ante add.* et *P.* — [125]) *Codd.*: *om. A.* — [126]) *Codd.*: *om. KP.* — [127]) *Codd.*: et *add. P.* — [128]) *Codd*: potuit *pessime K.* — [129]) *Codd.*: *post* possibilitas *N.* — [130]) *Codd.*: vie proxima *add. E.* [131]) *Codd*: *male* possibilitate *I.* — [132]) *Codd.*: *post* supplendum *A.* — [133]) *Codd.*: *om. L.* — [134]) *Expliciunt MS. N fol. 37v, O fol. 250r.*

<Distinccio IV.>

<1.> Hic dicendum est aliquos suscipere sacramentum, et rem sacramenti . . .

|| *I* *190 C* Ista est *distinccio 4ª* tractans de baptismo, || in quantum pertinet ad suscipientes. Et 1° continet, quod aliqui suscipiunt sacramentum et rem[1], ut omnes parvuli et adulti, nisi enormitas vite inpediat In parvis enim fit remissio peccati originalis tantum, et donacio gracie. In adultis fit remissio[2] originalis peccati et actualis. Aliqui suscipiunt sacramentum tantum, ut ficte accedentes. Aliqui vero rem et non sacramentum, ut martires Christi et fideles contriti, ubi necessitas excludit sacramentum. Si enim parvulis non valentibus credere sufficit baptismus, multo magis sufficit[3] fides adultis volentibus, sed non valentibus baptisari.

2°, quod illud Ad Gal. 3°: »Quotquot[4] in Christo baptisati[5] »estis, Christum induistis«, potest intelligi, quod qui in Christo, i. e. in Christi conformitate, baptisantur, ut sc. moriantur vetustate peccati, sicut Christus vetustate pene, 'induunt[6]' Christum per graciam inhabitantem.

3°, quod illud Johan. 3°: »Nisi quis renatus fuerit ex aqua »et Spiritu Sancto« etc.. intelligitur de illis, qui possunt et contempnunt, vel ita[7]: »Nisi quis renatus fuerit« ea regeneracione, que fit per aquam et Spiritum Sanctum, »non salvabitur«. Illa autem regeneracio non fit tantum per baptismum aque, sed per penitenciam et sangwinem.

4°, quod non tantum valet fides aliena parvulo, quantum propria adulto, quia illi non sufficit fides sine sacramento, sed isti sufficit.

5°, quod adultus per fidem et contricionem iustificatur et debito pene eterne absolvitur, et cum baptismum percipit, tunc a peccatis, que postea contraxit, mundatur, et ab exteriori satisfaccione, qua penitentes ligantur, absolvitur, et gracia et virtus in eo augetur, ut vere novus homo tunc possit dici, et fomes in eo | *I* *190 D* debilitatur et omnia ista | cum[8] iustificacione[8] eciam prius habita, sunt res illius sacramenti, nec est mirum, si res precedit[9] aliquando sacramentum, ut in proposito iustificacio. Nam et aliquando sequitur, ut in ficto, qui recedente ficcione rem sacramenti percipit, quam ante non susceperat.

6°, quod de[10] adultis, qui digne percipiunt sacramentum, non ambigitur, quin graciam operantem et cooperantem accipiant. De parvulis autem quidam putant idem, dicunt tamen eis dari in

---

[1]) *Codd.*: sacramenti *add. A.* — [2]) *Codd.*: *om. L.* — [3]) *Codd.*: *post* fides *P.* — [4]) *Omnes codd.*: quicunque *Vulg.* — [5]) *Codd.*: *post* estis *M.* — [6]) *Codd.*: induerunt *M.* — [7]) *Codd.*: *om. P.* — [8]) *Codd.*: *post* eciam *P.* — [9]) *Codd.*: *post* aliquando *AP.* — [10]) *Codd*: *om. AF, in F* adultus.

munere, non in usu, ut cum pervenerint$_{11}$ ad etatem, ex munere sorciantur usum, nisi per liberum arbitrium usus in pecando extingwatur.

<2.> *Versus*$_{12}$:

baptismus peccatorum remissione et gracia
D sacramentum cum re parvis et adultis
parvis$_{13}$ in fide parentum, adultis$_{13}$ in$_{13}$ fide$_{13}$ propria$_{13}$
Contritis datur ac fictis, sine re tamen. Omnes
Induimur Christo, qui baptisamur in ipso,
solum ad signum baptismi quantum ad rem
Vel baptisati tantum, vel sanctificati,
remissionem sc.$_{14}$ spiritu$_{14}$ baptismo$_{14}$ aque$_{14}$
Rem cum contrito tunc martir habet sine$_{15}$ signo,
ab$_{15}$ hominibus$_{15}$ malis$_{15}$
Cum baptisari non spernit$_{16}$, sed prohibetur.
supple cum pure$_{15}$ amanti$_{15}$
Purus amans aliquis ad baptismum venit, illi
gracia penitencia exterior, qua$_{18}$ penitentes ligantur$_{18}$
Virtus augetur, dolor exterior removetur,
quia$_{17}$ passio corporalis manet propter$_{15\ 19}$ tria$_{15}$
sc.$_{15\ 17}$ in$_{15\ 17}$ celum$_{15\ 17}$, sc.$_{15}$ postea$_{15\ 19}$ in quo quia neque dolor neque clamor$_{21}$
Passibilis tamen est, ut eat$_{20}$, quo passio non est.

<3.> Queritur, *quid sit res sacramenti*. Sciendum secundum Thomam de Argentina articulo 1°: Quod res sacramenti aliquando accipitur large, quandoque stricte. — Primo modo res sacramenti ||| dicitur omne, quod confertur ex divina ordinacione homini pro tempore, quo suscipit sacramentum baptismi, sive sit gratis$_{22}$ datum, sive$_{23}$ gratum$_{23}$ faciens; 2° modo res sacramenti dicitur solum res gratum faciens. Primo$_{24}$ accipitur in presenti res sacramenti, quia$_{25}$ ut sic, et ipse caracter dicitur res sacramenti, quem omnis homo suscipit, qui vere baptismi recipit sacramentum, ut patet infra distinccione VI^{a}. — Cum igitur Magister dicit aliquos recipere sacramentum et non rem sacramenti$_{26}$, manifestum est, quod hic 2° modo accipitur res sacramenti, que est gracia gratum faciens, et ex quanti debet intelligi omnis culpe remissio, virtutum infusio tanta, quod si statim moreretur, ad vitam eternam sine purgatorio evolaret. Quod si ex scriptura probare non possumus$_{27}$, tamen sanctorum auctoritatibus in litera presentis distinccionis et alibi in multis locis conprobatur.

I 191 A

Item notandum, quod$_{28}$ dicitur de sacramento et re sacramenti, quod in baptismo sunt tria: Primo sacramentum tantum, ut

---

[11]) *Codd.*: pervenirent *P.* — [12]) *Codd.*: unde pro hiis sunt hii versus *add. E;* unde *add. P.* — [13]) *Codd.*: *om. ADGP*; parvis ∾ adultis *om. BI*; *in M in margine.* — [14]) *Codd.*: *om. AB.* — [15]) *Codd.*: *om. B.* — [16]) *Codd.*: sprevit *BF.* — [17]) *Codd.*: *om. F.* — [18]) *Codd.*: qua ∾ ligantur *om. BDF.* — [19]) *Codd.*: propter ∾ postea *om. BD.* — [20]) *Codd.*: erat *BE.* — [21]) *Codd.*: *male* timor *L; glossas prorsus om. EK.* — [22]) *Codd.*: gratum *AF.* — [23]) *Codd.*: *in M add.* sit. — [24]) *Codd.*: modo *add. E.* — [25]) *Codd.*: qua *G.* — [26]) *Codd.*: *om. E.* — [27]) *Codd.*: possis *P.* — [28]) *Codd.*: buia *DEFGP.*

elementum visibile, 2° res tantum, ut gracia curáns, 3° sacramentum et res sacramenti, ut caracter cum gracia permanens. — Baptismus de re sacramenti tantum dicitur communiter, de re et sacramento dicitur proprie, de sacramento vero dicitur magis proprie, sed$_{29}$ de locione$_{30}$ magis proprie$_{29}$, de elemento autem sub tali actu dicitur maxime proprie, et secundum istas accepciones varie a doctoribus diffinitur.

<4.> *Utrum*$_{31}$ *baptismus tollit omnem culpam in baptisato*$_{32}$*?* Dicendum, quod sic, quantum$_{33}$ in se est, nam per baptismum regeneratur in vitam spiritualem$_{33}$, ut docet Salvator Johan. 3° dicens: »Nisi quis renatus$_{34}$ fuerit denuo«, et$_{37}$ infra: »Quod natum »est ex spiritu, spiritus est«, i. e. homo natus per baptismum, ex | *I* Spiritu Sancto est spiritus, i. e. vita$_{38}$ spiritualis gracie. *191 B* Tollit ergo$_{35}$ baptismus omne peccatum, quia quod|libet contrariatur vite spirituali, tam originale, quam actuale mortale et eciam veniale, quod quamvis non tollit$_{36}$ de$_{37}$ per se vitam spiritualem, disponit tamen ad privacionem eius.

<5.> *Utrum baptismus tollit omnem penam temporalem, satisfactoriam?* Dicendum, quod sic, quia passio Christi fuit sufficiens satisfaccio pro peccatis tocius humani generis, baptismus autem operatur in virtute passionis Christi et$_{39}$ ideo virtute passionis Christi$_{39}$ ab omni pena absolvitur baptisatus. Et inde$_{40}$ est, quod baptisatis non debet iniungi penitencia corporalis. Dolor tamen pro peccatis actualibus et pro peccato infidelitatis non debet prohiberi.

<6.> *Utrum baptismus in omnibus baptisatis habet*$_{41}$ *equalem effectum?* Dicendum, quod sic, quantum ad amocionem mali culpe, quantum vero ad collacionem gracie, equalem habet effectum in omnibus parvulis racione non utentibus, in quibus nullus eorum actus requiritur. In adultis autem non semper$_{42}$ habet equalem effectum quantum ad gracie collacionem, quia ille, qui cum maiori fide, maiori affectu et devocione sacramentum recipit, recipit$_{43}$ et maiorem graciam$_{43}$.

<7.> *Utrum baptismus aperiat ianuam paradisi?* Videtur, quod non, nam dicit Magister in fine huius distinccionis, quod nec$_{44}$ baptismus, nec circumcisio aditum regni nobis aperuit, sed hostia Salvatoris. Sciendum, quod apercio$_{45}$ ianue paradisi, i. e. regni celestis, est amocio inpedimenti, quod inpediebat genus humanum ab ingressu regni. Et illud inpedimentum fuit abmotum in passione

---

[29]) *Codd.*: sed ~ proprie *om. E.* — [30]) *Codd*, *in I ex corr.*: locucione *F.* — [31]) *Incipit MS. O fol. 269v.* — [32]) *Codd.*: baptismo *P.* — [33]) *Codd.*: quantum ~ spiritualem *om. E.* — [34]) *IO Vulg.;* natus *codd.* — [35]) *Codd.*: enim *EP.* — [36]) *Codd.*: tollat *I.* — [37]) *Codd.*: *om. I.* — [38]) *In I superscr.* —a; *omnes codd.* vite. — [39]) *Codd.*: *aberr. oculis ad alterum* Christi *P.* — [40]) *Codd.*: exinde *I.* — [41]) *Codd.*: *post* equalem *B*; habeat *C*, *post* equalem *GM.* — [42]) *Codd.*: in omnibus *add. B.* — [43]) *Codd.*: recipit ~ graciam *om. O.* — [44]) *Codd.*: bonus *add. E.* — [45]) *Codd.*: *male* apericio *I.*

Christi[46], que fuit satisfaccio pro peccato nature humane. Baptismus autem agit in virtute passionis. Unde Deus principaliter effective aperit[47] ianuam, passio vero effective | primo instrumentaliter et bap- *I*
tismus 2° instrumentaliter. — Exemplum horum homo[7] secans: *191 C*
primo[7] effective secat, non instrumentaliter, manus primo inmediate instrumentaliter, securis vero mediate instrumentaliter. Fuit autem[48] apercio[49] ianue triplex: primo quantum ad gloriam anime, et sic aperta fuit in passione; 2° quantum ad gloriam tocius hominis, et sic in resurreccione; 3° quantum ad locum glorie congruentem, et sic in ascensione. Unde baptismus instrumentaliter agit in vi passionis, resurreccionis et ascensionis. Configuratur enim baptismus Christo[50] passo propter inmersionem, Christo resurgenti[51] propter nitorem aque, Christo ascendenti[51] propter ellevacionem.

Ex hiis patet, qualiter baptismus aditum regni[52] non aperuit[9] quia non effective principaliter, nec primo effective instrumentaliter, quod[53] Magister voluit, sed aperuit instrumentaliter[54] secundario per inpedimenti remocionem (sc. peccati), quod indignos facit ad intrandum. Passio Christi aperuit quantum ad precii solucionem, quia debitores inpediebantur ad intrandum, et consequenter, ut supra, dicitur de resurreccione et ascensione[56].

<8.> *Utrum in morte Christi omnia*[57] *legalia*[57] *sunt, quoad vim suam terminata?* Magister dicit, quod sic. Et patet per b. Augustinum libro Questionum veteris et nove legis ca° 1°. Et sciendum, quod in lege veteri quatuor fuerunt, que fuerunt inpleta per mortem Christi et post mortem Christi. Erant enim ibi[58] moralia, que fuerunt inpleta per addicionem consiliorum, que deerant in lege. Et quoad illud dicit legislator[59] Matth. 5°: »Non veni solvere legem, sed adinplere.« — Iudicialia | *I*
illa fuerunt inpleta et perfecta per subtraccionem eius, quod erat *191 D*
inperfeccionis, sc. timoris, qui erat ibi cum iusticia. Figuralia[60] signancia rem futuram, hec fuerunt inpleta per figurate rei exhibicionem. Figuralia significancia, quid faciendum erat, hec fuerunt inpleta per revelacionem et manifestacionem. Et quoad omnia requisita, quoad satisfaccionem dixit Veritas in cruce pendens: »Consummatum est«, Johan. 19°.

<9.> *Utrum ficcio sive indisposicio inpedit*[61] *effectum baptismi?* Dicendum est, quod effectum, qui est gracia gratum faciens inpedit, non autem effectum, qui est caracter, dum tamen sit vo-

---

[46]) *Codd.*: *in A inepte abbreviatum* gri. — [47]) *Codd.*: apperuit *O.* — [48]) *Codd.*: enim *EP.* — [49]) *Codd.*: apparicio *I.* — [50]) *Codd.*: in *add. A.* — [51]) *Codd.*: resurgente, ascendente *A.* — [52]) *Codd.*: regnum *A* — [53]) *Codd.*: *add.* dicit. voluit *om. B* — [54]) *Codd.*: *post* secundario *D;* effective *C.* — [56]) *Explicit MS. O fol. 270r.* — [57]) *Codd.*: *post* sunt *B.* — [58]) *Codd.*: *male* mortalia ibi *L.* — [59]) *Codd.*: Salvator *A.* — [60]) *Codd.*: *add* et *B.* — [61]) *Codd.*: *I ex corr.* impediat *CGM.*

luntas aliqua recipiendi sacramentum, fit[62] autem ficcio, cum homo sine fide, vel cum proposito peccandi, vel causa avaricie, vel causa exaltacionis[63] humane, vel causa timoris[64] ad sacramentum baptismi accedit. Et est una ficcio ista: cum aliquis accedit ad sacramentum baptismi, interius autem non vult accipere baptismum, in qua homo fictor nec recipit sacramentum, nec rem sacramenti. Alia est ficcio, quoad disposicionem exteriorem, qua simulat se homo sufficienter dispositum ad suscepcionem, cum tamen interius non sit dispositus[65], quod dupliciter[65] potest contingere: uno modo, quia deficit in fide, 2°, quia intendit aliquod peccatum mortale non dimittere; et in ista ficcione recipit[66] sacramentum, sed non rem sacramenti.

<10.> *Utrum baptismus recedente ficcione habeat effectum suum?* Dicendum, quod sic, racione caracteris, qui semper manet et ad graciam disponit. Unde cessante ficcione, dum homo ad penitenciam de ficcione huiusmodi et peccato, in quo manere pro- | *1* posuit, || reducitur, rem sacramenti recipit. Unde Augustinus *192 A* dicit et habetur in litera presenti: »Tunc baptismus valere incipit, »quando ficcio veraci confessione recessit.«

<11.> *Utrum*[67] *baptismus debet differri?* Dicendum, quod non, propter pueri dampnacionem evitandam; 2° propter dyaboli inpedimentorum amocionem, qui nec corporaliter nec spiritualiter potest ita nocere baptisatis, sicut nocere potest in peccato originali[68] positis[69].

<12.> *Utrum baptismus debet dari amentibus vel dormientibus?* Distingwendum est de illis, quia si sunt adulti hoc dupliciter, quia vel sunt amentes a nativitate, nec habent lucida intervalla, talibus potest dari sicut pueris et recipiunt sacramentum et rem sacramenti. Quidam autem non semper fuerunt amentes, vel habuerunt lucida intervalla; si[70] tales habuerunt propositum suscipiendi baptismum antequam amenciam incurrerunt[71], possunt baptisari et consecuntur effectum baptismi. Si vero in illo lucido intervallo contradixerunt, non debent baptisari, et si baptisantur, nichil recipiunt. Et similiter est de dormientibus distingwendum.

<13.> *Utrum*[72] *baptismus sanguinis similiter flaminis suppleat vicem baptismi aque.* Hic[73] sciendum est, quod triplex est baptismus sc fluminis, de quo dictum est per precedencia. Baptismus autem flaminis est iustificacio per Dei misericordiam, sive hoc fiat in utero materno, sicut legitur de Matre Christi glo-

---

[62]) *Codd.*: *in B add.* et — [63]) *Codd.*: *post* humane *BCDGM.* — [64]) *Codd.*: *male* amoris *P.* — [65]) *Codd.*: disposicio, quadrupliciter *P.* — [66]) *Codd.*: rapit *A.* — [67]) *Incipit MS. O fol. 269r.* — [68]) *Codd.*: *add.* in *B.* — [69]) *Explicit MS. O fol. 269r.* — [70]) *Codd.*: *add.* quia *A.* — [71]) *Codd.*: incurrunt *L.* — [72]) *Incipit MS. O fol. 250 .* — [73]) *Codd.*: *post* est *E.*

riosa, de Jeremia propheta et de Johanne Baptista, sive cum sanctificatur$_{74}$ vel iustificatur$_{74}$ quis in hoc mundo per Spiritus Sancti infusionem$_{75}$, qualiter sanctificati fuerunt Apostoli et alii multi sancti, sive mediante virtute penitencie iustificentur, sicut fit in conversione cuiuslibet peccatoris; omnes enim isti dicuntur$_{76}$ baptisari baptismo flaminis. Baptismus autem sangwinis est iustificacio hominis ; ex forti proteccione Christi fidei, in qua homo moritur, | *I* vel mori desiderat propter Christum. Et inter istos baptismos solum *192 B* baptismus fluminis dicitur sacramentum.

Ad questionem ergo dicitur, quod tam baptismus sanguinis, quam baptismus flaminis potest supplere vicem baptismi aque, sive fluminis, quantum ad absolucionem a culpa$_{77}$ et a pena$_{77}$, non autem quantum ad supplecionem caracteris Unde baptismus fluminis est efficacior illis duobus, quantum ad caracteris inpressionem, quantum vero ad liberacionem a malo, uterque est equalis, quia uterque solvit a pena et a culpa, quantum vero ad gracie collacionem, baptismus sangwinis est potencior$_{78}$, quia per eum gracia$_{79}$ magis habetur. Unde ista est differencia inter hos baptismos. Baptismus fluminis a tota pena liberat et a culpa et graciam et habitum infundit et caracterem inprimit Baptismus flaminis delet culpam non tantum semel, sed pluries, et habet graciam in usu, in quo consistit meritum. Baptismus sangwinis liberat ab omni temptacione et confert statim premium, quia proprium est martirum statim$_{80}$ ad gloriam evolare.

Ex hiis patet, quis sit melior baptismus inter hos baptismos, quia habent se sicut excedencia et excessa$_{81}$. Maxime autem necessarius est baptismus flaminis$_{82}$.

---

[74]) *Codd.*: iustificatur, sanctificatur *B.* — [75]) *Codd.*: inspiracionem *P.* — [76]) *Codd.*: debent *CGM.* — [77]) *Codd.*: pena, culpa *BP.* — [78]) *Codd.*: preciosior *I.* — [79]) *Codd.*: *om. O; post* magis *M.* — [80]) *Codd.*: *om. EP.* — [81]) *Codd.*: excelsa *CGM.* — [82]) *Sic codd.*: *explicit MS. O fol. 250v.*

<Distinccio V.>

<1.> POst hec[1] sciendum est sacramentum baptismi et a bonis et a malis ministris dari . . .

Ista est[2] *distinccio quinta*, tractans de baptismo, quantum ad ministros ipsum conferentes, et 1° continet, quod baptismus verus datur bonis et malis, et a bonis et a malis, et eque sanctus est, et equale munus datur bonis et malis, quia non est munus hominis, sed Dei. Et hinc solum in nomine Dei || vel Christi debet *I* *192 C* baptismus[3] dari, ne servus in servo constituat spem; 2°, quod Christus potestatem baptisandi sibi retinuit et illam servis non dedit, sed ministerium[4] eius concessit; 3°, quod si in heresi quacunque, vel scismate quisquam in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptismum sacramenti acceperit[5], integrum sacramentum[5] accepit, debet redire in ecclesiam, non ut sacramentum accipiat, sed rem sacramenti; 4°, quod Dominus dedit servis potestatem creatam dimittendi peccata ministerialiter et potestatem consanctificandi, quia Dominus dimittit peccata effective principaliter et sanctificat, sed minister instrumentaliter.

<2.> Unde pro illis sunt aliqui *versus*[6]:

ipsum baptismum remissio peccati
supple: cum cathecuminus i.[7] e.[7] aque[7] precedit[2] et gracia
E baptisatur iustus, signumque preit res,
quia baptismum ficte suscepit
fictus de ficcione sua et peccato alio in remissionem peccatorum sequitur
Sed si conteritur, in ficto res comitatur.
habitum et sic gracie parwulis baptismus confert usque ad etatem racionis
Munus virtutum pueris baptisma dat usum,
usus si non peccatis novis
Differt, qui sequitur, nisi culpis[8] prepediatur
sacramentum et vis sacramenti bono[9]
Ast in baptismo simul ambo dantur adulto.
quoad caracterem quia non est hominis mala vel bona
Et vim baptismi non mutat vita ministri.
homini quia ministerium servis dedit et sibi potestatem retinuit
Nulli dat Christus, ut sit baptismus[10] in eius
Nomine, ne servus in servo constituat spem.
Christus ministris cum Deo sanctificare populum ministerialiter[12]
Hic dedit, ymmo[11] dare potuit consanctificare.

<3.> Dubitatur, *utrum malus minister possit*[13] *baptisare*. Et Magister dicit, quod sic. Sciendum[14], quod quedam sunt

---

[1]) *Lomb. I; male* hoc *Codd.* — [2]) *Codd.*: *om. A.* — [3]) *Codd.*: *om. B.* — [4]) *Codd.*: misterium *A.* — [5]) *Codd.*: *aberrans oculis ad* accepit *P.* — [6]) *Codd.*: *in B add.* et hii sunt huius distinccionis iuxta istam divisionem. — [7]) *Codd.*: *om. ABCDFGM.* — [8]) *Codd.*: culpa *B.* — [9]) *Codd.*: *om. O.* — [10]) *Codd.*: baptisatus *B.* — [11]) *Codd.*: *supersc.* certe *P.* — [12]) *Codd.*: ministeria lucri *K.* — [13]) *Codd.*: posset *E.* — [14]) *Incipit MS. N fol. 38r.*

de essencia sacramenti, quedam vero | ad solempnitatem, sive de- | *I*
corem pertinent sacramenti$_{15}$. Que sunt de essencia baptismi$_{16}$, *193 D*
dictum est in$_{17}$ distinccione$_{17}$ 3ª. De solempnitate sive decore
baptismi$_{18}$ sunt VIII:

Sal, oleum, crisma, cereus crismale, saliva,
Flatus; virtutem baptismatis ista figurant.
Hec cum patrinis non iuvant$_{19}$ esse$_{20}$, sed ornant.

Conpatres ergo et bonitas ministri non$_{15}$ sunt de necessitate sive de essencia baptismi, ideo potest malus minister baptisare$_{21}$. Sed contra hoc obicitur sic: »Nemo potest duobus dominis servire«, dicit Veritas Matth 6°. Sed malus presbiter, sive minister, est servus diaboli, ergo non potest malus presbiter esse verus minister baptismi, quia tunc esset servus Dei, si esset minister verus baptismi.

Item: non potest malus minister bona loqui, ergo a maiori, nec potest bona facere, et per consequens nec baptisare; consequencia nota est, et antecedens patet per illud Salvatoris Matth. 12°$_{22}$: »Quomodo potestis bona loqui: cum sitis mali? ex habundancia »enim cordis os loquitur: Bonus homo de bono thezauro profert »bona: et$_{23}$ malus homo de malo thezauro profert mala$_{23}$«, et quoad consequens illatum, dicit Veritas Matth. 7°: »Non potest arbor »mala bonos$_{24}$ fructus facere$_{25}$.«

Item: cum baptisare est sanctificare$_{26}$, et non potest malus presbiter hominem sanctificare, ergo$_{27}$ nec baptisare$_{27}$; consequencia nota est, et maior patet ex eo, quod baptisare est peccata remittere$_{28}$ et graciam conferre, sicut baptisari est$_{29}$ a peccato absolvi et gracia indui; sed minor probatur per dictum b. Gregorii, qui dicit et ponitur 1ª questione 1ª: »Qui sacros ordines vendunt, sacer- »dotes esse || non possunt. Unde scriptum est: Anathema danti$_{30}$ | *I*
»et anathema accipienti$_{30}$. Hoc est symoniaca heresis«, et subdit *193 A*
ad propositum: »Quomodo ergo, si anathema sunt et sancti non »sunt, sanctificare alios possunt? Et cum in Christi corpore non »sunt, quomodo Christi$_{31}$ corpus tradere vel accipere possunt? »Qui maledictus est$_{32}$, benedicere quomodo potest? Item qui macu- »latus est$_{32}$, quomodo alium mundare potest?«

Item$_{33}$ Alanus in Probleumatibus:

Restat, ut illa manus primo perpulcre lavetur,
Qua quis presumit vasa lavare Dei.
Munda manus mundum vas, quod lavat, efficit, atque
Sordida sordidius, quam fuit ante, facit.

---

[15]) *Codd.*: *om. N.* — [16]) *Codd.*: *add* sacramenti *N*; *male* baptismo *A.* — [17]) *Codd.*: *om. et* ante *add N.* — [18]) *Codd.*: sacramenti *E, om IN.* — [19]) *Codd.*: mutant *L.* — [20]) *Codd.*: *post* esse *L.* — [21]) *Explicit MS. N fol. 38v.* — [22]) *Codd.*: 12° *I, male* 22° *A.* — [23]) *Codd.*: et ∞ mala *om. B.* — [24]) *Codd.*: *post* fructus *C.* — [25]) *Codd.*: ferre *A* — [26]) *Codd.*: fructificare *G.* — [27]) *Codd.*: ergo ∞ baptisare *repet. A.* — [28]) *Codd.*: dimittere *B.* — [29]) *Codd.*: *post* peccato *B.* — [30]) *Codd.*: *male* dandi, accipiendi *D.* — [31]) *Codd.*: *post* corpus *AB.* — [32]) *Codd.*: *aberrans oculis ad alterum* est *om. P.* — [33]) *Codd.*: unde *BCG; om. DEFLP.*

Item: materia indebita et forma indebita evacuant sacramentum baptismi, ut dictum est supra, ergo et minister indebitus; consequencia videtur tenere ex hoc, quod non minus requiritur ad baptismum minister, quam materia vel forma, sed manifestum est, quod malus homo est indebitus minister, cum ait Augustinus: »Quod iustos oportet esse tanti <sacramenti>[34] ministros.«

Item: membrum mortuum[35] aliis non potest influere vitam, cum nichil dat, quod non habet, dicit Philosophus 2° Elencorum; sed malus minister est membrum ecclesie mortuum secundum temporalem presentem maliciam, et per sacramentum baptismi vita gracie baptisatis[36] influitur, ergo non potest malus minister baptisare.

Ad tria prima dicitur, quod non bene[37] potest servus duobus dominis servire, non bene possunt bona loqui, cum sint mali et[38] iterum non bene sanctificare, nec bene corpus Christi tradere, nec accipere, nec bene benedicere possunt mali[38], cum ad bene faciendum illa requiritur vita sancta.

| *I* Ad 4um dicitur, quod ille, qui maculatus est, potest | alium
193 B mundare, non propria virtute. Ipse enim facit ministerium, quo divina virtus, que est primum agens omnipotens, mundat baptismum.

Ad 5um dicitur, quod dupliciter potest dici debitum: Uno modo debitum necessitatis, alio modo debitum congruencie, 1° modo aqua eciam, si inmunda sit, est debita materia. Nam in necessitate eciam aqua turbida, inmunda vel[39] fetida sufficit ad baptismum, non est[40] tamen debita materia, loquendo de debito congruencie. Ad reverenciam enim sacramenti decens et congruum est, quod pro eius materia aqua munda capiatur. Sic in proposito, licet malus minister non sit debitus minister, loquendo[41] de debito congruencie, pro necessitate tamen sufficit.

Ad 6um dicendum est, quod non est simile de membro corporali et membro ecclesie, quoad vite spiritualis inmissionem, quia quamvis a corde animalis non derivetur[42] spiritus[42] vitalis[42] ad membra remociora, nisi transeant per membra propinquiora, tamen graciam, quam dat Deus in baptismo baptisato vivificando ipsum, non transit per ipsum ministrum, sed inmediate causatur a Deo in ipso baptisato ex eo, quod vita, que est Deus, est presens ipsi baptisato. Quamvis ergo minister baptisans sit membrum aridum, tamen vita spiritualis transit a Deo in ipsum baptisatum.

<5.> *Utrum*[43] *malus sacerdos peccat*[44] *baptisando?* Dicendum, si baptisat cum solempnitate tamquam minister ecclesie, peccat mortaliter. Si autem non[45] tamquam minister, inminente[46] neces-

---

[34]) *E ex corr.; omnes codd. male* servi. — [35]) *Codd.:* morbidum *E.* — [36]) *Codd.:* baptisantis *ABCD.* — [37]) *Codd.:* *post* potest *CG.* — [38]) *Codd.:* et ∞ mali *om. M.* — [39]) *Codd.:* et *D*: *om. A.* — [40]) *Codd.:* *post* tamen *CGM* — [41]) *Codd.:* loquens *P.* — [42]) *I;* deriventur spiritus vitales *Codd.* — [43]) *Incipit MS. N fol. 37v* — [44]) *Codd.:* *add.* in *EF.* — [45]) *Codd.:* *post* tamquam *I.*

sitate$_{46}$, sed tamquam persona privata, sicut unus laicus baptisat, tunc videtur, quod non peccat mortaliter.

<6> *Utrum ille, qui petit baptismum a malo sacerdote, in*$_{47}$ *hoc*$_{47}$ *peccat?* Dicendum, quod non, quia ille, qui petit, non est certus de malicia sacerdotis$_{48}$, nisi ex continuata malicia experta fiat vehemens || coniectura. Sacerdos enim malus potest || *I* subito$_{49}$ esse bonus, et e contra$_{50}$. *193 C*

<7.> *Utrum diabolus apparens in specie humana potest baptisare?* Dicendum cercius, quod non. Racio est, quia potestas baptisandi concessa est hominibus, qui conveniunt in natura assumpta, cum Verbo incarnato, a quo sacramenta originaliter fluxerunt$_{51}$. Unde si diabolus baptisaret$_{51}$, aliquando baptisandus$_{52}$ esset, quia non est verisimile, quod diabolus baptisare intenderet, et quod$_{53}$ tantum bonum homini procuraret. Si autem angelus bonus baptisaret, non esset rebaptisandus talis homo. Angelus enim bonus non baptisaret, nisi ex divino precepto, Deus autem posset$_{54}$ dare potestatem baptisandi, quia potestatem suam non alligavit sacramentis, ut dicitur in precedenti distinccione in textu. Et pari racione nec ministris, ac tamen tantum hominibus datum est ministerium baptisandi.

<8.> *Utrum Christus, secundum quod homo, habuit potestatem dimittendi peccata?* Sciendum, quod$_{55}$ potestas dimittendi peccata$_{55}$ triplex est, sc. auctoritatis prime, et hec soli Deo conpetit. Alia est potestas ministerii, et hec conpetit illis, qui sacramenta dispensant. Alia est quasi media inter has duas, que conpetit Christo, in quantum homo, sc. potestas excellencie. Illa autem excellencia habet attendi quantum ad tria: 1°, quod merito Christi primo et precipue et non merito alicuius alterius sacramenta habent efficaciam. 2um est, quod Christus potest conferre effectum sacramentorum sine sacramentis, tamquam dominus sacramentorum, 3um est, quia ad invocacionem nominis Christi dabatur remissio peccatorum in primitiva ecclesia$_{56}$, non autem ad invocacionem alicuius alterius

Ad questionem primo dicitur, quod Christus, secundum quod homo, non habuit potestatem dimittendi peccata; patet, quia Christus, secundum quod homo, | non potest, nec potuit dare Spiritum Sanctum, | *I* igitur nec habuit, nec habere potuit potestatem dimittendi peccata; *193 D* consequencia tenet, quia par est potestas auctoritative peccata remittere et Spiritum Sanctum dare; et$_{57}$ antecedens probatur, quia nullus potest dare Spiritum Sanctum, nisi a quo procedit Spiritus Sanctus, sed a Christo, secundum quod homo, non procedit Spiritus Sanctus, ergo minor vera. Et probacio 2^{e} partis est dictum

---

[46]) *In I in margine.* — [47]) *Codd.*: *post* peccat *BN.* — [48]) *Codd.*: sua *N.* — [49]) *Codd.*: *post* esse *N.* — [50]) *Explicit MS. N fol. 37v.* — [51]) *In I* fluxerunt ∾ baptisaret *in marg.* — [52]) *Codd.*: rebaptisandus *ex corr. A.* — [53]) *Codd.*: quia *ABCD.* — [54]) *Codd.*: *post* dare *B.* — [55]) *Codd.*: quod ∾ peccata *om. A, in E tantum* peccata *om.* — [56]) *Codd.*: *om. I.* — [57]) *Codd.*: *om. B.*

Augustini et sic conclusionis, qui dicit 15° De Trinitate, ca° 26° ex probacionibus sic inferens: »Quomodo ergo Deus non »est, qui dat Spiritum Sanctum, ymmo quantus Deus est, qui dat »Deum, neque enim aliquis discipulorum eius dedit Spiritum »Sanctum, orabant quippe, ut veniret in eos, quibus manus in»ponebant, non$_{58}$ ipsi eum dabant$_{58}$, quem morem in suis prepositis »et nunc servat ecclesia.« Et infra dicit: »Jesus Spiritum Sanctum »non solum dedit, ut Deus, sed eciam accepit, ut homo, propterea »dictus est plenus Spiritu et gracia.« Hec Augustinus.

Ex quo sequitur, quod nulli ministri ecclesie possunt dare Spiritum Sanctum auctoritative. —

<9.> *De remissione peccatorum* dicitur infra distinccione 18ª. Et notandum, quod potestas dimittendi peccata uactoritatis est potestas, qua aliquis$_{59}$ agit sic, quod nullius superioris innititur potestati. Sed potestas excellencie est potestas$_{60}$, qua aliquis$_{59}$ agit, vel potest agere, quod quamvis innititur$_{61}$ potestati alicuius superioris, tamen usus illius potestatis convenit sibi cum quadam prerogativa respectu ceterorum, quibus eadem potestas aliquo modo dicitur convenire. Sed potestas ministerii dicitur potestas, qua quis disponit ad effectum principalis agentis, non ex proprio suo$_{62}$ merito, sed ex eo, quod aliquid institutum a principali facit, quo
I facto sequitur | effectus principalis agentis. Hec secundum Tho-
194 A mam de Argentina.

Ex hiis patet, quod nulla pura creatura potest dare Spiritum Sanctum, similiter nec auctoritative remittere peccatum, sicut nec potest creare, eo quod non minoris potencie est recreare, quam creare; sed ex dimissione peccati recreatur anima in nova vita. Et de isto patet circa 2um questione 1ª, distinccione 1ª et questione principii in secundum, ubi dictum est, quod Deus potenciam creandi comunicare non potest creature, cum creare sit infinite potencie, cum$_{63}$ creare sit de nichilo in effectum preter Deum$_{60}$ aliquid facere, Deus autem non pure$_{64}$ creature$_{64}$ potest communicare infinitam potenciam, cum ipsa sit finite essencie$_{65}$. Unde Magister dicens in presenti distinccione, quod posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tamquam auctorem, sed ministrum, cum quo et in quo operaretur; non tenetur comuniter, sed Magister pulcre pro sua excusacione concludit distinccionem istam, sic dicens: »Si quis hoc (sc. quod Deus potuit dare servo suo potestatem dimittendi peccata) melius aperire poterit, non invideo.« — Ecce ven. Magister noluit invidere, si quis potuisset audientibus intelligenciam aperire$_{66}$.

---

[58]) *Codd.*: non ∞ dabant *om. E.* — [59]) *Codd.*: quis *B.* — [60]) *Codd.*: *om. A.* — [61]) *Codd.*: inuitatur *P.* — [62]) *Codd.*: *post* merito *P.* — [63]) *Codd.*: cum eciam *D.* — [64]) *I*: *post* potest *Codd.* — [65]) *Codd.*: p›tencie *I.* — [66]) *Codd.*: maria hilf *add. I.*

<Distinccio VI.>

<1.> NUnc$_1$ quibus liceat baptisare$_2$, addamus . . .

Ista est$_1$ *distinccio 6ª*, tractans de baptismi usu congruo, que primo continet, quod sacramentum baptismi potest dari a quolibet homine, sed a solis sacerdotibus debet$_3$ dari, nisi necessitas cogat; 2° quod baptisati ab hereticis in forma ecclesie non sunt rebaptisandi, quia verum | baptismum acceperunt. Si autem extra | *I* ecclesiam baptisarent, vere baptisati non essent; 3°, quod, licet, *194 B* qui baptisatur, ter inmergatur propter misterium$_4$ Trinitatis, tamen unus baptismus reputatur; 4° quod nullus in materno utero baptisari potest, eciam si mater baptisaretur, quia qui natus non est secundum Adam, secundum Christum non potest renasci. Quod si obiciatur de Johanne Baptista, de Jeremia et Jacob, dicimus eos preter legem comunem$_5$ in utero iustificatos et gracia preventos dimissis peccatis omnibus; 5° quod si quis baptisans non introducens heresim, vel errorem, sed pro sola ignorancia racione locucionis corrupte profert verba dicens: »Ego baptiso$_6$ te in nomine »patria$_7$ et filia et spiritu sancta«, baptisatus est; 6°, quod illi sunt baptisandi, de quibus nulia constant iudicia, quod fuerint baptisati; 7°, quod, si aliquis iocando mergatur in aqua in nomine Trinitatis, non est baptisatus, quia non intencione baptismi illud$_8$ geritur; 8° quod si quis parvulos ad baptismum$_9$ ferat$_9$ non ea intencione, ut regenerentur, sed ut remedium temporale recipiant$_{10}$, non minus regenera[re]ntur$_{11}$. Et communiter agitur de tempore baptismi, de confessione fidei ipsius, qui debet baptisari, deinde de cathetismo$_{12}$ et exorcismo. Exorcismus$_5$ grece est adiuracio latine, et cathetismus, i. e. instruccio; debet enim diabolus adiurari et baptisandus symbolo informari, ut virtus adversarii pellatur. Deinde$_{13}$ ostenditur$_{14}$, quod$_{15}$ exorcismus et cathetismus sunt magis$_{14}$ sacramentalia, quam sacramenta, et quod neo phitus, i. e. novicius$_{16}$ et rudis in fide dicitur. Et ultimo$_{15}$, quod exorcismus et *194 C* cathetismus precedunt baptismum non sic, quod non$_{17}$ possit$_{17}$ sine eis fieri baptismus, sed quod baptisandus in fide instruatur et sciat$_{18}$, cui debitor fiat deinceps et ut in eo potestas diaboli minuatur. | *I*

<2.> Super primis dictis aliquibus sunt$_{19}$ hii *versus*:

---

[1]) *Inc. MS. N fol. 38v* Nunc ∞ est. — [2]) *Codd.*: baptisari *P.* — [3]) *Codd.*: *post* dari *B.* — [4]) *Codd.*: *male* ministerium *D.* — [5]) *Codd.*: *om. A.* — [6]) *Codd.*: *post* te *BCG.* — [7]) *In D ante add.* ego baptiso te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti vel sic. — [8]) *Codd.*: id *CL.* — [9]) *Codd.*: baptisandum gerat *L.* — [10]) *Codd.*: accipiant *EP.* — [11]) *I*: regenerantur *codd.* — [12]) *Codd.*: chathetismo *I.* — [13]) *I*; demum *Codd.* — [14]) *Codd.*: ostenditur ∽ magis *om. L.* — [15]) *Codd.*: ut *M*; quod ∞ ultimo *om. G.* — [16]) *Codd.*: novicia *B.* — [17]) *Codd.*: non posset *post* eis *P.* — [18]) *Codd.*: sciatur *P.* — [19]) *Codd.*: *post* hii *B*; sunt pro hiis dictis sunt *add. L.*

F nisi mors instet, nullus$_{20}$ nisi presbiteri dent
sc baptismus$_{21}$
Baptismum. Sane datus non est iterandus.
ex utero
Nemo nisi natus quit per baptisma renasci.
sacerdos fiat
Corrumpens verba, si non intencio prava,
illam diccionem illa diccione
Vere baptisat, patriam si pro patre dicat.
puero
Baptismus detur, cum non datus esse putatur.
baptismum$_{5}$
Quem ludendo datum penitus iudico fore cassum.
si non est necessitas vel periculum
In penthecoste baptisa, vespere pasce.
Vir baptisandus se credere profiteatur,
infans ad fidem
Parvus seu mutus alio spondente ligatur.
adiuracio a baptisato$_{22}$ instruccio
Hinc exorcismus hostem fugat et cathetismus
sc. baptisandum$_{23}$ fidei exortisatos$_{24}$
Instruit articulo, post baptismus lavat ipsos.

<3.> *Utrum*$_{25}$ *pueri existentes in utero materno possunt*$_{26}$ *baptisari?* Magister dicit, quod non, sed advertendum est, quod, ut dictum est$_{27}$, triplex$_{28}$ est baptismus: fluminis$_{29}$, flaminis et
| *I* sangwinis. Et iuxta hoc potest dici, quod | puer in utero materno
194 D potest baptisari baptismo flaminis. Sed contra hoc sunt doctores quidam dicentes, quod non, eo quod puer tunc non habet usum liberi arbitrii, quod necessario ad hoc requiritur, quod aliquis baptisetur baptismo flaminis.

Pro quo sciendum, quod dupliciter potest quis baptisari baptismo flaminis. Uno modo, cum veram$_{30}$ habet contricionem de omnibus peccatis. Alio modo, cum ad liberalitatem$_{31}$ eximiam per Sancti Spiritus infusionem peccatum originale dimittitur, et gracia infunditur et$_{32}$ sic anima sanctificatur$_{32}$; primo modo requiritur usus$_{21}$ liberi arbitrii; 2° modo non, sicut patet de Jeremia, Johanne Baptista et Virgine gloriosa, qui sunt prius sanctificati, quam ex utero nati. Et$_{33}$ patet, quod$_{34}$ dictum doctorum dicencium$_{35}$ universaliter, quod non potest quis in matris utero baptisari, est insufficiens.

2ª conclusio, quod puer existens adhuc in utero potest baptisari baptismo sangwinis; patet, quia potest contingere,

---

[20]) *Codd*: ullus *errore I.* — [21]) *Codd.*: *om. P.* — [22]) *Codd.*: a baptismo *B om. P.* — [23]) *Codd.*: *om. B.* — [24]) *Glossas prorsus om. DEK.* — [25]) *Incipit MS. O fol. 268v.* — [26]) *Codd.*: possint *ACDEFKMP.* — [27]) *Codd.*: *add.* superius *P.* — [28]) *Codd.*: *ante add.* quod *CEGM.* — [29]) *Codd.*: *add.* sc. *CM.* — [30]) *Codd.*: *post* veram *B.* — [31]) *Codd.*: libertatem *BE.* — [32]) *Codd.*: et ∾ sanctificatur *om. P.* — [33]) *Codd.*: *om. G.* — [34]) *Codd.*: *om. CGMO.* — [35]) *Codd.*: *ex corr. I; post* universaliter *A.*

quod mulier sancta exponat$_{36}$ se ad mortem pro fide Jesu Christi, habens eciam intencionem, quod vult et se et puerum in utero morti$_{37}$ tradere$_{37}$ pro nomine Jesu Christi, quo$_{38}$ dato ipsa foret martir cum parvulo$_{38}$. Similiter potest contingere, quod pagani habentes potenciam$_{39}$ preciperent$_{40}$ omnes mulieres pregnantes opprimere, ne multiplicarentur Christiani; sed quid prohibet$_{41}$ sic$_{41}$ pacientes$_{42}$ pro Christo fieri martires, cum parvuli occisi nondum Christo passo, carentes usu racionis sunt effecti martires Jesu Christi, dato eciam, quod aliqui eorum non fuissent circumcisi.

3ª conclusio: puer$_{43}$ permanens$_{44}$ in utero materno non potest baptisari baptismo fluminis, quia baptismus fluminis confertur per ministros ecclesie, ||| vel per illos$_{45}$, qui in necessitate vicem eorum obtinent. Puer autem existens in$_{46}$ utero non potest subici operacioni eorum, ideo baptisari non potest$_{46}$. Si tamen$_{47}$ caput pueri extra appareret$_{48}$ et timeretur de periculo mortis, posset caput$_{49}$ aspergi$_{49}$ aqua cum invocacione debita, et esset puer baptisatus, ut dicunt aliqui propter hoc, quod caput est principalis$_{50}$ pars hominis, in quo maxime manifestantur anime operaciones. Secus autem est de aliis membris, ut de manu vel pede, ac tamen non noceret, si aspergeretur aqua, quia divina misericordia non est artanda$_{51}$. Si puer$_{52}$ tamen mortem evadet$_{52}$, tunc deberet$_{53}$ baptisari sub condicione. ||| *I* *195 A*

<4.> *Utrum sanctificati in utero debent baptisari?* Dicendum est$_{55}$, quod sic, ut sc. acquirant caracterem, quo anumerentur populo Dei et eciam propter bonum obediencie; preceptum enim de baptismo est generale, ad quod singuli obligantur.

<5.> *Utrum baptismus debeat iterari?* Dicendum, quod non, quia est contra peccatum originale, quod nunquam iteratur. 2° quia Apostolus Roman. 6° dicit: »Quicunque baptisati »sumus$_{54}$ in Christo Jesu, in morte ipsius baptisati sumus? Consepulti »enim sumus cum illo per baptismum in morte, ut quomodo Christus »surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vite »ambulemus.« Et infra: »Qui enim mortuus est peccato, iusti»ficatus est a peccato.« Ubi innuit Apostolus, quod sicut Christus semel mortuus est, sic per baptismum homo semel iustificatus mortuus est peccato, et debet in novitate vite$_{55}$ continue ambulare. Et sicut Christus mortuus est | peccato$_{56}$ semel corporaliter pro toto peccato mundi tollendo, sic eternaliter in post mortuus est | *I* *195 B*

---

[36]) *Codd.*: exponeret *E.* — [37]) *Codd.*; mortificare *G.* — [38]) *Codd.*: quo ∾ parwulo *om. E.* — [39]) *Codd.*: *male abbrev.* penitenciam *G.* — [40]) *Codd.*: perciperent *A.* — [41]) *Codd.*: prohiberet sic *E.* — [42]) *Codd.*: facientes *F.* — [43]) *Incipit MS. N fol. 37ᵇ glossa.* — [44]) *I*: manens *codd.* — [45]) *Codd.*: eos *A.* — [46]) *Codd.*: *om. A.* — [47]) *Codd.*: tantum *AO.* — [48]) *Codd.*: appareat *O*; apparetur *P.* — [49]) *Codd.*: aqua aspergi caput *C.* — [50]) *Codd.*: *post* pars *BDEFNOP.* — [51]) *Explicit MS. N fol. 37ᵛ*; *Codd.*: coartanda *N.* — [52]) *I*: *post* tamen *codd.*; evaderet *P.* — [53]) *Codd*: debet *CGMO; ex corr. B.* — [54]) *Codd.*: fuimus *P.* — [55]) *Codd.*: *om. I.* — [56]) *Codd.*: *om. EO.*

peccato, cum nunquam peccare potuit, sic[57] nec mori divinitus, sic homo baptisatus semel per baptismum liberatus, nunquam debet peccare. Et sicut Christus semel mortuus per gloriam[58] resurrexit Patris numquam moriturus, sic homo surgens per baptismum in vitam gracie nunquam est rebaptisandus.

3° baptismus non debet iterari, quia inprimit caracterem indelibilem[59]. Et notandum secundum Thomam de Argentina, quod caracter est quedam indelibilis entitas, quam[55] homo consequitur, quando suscipit sacramentum ecclesie, quod non licet iterare, sicut est sacramentum baptismi, confirmacionis et ordinis, quia si talia sacramenta, que non licet iterare, non derelinquerent aliquem effectum indelibilem in suscipiente illa sacramenta, tunc per talium sacramentorum suscepcionem non maneret perpetua distinccio eius, qui talia sacramenta suscipit ab illis, qui illa sacramenta non susceperunt — Et quia multe sunt opiniones de caractere contrarie, una dicens, quod caracter nichil est[60] reale, alia, quod caracter est signum, quod nichil addit supra potencias anime, quod sit aliquid absolutum, sicut nec significacio in circulo, sed fundatur[61] super nudas potencias anime; alia dicit, quod caracter est relacio sive quedam qualitas, que est sicut[62] disposicio ad recipiendum lumen gracie; alia dicit, quod caracter, cum sit in anima et sit quedam qualitas spiritualis, quod[63] est habitus, nec passio, nec
‖ *1* potencia. — Et pensa, quod caracter est ‖ habitus, prout habitus ca-
195 C pitur large, et caracter eciam dicitur[64] disposicio, quia disponit ad perfeccionem gracie. Istas opiniones recitat Bonaventura[65] super presenti[60] distinccione questione 1ª. Et quia sunt brigose[66] et non multum utilitatis afferunt, igitur in pace requiescant

<6.> *Utrum diffinicio caracteris, quam ponit S. Dyonisius, sit bona*, sc. ista: »Caracter est signum sanctum co»munionis fidei et sancte ordinacionis accedenti »datum a[67] yerarcha[67]. — In ista diffinicione notatur causa formalis, cum dicitur 'signum', causa materialis, cum dicitur 'accedenti', habet enim materiam, in qua tantum, causa efficiens ibi 'datum a yerarcha', i. e. a sacerdote, vel ministro ecclesie, causa finalis ibi 'sanctum'. Ad hoc enim caracter inprimitur, ut homo sanctificetur. Quantum vero ad potenciam participandi accionem yerarchicam, i.[68] e.[68] ecclesiasticam[68], dicitur 'comunionis fidei', quia[69] caracter dat potenciam ad comunicandum sacramentis fidelium; quantum ad ordinacionem membrorum[70], ad invicem, dicit 'sancte ordinacionis[71]'.

---

[57]) *Codd.*: sicut *E.* — [58]) *Codd.*: *corr manu posteriori F*; graciam *EOP.* — [59]) *Explicit MS. O fol. 269r et incipit fol. 267v.* — [60]) *Codd.*: *om. O.* — [61]) *Codd.*: *abbrev. om. A.* — [62]) *Codd.*: quedam *O.* — [63]) *Codd.*: que *O.* — [64]) *I: om., sed add.* est *codd.* — [65]) *Codd.*: bona ventura *CGL.* — [66]) *Codd.*: brigosa *CG; pessime* brigo se *A.* — [67]) *Codd.*: in yerarchia *L.* — [68]) *Codd.*: et ecclesiam *O* — [69]) *Codd.*: quod *E.* — [70]) *Codd.*: *add.* fidelium *O.* — [71]) *Explicit MS. O fol. 267v*

Aliam diffinicionem ponit s. Thomas questione 3ª, articulo 3°, quam dimitto.

Sed[72] videtur sacerdoti melius, quod sciat[73] circa sacramentum baptismi[74], quid operatur applicando sal, oleum, crisma, salivam et ungendo puerum. Unde sciendum, quod exsufflatur ad hoc, ut[75] virtus dyaboli expellatur, 2° signum crucis fit in pectore et in fronte[75], ut demon cognoscat se expellendum, tam in occulto cordis, quam in aperto confessionis, 3° sal in ore ponitur, ut significetur, quod per baptismum sapor sapiencie preparatur, et[76] fetor fomitis restringitur[77], 4° fit linicio aurium | et narium[78] cum sputo, | *I* ut significetur gracia ad discernendum et ad obediendum; 5° fit *195 D* inunccio in pectore et in spatulis, ut significetur gracia ad Deum amandum et eius onera portanda[38]; 6° post baptismum fit inunccio crismatis in vertice[79], ut significetur apercio mentis inputribilis ad contemplandum eterna. Crisma enim conficitur ex oleo lucente et balsamo conservante; 7° vestitur vestimento mundo et albo, ut significetur candor innocencie et stola resurreccionis; 8° ponitur cereus in manibus, ut sit[80] lucerna pedibus eius verbum Domini et lumen semitis[81] eius. Sed quare non inungitur lingwa, sicut aures et nares? Ad hoc respondet Ambrosius in libro De sacramentis, dicens: »Propter gloriam operis et muneris non »os tangit episcopus, vel sacerdos«, quasi diceret, hoc organum (sc.[82] lingwe) relinquit[83] disponendum auctoritati superioris, sc. quia Deum predicare non est omnibus, sed est donum speciale, ut dicitur 1ª Cor. 12°. Sed audire verbum Domini et illi obedire est omnibus commune[84], qui volunt accipere. — Ecce hii effectus per signa baptismatis designantur.

<7.> Queritur per Magistrum in litera, ex quo sensu pro[85] parvulo[85] dicat patrinus Credo. Respondetur, quod sensus est Credo, i. e. sacramentum fidei presto sum suscipere, ut ait Augustinus, ut cum ad debitam etatem veniam, fidei consenciam[86]; vel si pro se patrinus respondeat, tunc sensus[87] est: Credo, i. e. operam dabo, quod credat et hoc facere tenetur, maxime si parentes negligentes fuerint vel suspecti[88]. Et potest istis modis exponi Credo, i. e. corde Deo assencio; 2° Credo, i. e. ad credendum obligo et istum crediturum promitto; 3° Credo |||, ||| *I* i. e. sacramentum fidei suscipio, 4° Credo, i. e. credere sum *196 A* presto, 5° Credo, i. e. fidem habeo.

---

[72]) *Incipit MS. O fol. 268r.* — [73]) *Incipit MS. N fol. 38v ibidem add.* sacerdos. — [74]) *Codd.*: baptismum *I.* — [75]) *Codd.*: quod *BC;* ut ∞ fronte *in marg. N.* — [76]) *Codd.*: ut *G.* — [77]) *Codd.*: restringatur *N.* — [78]) *Codd.*: manuum *add. N.* — [79]) *Codd.*: *inepte* virtute *G.* — [80]) *Codd.*: *post* eius *O.* — [81]) *Codd.*: *add.* pedibus *N.* — [82]) *Codd.*: *post* lingwe *BN.* — [83]) *Codd.*: reliquit *EN.* — [84]) *Codd.*: obedire *P.* — [85]) *Codd.*: *post* patrinus *P.* — [86]) *Codd.*: constanciam *P.* — [87]) *Codd.*: *post* est *CGN.* — [88]) *Explicit MS. N fol. 38r.*

<8.> De[89] exorcismo, qui est adiuracio, quo dicitur: »Exi »ab eo, spiritus[90] immunde.« Marci 5° et Luce 5°[91], quod fit, ut baptisatum dyabolus relinquat.

Versus[92]:

Crux, exorcismus, sal cum sputo, cathetismus
Sunt, ut demonium deserat hospicium[93].

Et nota tu, qui forte vocabula ignoras, quod exorcismus debet dici[94] et scribi per c et[46] non per t, sed cathetismus per t. Quidam tamen per c proferunt, nec est magna vis in vocabulo greco, quo modo Latinus proferat, dummodo significacionem non ignorat. Unde cathetismus[95] est instruccio, redargucio vel refutacio, et 1° modo capitur[96] in presenti, ad quem sensum sonat illud Ad Gal. 5°. Communicet autem is, qui cathetisatur verbo (i. e. instruitur ei), qui se (i. e. illum) cathetisat (i. e. instruit) in omnibus bonis, et patet, quod neophitus (i. e. novicius in fide) et cathecuminus (i. e. audiens et instructus in fide), debent[97] cum instructoribus suis in bonis temporalibus communicare, si isti habent et si[98] illi indigent. Hoc enim intendebat Salvator dicens instructoribus gencium, Luce 10°: »In quamcunque domum intraveritis, primum »dicite: Pax huic domui, et si fuerit ibi filius pacis, requiescet »super illum pax vestra.« Hoc quoad instructum; et sequitur quoad instructores et instructos: »In eadem domo manete edentes et »bibentes.« Hoc[55] quoad instructores, que apud illos sunt, hoc quoad instructos[99].

<Distinccio VII.>

| *I* *196 B* <1.> NUnc[1] **de sacramento confirmacionis | addendum est**[2]... Ista[3] *distinccio 7ª* tractans de sacramento confirmacionis[4] 1° continet, quod sacramenti confirmacionis forma est verba[5], que episcopus dicit, cum baptisatos in frontibus ungit[6]: sc[7] hec, sc. 'Nicolae[8], signo te signo crucis, confirmo te crismate

[89]) *Incipit MS. N fol. 39v.* — [90]) *Codd.*: *post* immunde *N.* — [91]) *CGM* dicitur *add. Codd.* — [92]) *Codd.*: unde *add. CM.* — [93]) *Explicit MS. N fol. 39v.* — [94]) *Codd.*: scribi per c et dici non per t *P.* — [95]) *Incipit MS. N fol. 39v.* — [96]) *Codd.*: *add.* cathetismus *G.* — [97]) *Codd.*: debet *ACM.* — [98]) *Codd.*: *om. BN.* — [99]) *Codd.*: *in A add.* et tantum sit de baptismo; *Explicit MS. O fol. 268v*, — [1]) *Incipit MS. N fol. 39v.* — [2]) *In N add. e Lombardo*: de cuius virtute queri solet. Fforma enim est aperta, sc. verba, que dicit episcopus. — [3]) *Codd.*: est *add. BDGP.* — [4]) *Codd.*: *add.* que *B.* — [5]) *Codd.*: verborum *N.* — [6]) *Codd.*: sacro crismate signat *N.* — [7]) *Codd.*: *om. C.* — [8]) *Codd.*: N. *ABEP*; Wenczeslae *O.*

salutis. in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti[9]. — 2°. quod hoc sacramentum[10] non potest perfici, nisi ab episcopis[11]. — 3°. quod virtus sive effectus huius sacramenti est donacio Spiritus Sancti ad robur. — 4°. quod illud sacramentum dicitur maius baptismo racione ministri, et quia maius augmentum[12] prestat. licet baptismus ad remissionem[13] plus valeat. — 5°. quod hoc sacramentum tantum a ieiunis et ieiunis tradi debet, et quod non debet iterari sicut et baptismus.

<2.> Unde[14] *versus*:

G per pontificem signantem crismate frontem
confirmacione robur
Confirmacio fit, in qua[15] michi gracia crescit,
episcopus confirmacionem[16] baptisatus confirmacio[17]
Ieiunet dans et sumens et non iteretur.

<3.> Queritur: *quid*[18] *est*[19] *sacramentum, quod dicitur confirmacio?* Respondetur, quod est linicio crismatis hominis viatoris sub hac forma verborum: »Consigno te signo crucis, confirmo te signo salutis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.« — Doctor vero subtilis sic confirmacionem diffinit questione prima: »Confirmacio est unccio hominis viatoris, aliqualiter consencientis, vel libero arbitrio nunquam usi, facta in fronte in figura crucis cum[20] crismate sanctificato, et hoc a ministro ydoneo simul cum intencione debita inungente et verba certa[21] proferente, signans efficaciter ex institucione divina unccionem anime per graciam roborantem ad confitendum cum constancia fidem[22] Christi.« — Ista diffinicio est nimis longa, ac tamen valet propter hoc, quia exprimit circumstancias, que currunt circa confirmacionis sacramentum, de cuius substancia sunt sex. Ex parte sacramenti duo in se[23]: sc. materia crismatis et forma verborum, que superius est expressa: duo ex parte ministri, sc. dignitas pontificalis et intencio debita; duo ex parte suscipientis, sc. frons, in quo debet fieri confirmacio, et quod confirmandus sit baptisatus.

Et sciendum, quod in isto[24] sacramento sunt tria, sicut et in aliis: Primum est tantum sacramentum, sc. crisma, 2um est res et sacramentum, sc. caracter, 3um est res tantum, sc. gracia collata ad robur pro confessione veritatis[25] fidei contra adversarios insultantes.

---

[9]) *Codd.*: *add.* Amen *in E.* — [10]) *Codd.*: *om. N.* — [11]) *Codd.*: a summis sacerdotibus *N.* — [12]) *Codd.*: *post* prestat *A.* — [13]) *Codd.*: peccatorum *add. B.* — [14]) *I.*: *om. codd.* — [15]) *Codd.*: aqua *P.* — [16]) *Codd.*: *om. B*; *super lans iter.* idem *P.* — [17]) *Codd.*: supple *add. I*; *om. BM*; *glossas prorsus om. DE.* — [18]) *Codd.*: *om. F.* — [19]) *Codd.*: sit *EP.* — [20]) *Codd.*: vel *D.* — [21]) *Codd.*: certe *EFP.* — [22]) *Codd.*: Jesu *add. A.* — [23]) *Codd.*: suo *P.* — [24]) *Codd.*: hoc *EP*; sancto *F.* — [25]) *Codd.*: *post* fidei *BFG.*

Eciam sciendum, quod unccio crismatis triplex fit in tribus sacramentis, quarum unccionum diversitas ex fine accipitur. — In baptismo fit in vertice ad signandum fidei suscepcionem, quia vertex est locus cellule racionalis. In confirmacione fit in fronte ad significandum$_{26}$ audaciam confessionis, cuius inpedimentum est timor et verecundia, que specialiter manifestantur in palore, vel rubore frontis ex propinquitate cellule ymaginarie. In ordine fit in manibus ad significandum potestatem digne tractandi sacramentum eucaristie.

Item sciendum, quod crisma, quod est$_{27}$ huius$_{27}$ sacramenti materia, conficitur ex oleo olive et balsamo, ut ostendatur, quod recipientes hoc sacramentum sint confessores fidei, habentes nitorem consciencie, quem signat oleum, et odorem bone fame, quem signat balsamus.

| *I* 196 *D* <4.> *Utrum in sacramento confirmacionis in*|*primitur caracter indelebilis*$_{28}$*?* Dicitur, quod sic. Et quamvis supra dictum est de caractere, quomodo varie diffinitur, et sic indelebilis in tantum, quod, licet clericus degradaretur, vel quidcunque sibi eveniat$_{29}$, caracter semper inseparabiliter manet, et idem est iudicium de caractere inpresso$_{30}$ in baptismate$_{30}$. Unde videtur quibusdam, quod caracter est signum insensibile, quo fidelis ab alio convivente$_{31}$ discernitur et ad speciale officium in ecclesia limitatur, et satis est ad esse talis caracteris constancia subiecti et pretericio officii preaccepti, que cum sint perpetua et indelebilia$_{32}$, caracter$_{32}$ semper manet indelebiliter$_{32}$ inpressus in anima. Baptismi enim caractere$_{33}$ fidelis ab infideli distingwitur, acsi ad Christi miliciam sit signatus. Et caractere confirmacionis distingwitur ab inconfirmato, tamquam singularius signum recipiens$_{34}$ ad exercendum Jesu$_{35}$ Christi$_{35}$ miliciam. Et caractere ordinis clericus separatur a laico, acsi ex ordinacione Christi ad officium singulare supra laicum in ecclesia sit signatus. Et patet, quod caracter ordinis presupponit caracterem baptismatis$_{36}$ et confirmacionis$_{36}$ et non e contra, quoad inesse persone eiusdem, et caracter confirmacionis presupponit caracterem baptismatis et non e contra.

<5.> *Utrum*$_{37}$ *sacerdos non episcopus potest confirmare?* Dicitur, quod sic, accepta a superiori potestate. Unde concessum fuit per b. Gregorium in scriptis$_{38}$ suis, ut Magister ponit in litera, quod episcopis absentibus presbiteri possent$_{39}$ et baptisatos crismare.

---

[26]) *Codd.*: servandam *P.* — [27]) *Codd.*: sacramenti huius est *A.* — [28]) *M*; *I inscrip.* le *ab* i^2; *semper* indelibilis *codd.*: indebilis *male A.* — [29]) *Codd.*: advenerit *E.* — [30]) *Codd* : impressione baptismate *P.* — [31]) *Codd.*: inconfirmato *E.* — [32]) *Codd.*: indebibilia, indebiliter *A.* — [33]) *Codd.*: caracter *FG.* — [34]) *Codd.*: accipiens *B.* — [35]) *I*; *post* miliciam *codd.* — [36]) *Codd.*: confirmacionis et baptismatis *B.* — [37]) *Incipit MS. N fol. 40r.* — [38]) *Codd.*: scripturis *N.* — [39]) *Codd.*: baptisare *add. I.*

<6.> *Utrum aliquis debet*$_{40}$ *illum*$_{40}$ *tenere, qui confirmatur*$_{41}$*?* Dicitur, quod sic, in signum, quod quasi || infirmus ad fortificandum$_{42}$ recipit confirmacionis sacramentum. *I 197 A*

Et patet ex omnibus iam dictis, quod confirmacio est proficiencium et pugnancium cum mundo, dyabolo et carne, sicut baptismus est in ecclesiam$_{43}$ intrancium. — Hec$_{44}$ sufficiant$_{44}$.

<Distinccio VIII.>

<1.> **POst sacramentum baptismi et confirmacionis sequitur eucaristie sacramentum**$_1$ **. . .**

Ista est *octava distinccio*$_1$, tractans de sacramento eucaristie' quo nutrimur, que 1° continet, quod per baptismum mundamur' per eucaristiam in bono consumamur. Baptismus estus viciorum extingwit, eucaristia spiritualiter reficit. Unde excellenter eucaristia dicitur, i. e. bona gracia, quia in hoc sacramento non modo est augmentum virtutis et gracie, sed ille totus sumitur, qui est fons et origo tocius gracie, cuius figura precessit, quando manna pluit Deus patribus in deserto, cuius eciam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, ubi panem et vinum Abrahe obtulit, et cuius sacramenti eciam agnus paschalis figura extitit. — 2°, quod sacramentum eucaristie Dominus instituit, quando post tipicum agnum corpus suum et sangwinem discipulis$_2$ in cena porrexit. — 3°, quod forma huius sacramenti est, quam Dominus ibidem in cena edidit, dicens: »Hoc est corpus meum,« et post: »Hic est sangwis meus.« — 4°, quod celebrato tipico pascha corpus suum et sangwinem sub specie panis et vini tradidit, ut ostenderet legis sacramenta in morte sua terminari, et nove legis sacramenta substitui. — 5 , quod hoc sacramentum a ieiunis solum debet sumi, licet Dominus post alios cibos ipsum discipulis dederit. — 6°, quod in hoc sacramento tria sunt: Unum, quod tantum est sacramentum, ut species visibilis | panis et vini, alterum, quod est sacramentum et res, ut caro Christi et sangwis, 3um res et non sacramentum, sc. unitas ecclesie. *| I 197 B*

<2.> Unde$_3$ *versus*:

---

[40]) *Codd.*: *post* tenere *N.* — [41]) *Codd.*: crismatur *N.* — [42]) *Codd.*: *male* forticandum *A.* — [43]) *Codd.*: militancium vel *add. N et explicit MS. N fol. 40r.* — [44]) *Codd.*: etc. *add. A*; Amen *add. L*; *om. BP.* — [1]) *Codd.*: *om. D.* — [2]) *Codd.*: apostolis *G.* — [3]) *Codd.*: *om. ABFG.*

in figura in figura
H mare baptisma fuit, eucaristia manna.
sacramentum illud panem et vinum
Quod plene signat, quod Melchisedech Abrahe dat.
Christi$_5$ tipico$_4$ corpus$_{[}$ Christi$_4$
Cena fit ac agno datur eucaristia sumpto.
in cena dicens: »Hoc est corpus meum«
Et tunc Christus ibi dat formam conficiendi,
Monstrans, quod Christo cessent legalia passo.
isto$_4$ tempore nisi necessitas occurat
Sed$_6$ nisi ieiunus modo debet sumere nullus.
species panis et vini ecclesia fidelium
Est signum tantum panis, res sola, fideles$_7$,
corpus$_{4\ 5}$ Christi ipsius panis panis et corpus comunicacionis ecclesie$_4$
Corpus res primi, signum sunt ambo secundi.

<3.> Dubitatur: *utrum sacramentum corporis et sangwinis Christi sit tantum unum.* Hic notandum est, quod sacramentum corporis Christi est species panis, et sacramentum sangwinis Christi est species vini, et aliud est sacramentum corporis Christi et aliud sangwinis Christi ex eo, quod alia materia requiritur ad sacramentum corporis Christi, quia panis, et alia materia ad sangwinem Christi, quia vinum. Similiter alia forma verborum ad sacramentum corporis Christi, quia illa »hoc enim$_8$ est corpus meum«, alia ad sacramentum sangwinis Christi, quia ista: »hic calix novi testa»menti$_9$ in meo sangwine«; et isto modo conparando illa duo sacramenta ad invicem, dicitur, quod non sunt precise unum sacramentum, sed, quia sacramentum$_{10}$ altaris dominici ex divina in‖ *1* stitucione ‖ deputatum est in nutricionem spiritualem, qua$_{11}$ con*197 C* servatur vita spiritualis et qua deficiente$_{12}$ deficit vita spiritualis, dicente Veritate Johan. 6°: »Nisi manducaveritis carnem filii ho»minis et biberitis eius sangwinem, non habebitis vitam in vobis. »Qui manducat meam carnem et bibit meum sangwinem, habet »vitam eternam« — igitur nutricio spiritualis sicut et corporalis aliquid requirit per modum cibi, et aliquid per modum potus, ergo ex institucione divina in hoc sacramento venerabili aliquid est per modum cibi, ut$_{13}$ sacramentum corporis Christi$_{13}$, et aliquid est per modum potus, ut sacramentum sangwinis Christi. Correspondenter in refeccione spirituali corpus Christi est cibus et sangwis potus. Unde$_{14}$ dicit Salvator Johan. 6°: »Caro mea vere est cibus »et sangwis meus vere est potus, qui manducat meam carnem »et bibit meum sangwinem, in me manet et ego in eo.« — Ecce manifeste Salvator distingwit ista duo ad invicem, sc. manduca-

---

[4]) *Codd.*: *om. I*; *super* cena *in B* Christi tantum; *super* monstrans *in P* ostendens; *glossas prorsus om. E.* — [5]) *Codd.*: *om. AB.* — [6]) *Codd.*: quod *CGM.* — [7]) *Codd.*: fidelis *CGM.* — [8]) *I*; *post* est *codd.* — [9]) *Codd.*: *add.* est *B.* — [10]) *Codd.*: *post* dominici *A.* — [11]) *Codd.*: quia *AD.* — [12]) *Codd.*: corpore Cristi *add. CGM.* — [13]) *Codd.*: ut ∞ Christi *om. P.* — [14]) *Codd.*: ubi *P.*

cionem carnis et bibicionem sangwinis sui, et per[15] consequens[16] sacramenta pariter[17] sunt distincta. Non tamen obstat, quia ambo illa simul sunt unum totale sacramentum ab uno pontifice, pro una vita et uni corpori mistico, sc. uni[18] ecclesie institutum, et patet, quod[19] questio ad unum sensum est vera et ad alium falsa.

Eciam sciendum secundum illam questionem, quod tot sunt sacramenta corporis Christi, quot sunt hostie, et quot particule illarum consecrate. Similiter tot sunt sacramenta sangwinis Christi, quot sunt species vini consecrati, eo quod sub[20] qualibet particula[21] hostie consecrate est veraciter corpus Christi, et similiter[20 22] sub[23] qualibet specie vini consecrati[24] est veraciter sangwis[23] Christi. Omnes tamen hostie consecrate[18] possunt dici | unum sacra- | *I*
mentum racione unius corporis Christi signati. Similiter de spe- *197 D*
ciebus vini est[25] dicendum. Nec oportet, quod ad multiplicacionem sacramenti sive signi multiplicetur[26] signatum; unius enim Christi sunt multe ymagines, prout non est dubium puris laicis.

<4.> *Utrum figure huius sacramenti, quas ponit Magister, sunt competentes?* Dicendum, quod sic. Sed sciendum, quod sacramentum potest signari per illud[27], quod est signum et causa, et sic signatum est[18] per sangwinem, qui de latere Christi fluxit, vel 2° per illud, quod est signum tantum, et sic ad id[28], quod est sacramentum tantum, figuratum fuit per oblacionem Melchisedech. Quantum vero ad id[28], quod est res et sacramentum, figuratum fuit per agnum paschalem, qui figuravit et sacramentum et Christum sub sacramento. Quantum autem ad effectum sacramenti (sc. graciam), figuratum fuit per manna, quia sicut manna reficiebat corporaliter, ita hoc sacramentum spiritualiter prestando graciam.

<5.> *Utrum sacramentum fuerit*[29] *expressius signatum in lege nature, quam in lege Moysi?* Ad quod dicendum est, quantum ad id[30], quod est sacramentum tantum, expressius fuit signatum[17] sive[17] figuratum in lege nature, quia in eisdem speciebus obtulit Melchisedech, in quibus fit consecracio, sc. in pane et in vino. Quantum vero ad id, quod est res et sacramentum, in lege Moysi. Agnus enim paschalis expressius significabat Christum passum. Panis autem et vinum Melchisedech figurabat solum sacramentum.

<6.> *Utrum eucaristia sit dignissimum sacramentum?* Dicendum, quod racione contenti, quod est signatum illius sacramenti, (sc. corpus Christi), ipsum sacramentum eucaristie est dignissimum, ut habetur distinccione 95 'Ecce per Jeronimum'. Significacione autem matrimonium est dignissimum 27 questione 2ª 'Cum societas'. — Effectu autem baptismus

---

[15]) *Codd.*: *om B.* — [16]) *Codd.*: consequenter *B.* — [17]) *Codd.*: *om. E.* — [18]) *Codd.*: *om. G.* — [19]) *Codd*: *om. A.* — [20]) *Codd.*: sub ∞ similiter *om. E* — [21]) *Codd.*: parte *P.* — [22]) *Codd.*: de sangwine Cristi *add. B.* — [23]) *Codd.*: sub ∞ sangwis *om. B.* — [24]) *Codd.*: *male* consecrate *D.* — [25]) *IP*; *post* dicendum *Codd.* — [26]) *Codd.*: multiplicitur *G.* — [27]) *Codd.*: id *ABDG*; *om. M.* — [28]) *Codd.*: illud *EP.* — [29]) *Codd.*: fuit *AEP.* — [30]) *Codd.*: illud *I.*

est sacramentum dignissimum, distinccione 22 §$_{31}$ 'Verum$_{31}$'. ‖ *I* Sed ‖ dignitate persone ministrantis confirmacio, De consecra- *198 A* cione, distinccione 5ª 'De hiis' et caº sequenti et distinccione 68ª$_{32}$ 'Quamvis'.

<7.> *Versus*:

Maior in effectu baptismus, corpus in esse,
Coniugium signo, maiori crisma ministro.

Ex hiis patet, quod sacramenta ecclesie secundum diversas raciones alterutrum se excedunt.

<8.> *Utrum hec est forma sufficiens*$_{33}$ *super panem*: »*Hoc est corpus meum*«? Dicendum, quod sic. Illa enim forma usus est Dominus. Illa autem diccio 'enim' non est de essencia forme, sed addita est ab ecclesia ad denotandum certitudinem consecracionis$_{34}$, et valet tantum, sicut 'vere', vel ponitur ad denotandum ordinem$_{34}$ consecracionis ad usum fidelium, et tunc$_{35}$ tantum$_{36}$ valet, sicut 'quia'. Ut primo modo acceptum, sic sonet: »Accipite et co- »medite enim«, i.$_{37}$ e. vere$_{38}$ »hoc est corpus meum«. Sed secundo modo sic sonet: »accipite et comedite enim«, id est quia »hoc »est corpus meum«. — Quamvis autem non est de essencia, tamen, qui obmitteret ex intencione, graviter peccaret.

<9.> *Utrum hec forma sit sufficiens super vinum*: »*Hic »est calix sangwinis mei.*« Hic sunt due opiniones et utraque opinio magnorum est. Una dicit, quod sic. Alia dicit, quod omnia verba sequencia sunt de essencia forme, ut addatur novi et eterni testamenti misterium fidei: »qui pro vobis et pro multis effundetur »in remissionem peccatorum.« Et quia non invenitur in sacra scriptura, nec in determinacione ecclesie$_{19}$, que sit forma precisa, ideo tucior videtur 2ª opinio.

<10.> *Utrum hoc sacrameutum solum debet sumi a ieiunis*? Dicitur, quod sic, propter reverenciam sacramenti, et propter devocionem sumentis, et propter periculum vomitus evitandum. Sed diceres$_{17}$: Salvator noster$_{15}$ illud sacramentum instituit post cenam | *I* et tradidit discipulis$_{39}$ manducandum$_{40}$. Sed | eius institucio et omnis *198 B* accio est nostra instruccio, ergo videtur, quod non ieiuni possumus, ymmo debemus illud sacramentum venerabile manducare. Hic dicitur negando consequenciam et conceditur, quod Christus bene instituit et sua accione nos informavit non ad similiter per omnia faciendum, sed per institucionem sacramenti post cenam docuit nos, quod post legem veterem inchoavit novam, et quod peracto agno$_{41}$ tipico, agnus figuratus ad edendum$_{42}$ fidelibus est oblatus.

---

[31]) *Codd.*: qui verum *EKL.* — [32]) *Codd.*: 60 *EK.* — [33]) *Codd.*: superficiens *A.* — [34]) *Codd.*: consecracionis ∾ ordinem *om. P.* — [35]) *Codd.*: *post* tantum *A.* — [36]) *Codd.*: *post* valet *E.* — [37]) *Codd.*: id est *om. GP.* — [38]) *Codd.*: certe *I.* — [39]) *Codd.*: apostolis *G.* — [40]) *Codd.*: *male* mandatum, *bene a correctore I.* — [41]) *Codd.*: *corr. ex* anno *D; pessime* anno *A.* — [42]) *Codd.*: addendum *L.*

Sed$_{43}$ adhuc obicitur per illud De consecracione distinccione 1ª »Sacramenta altaris non nisi a ie»iunis hominibus celebrentur, excepto uno die »anniversario, quo Cena Domini celebratur$_{44}$.« — Ecce hic <permittitur>$_{45}$ uno die post cenam corpus$_{46}$ et sangwis$_{46}$ recipi sacramentum. Ibi dicendum, quod licet$_{13}$ aliquando ecclesia in Cena Domini hoc admiserit, tamen iam$_{47}$ propter causas dictas superius per oppositam consuetudinem abrogavit. Sed adhuc 3° obicitur, si sufficit hominem esse ieiunum ad suscipiendum sacramentum, quia$_{48}$ alias est ad suscepcionem dispositus, ergo qui sumpsit medicinam, vel de electuario comedit, potest sacramentum venerabile manducare, cum talia non solvunt ieiunium. — Pro isto notandum, quod duplex est ieiunium, sc. nature et ecclesie. Sumpcio cuiuslibet alimenti$_{49}$ de novo ab extrinseco tollit ieiunium nature, igitur quelibet talis sumpcio sive cibi$_{50}$, sive potus$_{50}$ secundum usum communem prohibet sacramenti venerabilis sumpcionem.

<11.> *Utrum laici bibunt sacramentaliter sangwinem Jesu Christi?* Videtur, quod non, quia non sumunt sacramentum sangwinis Jesu Christi sub specie vini, ergo nec bibunt sacramentaliter sangwinem Jesu Christi.

Sciendum, quod sub utraque specie sacramenti est totus Christus, sed differenter, quia sub specie ‖ panis est corpus Christi ex vi sacramenti, et ex naturali concomitancia est ibi sangwis Christi, ex eo, quod panis benedicitur in corpus Christi et non in sangwinem, sed quia corpus Christi non est sine sangwine, ergo sub specie panis est eciam sangwis Christi. Similiter sub specie vini est sangwis Christi sacramentaliter, quia vinum benedicitur in sangwinem Christi et non in corpus, et quia iterum sangwis Christi non est sine corpore, ergo concomitanter est ibi$_{51}$ eciam corpus Christi. ‖ *I* *198 C*

Ex isto$_{52}$ patet$_{53}$, quod laicus sumens solum sacramentum sub speciebus panis, manducat corpus Christi sacramentaliter et bibit sangwinem Christi, sed non sacramentaliter in specie vini.

<12.> *Quid faciendum esset, si sacerdos consecrata hostia inpediretur proferre verba super vinum.* Ad quod dicendum est$_{13}$ secundum concilium Tholetanum, quod alius$_{54}$ sacerdos deberet$_{55}$ sibi succedere et incipere$_{56}$, ubi primus obmisit, si sciret, ubi dimisit, si autem nesciret, deberet totum officium reincipere. Sed secundum Hostiensem melius esset, quod hostia con-

---

[43]) *Codd.*: Si *P.* — [44]) *Codd.*: *male* cebratur *I.* — [45]) *Codd.* pertitur. — [46]) *Codd.*: corporis, sangwinis *E.* — [47]) *Codd.*: *om. CEGM*; ipsa *add. E.* — [48]) *Codd.*: qui *E.* — [49]) *Codd.*: alimento *G.* — [50]) *Codd.*: potus, cibi *I.* — [51]) *Codd.*: *post* eciam *G.* — [52]) *Codd.*: quo *B.* — [53]) *Codd.*: sequitur *B.* — [54]) *Codd.*: aliquis *A.* — [55]) *Codd.*: debet *ABD.* — [56]) *Codd.*: *add.* verba *E.*

secrata seorsum posita, totum officium reinciperetur, quod si non inveniretur ieiunus, qui perficeret, dicendum est, quod qui pransus esset, posset perficere missam et sumere corpus Christi. — Quidam dicunt contra, nisi id$_{57}$ spectaret ad eius officium. Sed quid fieret, si nullus sacerdos penitus haberi posset$_{58}$, Deus scit, quid homines facto presentes facerent.

<Distinccio IX.>

<1.> ET sicut due sunt res illius sacramenti, ita eciam duo$_1$ modi manducandi . . .

| *I* *198 D* Ista est *distinccio nona*, tractans de duobus | modis manducandi venerabile sacramentum, et continet, quod tam mali, quam boni, dum sumunt sacramentum, manducant verum corpus Christi, boni spiritualiter, i. e. meritorie, mali solum sacramentaliter, quia manducant sacramentum et corpus Christi, sed non habent unionem caritatis. — 2°, quod hoc sacramentum nunquam est malum in se, etsi per malum ministretur, sive$_2$ manducetur$_3$, unde in se nec fit peius a ministro peiori$_4$, nec melius a meliori$_4$.

<2.> *Versus*$_5$:

I corpus vere$_6$ comedunt iustique malique,
Spiritualiter hii, sed sacramentaliter illi.
Hoc sacramentum nunquam licet esse sinistrum,
Quamvis per pravum celebretur$_7$ sepe ministrum.
Sicut deterius non fit pro deteriori,
Sic non fit melius pro presbitero meliori.

<3.> Dubitatur, *quid sit manducare sacramentum corporis et bibere sangwinem*$_8$ *Jesu Christi.* Pro quo notandum, quod manducare sacramentum corporis Christi et manducare corpus Christi differunt. Nam unum stat sine reliquo. Potest enim aliquis manducare corpus Christi non manducando sacramentum. Unde manducare corpus Christi, similiter bibere sangwinem Christi, tripliciter potest considerari: primo modo sit, quod caro Christi vera et sangwis Christi verus sub propriis speciebus sumatur, qualiter conceperunt illi, qui abierunt retro, Johan. 6°, de quibus dicit Augustinus, quod intellexerunt se manducaturos, quomodo in

---

[57]) *Codd.*: illud *CEGMP.* — [58]) *Codd.*: possit *E.* — [1]) *Codd.*: sunt *add. M.* — [2]) *Codd.*: vel *B.* — [3]) *Codd.*: manducaretur *P.* — [4]) *Codd.*: peiore, meliore *KP.* — [5]) *Codd.*: unde *add. BCDEM.* — [6]) *Codd.*: *post* comedunt *P.* — [7]) *Codd.*: ministretur *E.* — [8]) *Codd.*: Domini *add. P*; Domini nostri *add. CGM.*

cadavere venditur, aut in maccello dilaniatur; 2° quod non realiter ipsum corpus, nec ipse sangwis sumatur, sed solum figurative, quomodo Christus dicitur ||| petra, de qua patres biberunt, et manna, | *I* de quo manducaverunt; 3°, quod vere et realiter verum corpus *199 A* et verus sangwis Christi, non sub propriis speciebus, sed sub alienis manducatur et bibitur. Primas duas manducaciones abicit sancta ecclesia et tenet 3am, que iterum est triplex, sc. spiritualis tantum, 2a sacramentalis tantum, 3a sacramentalis et spiritualis. Nam iuxta sanctum Thomam in De veritate sacre theologie libro 6°, ca° 3° et 4°, quidam suscipiunt sacramentum tantum, ut ficte accedentes, quia, quamvis sumunt sacramentum et corpus Christi in sacramento, non$_{9}$ tamen recipiunt rem sacramenti, i. e. graciam unionis cum corpore Christi mistico, eo quod non incorporantur ipsi$_{10}$ ecclesie sancte. Et quoad istud dicit Augustinus super illo Caro mea vere est cibus. »Quanto«, inquit, »caperet 'Caro', quod dixit panem carnem. Norunt »autem fideles corpus Christi, si$_{11}$ corpus Christi esse non negligant$_{12}$, »fiant corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi, de spiritu »enim Christi non vivit, nisi corpus Christi. Numquid enim corpus »meum vivit de spiritu tuo?$_{13}$«, quasi diceret »nullo modo«, ubi vult iste sanctus, quod fideles uniantur corpori Christi mistico per caritatem et sic manducent corpus Christi, quia alias si non manent$_{14}$ per caritatem in Christo, non manducant, sc. quoad rei participacionem. Et pro isto dicit Augustinus super Johanne in Omelia: »Qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul »dubio non manducat eius carnem nec bibit eius sangwinem, eciam | *I* »si tante rei sacramentum ad iudicium manducet et bibat.« 2° quidam *199 B* suscipiunt rem tantum, ut qui per devocionem et contricionem recipiunt graciam, priusquam veniunt ad sacramentum Quidam recipiunt sacramentum et rem, ut digne sacramentum manducantes. Prima manducacio est sacramentalis, qua manducant mali cum Juda. Unde dicit b. Bernardus in Sermone ad Petrum papam: »Sane in mensa una, in cena Domini, de pane uno »Petrus et Judas acceperunt, bonus in vitam, malus in penam, bonus »in beneficium, malus in testimonium, bonus in salutem, malus in »gehennalem mortem$_{15}$, quod totum usque adhuc in ecclesia con»pletur in sacramento altaris.« Hec ille.

Et patet hec sentencia principaliter per Paulum, qui testatur, se sentenciam de sacramento venerabili non ab homine, sed a Domino recepisse; qua dicit 1a Corinth. 11°: »Quicunque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit cor»poris et sangwinis Domini.« — Ubi presupponit Apostolus, quod possunt mali manducare corpus Christi et bibere sangwinem eius.

---

[9]) *Codd.*: nec *B.* — [10]) *Codd.*: Christi *I.* — [11]) *Codd.*: sc. *D.* — [12]) *Codd.*: negligatur *P.* — [13]) *Codd.*: sancto *P.* — [14]) *ABI*; manerent *Codd.* — [15]) *Codd.*: *om. G.*

2ª manducacio est spiritualis tantum, qua manducant beati in patria et beati hic in mundo stantes in gracia sine suscepcione sacramenti. Sic$_{16}$ enim manducare est in Christo manere et Christum manentem in se habere, ut dicit Augustinus super Johanne in Omelia et in libro De remedio penitencie et ponitur De consecracione distincc. 2ª, dicit: »Ut quid paras »dentem$_{17}$ et ventrem$_{17}$? Crede et manducasti.« Credere enim in
I eum, hoc est panem, vinum manducare, qui credit in eum, || man-
199 C ducat eum. Idem in libro 4° De Trinitate et ponitur De consecracione distincc. 2ª$_{18}$, ca° 'Panem'$_{19}$: »Panem de »altari spiritualiter manducare est innocenciam ad altare portare. »Peccata etsi sint cottidiana, vel non sint mortifera, antequam ac- »cedatis, debitoribus dimittite vestris, et si dimittitis, dimittitur. Se- »curus accede, panis est, non venenum.« — Ecce quam plane iste sanctus magnus doctor ecclesie vocat manducacionem spiritualem innocenciam fidei, sive fidem caritate formatam$_{20}$, qua manducacione carent mali, eciam si sacramentaliter manducent. Unde dicit idem sanctus et ponitur De consecracione distincc. 2ª et ca° 'Qui manducat': »Qui, inquit, discordat a Christo (ubi »glossa: i. e., qui est malus), nec manducat digne carnem eius, »nec sangwinem eius bibit, etsi tante rei sacramentum ad iudicium »sue perdicionis cottidie accipit$_{21}$ (ubi glossa dicit; i. e. non in- »corporatur corpori eius, quod est ecclesia) manducando«, (i. e. credendo.)

Ex isto patet, quod manducacio spiritualis in homine semper$_{22}$ debet sacramentalem precedere sicut magis necessaria, nam spiritualis cadit sub precepto Salvatoris iuxta vocem eius Johan. 6°: »Nisi manducaveritis carnem filii hominis et$_{23}$ biberitis eius sang- »winem, non habebitis vitam in vobis$_{23}$.« Sacramentalis vero non est de necessitate salutis cuilibet, cum patres veteris legis et parvuli nove legis et multi sancti martires sine illa certissime sunt salvati. Est tamen sic necessaria ad salutem, prout cadit sub precepto ecclesie, sic videlicet, quod homo etatis debite, fidem habens, racione utens, nolens aggredi tempore debito ad sacramentum vene-
I rabile, precepti ecclesie sit trans|gressor.
199 D

<4.> Est$_{24}$ ulterius$_{25}$ sciendum, quod manducacio spiritualis vel est$_{15}$ in signo, vel sine signo. Si in signo, hoc dupliciter: vel remoto, vel propinquo. Si primum, sic manducaverunt patres veteres, ad quam manducacionem dicit Apostolus 1ª Cor. 10°: »Omnes eandem escam spiritualem manducaverunt.« Si vero 2ᵘᵐ, sic manducant fideles nove legis in signo venerabilis sacramenti. Si vero sine signo$_{26}$, hoc dupliciter: vel modo vie, vel modo patrie.

---

[16]) *Codd.*: sicud *G.* — [17]) *Codd.*: ventrem et dentrem *M.* — [18]) *Codd.*: et *P.* — [19]) *In margine I.* — [20]) *Codd.*: informatam *BG.* — [21]) *Codd.*: accipiat *CGM.* — [22]) *Codd.*: *post* debent *FG.* — [23]) *Codd.*: et ∞ vobis *om. E.* — [24]) *Codd.*: *vost* ulterius *BG.* — [25]) *Codd.*: *inscr.* a t². — [26]) *Codd.*: *om. C.*

Secundo modo manducant sancti in patria, sed 1° modo manducaverunt sancti tempore legis nature et tempore veteris legis, qui nec de petra biberunt, nec de$_{26}$ manna manducarunt$_{27}$, ut parvuli circumcisi, et magi, qui tunc temporis non fuerunt, cum alii manna$_{27}$ manducarunt et de petra biberunt. Et 3° sic manducant fideles christiani, qui per fidem et caritatem adherent Christo sine percepcione sacramenti, parvuli in habitu, adulti vero secundum actum et aliquando secundum habitum.

Ex iam dictis breviter colligitur, quod manducare spiritualiter carnem Christi est credere in Christum et sibi amore uniri, sed manducare sacramentaliter est sacramentum recipere cum intencione recipiendi sacramentum. Si enim hostiam consecratam reciperet intendens non consecratam manducare, non manducaret sacramentaliter. Similiter mus recipiens sacramentum non manducat sacramentaliter, et patet, quod non sequitur: 'ille homo, vel ista$_{28}$ bestia recipit et comedit sacramentum, ergo manducat sacramentaliter', nam non sub racione sacramenti bestia recipit et manducat, nec ille, qui non intendebat re|cipere sacramentum. Unde quibusdam *I* e$_{29}$ contrario$_{29}$ eciam videtur, quod manducans non sacramentum *200 A* manducat sacramentaliter, ut posito, quod sancto homini volenti ex devocione manducare sacramentaliter porrigatur hostia a clerico, qui gerit officium sacerdocii circa altare, non tamen sit sacerdos, sicut contigit in Misna, ubi quidam finxit se fuisse$_{30}$ episcopum, existens laicus, et multos clericos publice$_{30}$ finxit se consecrare$_{31}$, qui velud veri sacerdotes confessiones audiebant et corpus dominicum, ut videbatur, ministrabant. In quo casu videtur, quod pia fides supplevit defectum, ex quo ignorancia excusans in talibus concurrebat.

<5.> *Utrum*$_{32}$ *pollucio nocturnalis inpediat eucaristie sumpcionem*$_{33}$? Dicendum, quod pollucio, quandoque provenit ex precedente$_{34}$ cogitacione, vel delectacione, vel consensu, quandoque ex replecione nimia, vel crapula et quelibet huiusmodi$_{35}$, inpedit. Unde, si aliquis dubitet$_{36}$ probabiliter, quod peccatum mortale in ipso sit causa pollucionis, debet omnino abstinere ab eucaristie percepcione$_{37}$. Quandoque autem contingit$_{38}$ pollucio illusione dyaboli concitantis et volentis devocionem inpedire, quandoque ex debilitate, cuius causa non$_{39}$ potest$_{39}$ homo semen continere, quandoque ex virtute nature expellentis superflua, de illa dicit b. Gregorius scribens Anglorum$_{40}$ episcopo et ponitur in canone, distincc. 6ª »Omnino hec illusio«,

---

[27]) *Codd.*: manducarunt ∞ manna *om. P.* — [28]) *I*: illa *codd.* — [29]) *Codd.*: *post* eciam *KP.* — [30]) *Codd.*: *in marg.* t^2. — [31]) *Codd.*: publice *add. EP*, consecrasse *BGM.* — [32]) *Incipiunt MS. N fol. 31r*; *Ω fol. 132v*, *Ψ fol. 146v*, *A fol. 222v*, *E fol. 36v*, *I fol. 194v*, *M fol. 178v*. — [33]) *Codd.*: suscepcionem *P.* — [34]) *Codd.*: *post* cogitacione *AMΨΩ.* — [35]) *Codd.*: talis *AMΨΩ.* — [36]) *Codd.*: dubitaret *EP;* dubitat *N.* — [37]) *Codd.*: recepcione *ΨΩ;* sumpcione *A.* — [38]) *Codd.*: contigit *A.* — [39]) *Codd.*: *post* homo *MΩ.* — [40]) *Codd.*: Angliorum *N.*

»inquit, »non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse »magis dolendus est quam fecisse.« Et si necessitas urget, potest
| *I* celebrare sacerdos, si devocio exposcat, similiter laica persona
200B potest communicare, sed sine necessitate aut speciali[41] devocione non debet. Si tamen celebraret, vel perciperet, non propter hoc mortaliter peccaret. In omni autem[26] casu huiusmodi tucius est humiliter abstinere[42] ex eo, quod talis inmundicia ebetacionem[43] inducit, nauseam facit et distraccionem et vacillacionem, an homo debet accedere vel[44] non. Unde si sit[45] pollucio cum ymaginacione, illa magis ebetat[43] mentem, quam illa, que est sine ymaginacione et ergo 1ª amplius[46] est timenda. Et de pollucione huiusmodi dicitur Deuteronom. 23°: »Si fuerit inter vos homo, qui nocturno »pollutus sit sompno, egredietur extra castra, et non revertetur[47] »priusquam ad vesperam, lavetur aqua et post solis occasum in»gredietur[48] in[49] castra Dei « — Ecce precipit lex pollutum sompnialiter egredi extra castra et lavari prius, antequam[50] regrediatur[51], ergo a forciori iubetur[52] homo sic pollutus non accedere altare Domini in templo, nisi prius[53] per penitenciam abluatur.

Unde sciendum secundum s.[54] Thomam: Quod ad sacramentum hoc[55] venerabile digne sumendum tria requiruntur: Primo mundicia consciencie, que nisi per peccatum[56] tollitur[57], 2° erreccio mentis ad[58] Deum[58] per actualem devocionem, et[58] hec[58] tollitur[58] per[58] mentis[58] ebetudinem[58], vel occupacionem, vel evagacionem interdum sine peccato. 3° mundicia corporis. Unde primo et principaliter peccatum inpedit, 2° ebetudo mentis, 3° inmundicia corporalis, et hec omnia aliquando concurrunt in pollu-
|| *I* cione nocturnali, aliquando duo, | aliquando unum tantum, et se-
200C cundum hoc magis, vel minus homo[59] inpeditur a percepcione sacramenti. Peccatum enim mortale inpedit ex necessitate precepti, sed ebetudo mentis et inmundicia corporalis solum ex quadam decencia honestatis, quia indevocio quedam[60] videtur sic accedere, nisi necessitas urgeat[61].

<6.> *Utrum ille, qui recipit corpus Christi in peccato mortali credens se*[62] *esse in caritate, peccet mortaliter?* — Ibi dicendum, quod illa ignorancia vel est invincibilis, vel neglecta, vel affectata. Prima excusat a toto peccato, 2ª a tanto, sed[63] non a toto, 3ª nec a toto nec a tanto[64]; dicitur ergo, quod credens se esse in ca-

---

[41]) *Codd.*: sensibili *KP.* — [42]) *Codd.*: *ante* humiliter Ψ, abstineat *in marg.* Ω. — [43]) *Codd.*: hebetacionem, hebetat *AINP.* — [44]) *Codd.*: an *AMΨΩ.* — [45]) *Codd.*: *om. M.* — [46]) *Codd.*: plus *N.* — [47]) *Codd.*: revertatur *A.* — [48]) *Codd.*: ingrediatur *AMΨΩ*; egrediatur *N.* — [49]) *Codd.*: *om.* Ψ. — [50]) *Codd.*: priusquam *MN.* — [51]) *Codd.*: egrediatur Ω. — [52]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [53]) *Codd.*: *om. KNP.* — [54]) *Codd.*: *om. AM.* — [55]) *Codd.*: *post* venerabile *AΩ; ante* sacramentum *P;* venerabile *om. M.* — [56]) *Codd.*: penitenciam *N.* — [57]) *Codd*: *male* tollit *D.* — [58]) *In marg. A.* — [59]) *Codd.*: *post* inpeditur *BN;* hoc homo magis et minus impeditur *AMΨΩ.* — [60]) *Codd.*: *post* videtur *N, om. AMΨΩ.* — [61]) *Explic. MS. N fol. 31v, Ω fol. 133r, A fol. 223r, M fol. 179r add.* etc., *E fol. 37v, I fol. 194v,* quia ∞ urgeat *in marg.* γ^2. — [2]) *Codd.*: *post* esse *C.* — [63]) *Codd.*: et *P.* — [64]) *Codd*: tanto, toto *C.*

ritate, habens signa probabilia, ut puta, secundum Bernardum, si libenter verba Dei audiat[65], et si se promptum ad bene operandum invenit et si dolet de peccatis preteritis et[66] firmiter[67] proponit cavere[68] de futuris, ut sic dispositus non peccat mortaliter. Si enim diligenter conscienciam suam discussit per scripturam, vel per consilia et dolet intime de omnibus[69] ad tantum, quod libenter iam preelegisset mortem, quam peccavit[70] et vellet pocius eligere[71], quam peccaret post, et si aliquod in se peccatum recognosceret[72], libentissime confiteretur et peniteret, non dubium, quin sic dispositus haberet graciam Jesu Christi.

<7.> *Utrum sacerdos debet dare illi corpus Christi*[73], *quem scit esse*[74] *in peccato mortali?* Hic distingwendum est, quia peccatum illud mortale aut est occultum, aut manifestum. Si manifestum plebi, tunc nec debet dare in occulto, nec in manifesto. Si vero peccatum est in occulto et petit in occulto, tunc non debet sibi[75] dare, | ymmo debet eum monere, quod non petat in mani- *1*
festo[76]. Si autem petat in manifesto, debet sibi dare, quia occultum *200 D*
peccatum non debet puniri pena manifesta, item quia quilibet habet[77] ius in percepcione eucaristie, si non amisit per peccatum mortale, et quia non constat in facie ecclesie, quod[78] ille amisit. exemplo Christi de Juda, cui Christus buccellam intinctam tradidit, sicut et aliis apostolis, ne peccatum eius occultum ipsis manifestaretur apostolis, si illi sicut aliis corpus suum non dedisset.

<8.> *Quare peccat, qui sumit corpus Christi existens in peccato mortali?* Dicitur, quod ideo, quia bono abutitur, et illo, quod datur ex maxima gracia, non utitur in gracia, et quod datum est[79] pro unione corporis Christi mistici, ipse peccator non existens membrum corporis Christi mistici fingit se esse, quod non est.

<9.> *Utrum infideles sunt admittendi videre sacramentum corporis Christi?* Dicitur, quia[80] infideles, nec confessione fidei, nec opere sunt membra corporis Christi mistici, ideo ad visionem non sunt admittendi.

<10.> *Utrum amentibus debet dari corpus Christi?* Dicitur, quod non, nec illis, qui a nativitate usu racionis carent, nec qui sunt alienati a racione, nec pueris, qui[81] carentes usu racionis carent devocione, dicit enim Apostolus: »Ut probet se ipsum »homo«, i. e. examinet in fide et devocione et sic habens fidem

---

[65]) *Codd.*: audit *E.* — [66]) *Codd.*: etsi *I.* — [67]) *Codd.*: *om. P.* — [68]) *Codd.*: precavere *EK*; *pessime* peccavere *P.* — [69]) *Codd.*: iam dictis *add. ex corr. M.* — [70]) *Codd.*: peccaret *P.* — [71]) *Codd.*: mortem *add. ex corr. M.* — [72]) *Codd.*: re- *om. A.* — [73]) *Codd.*: Christi corpus illi *C;* corpus Chr. illi *G.* — [74]) *Codd.*: *om. KP*; *post* mortali *G.* — [75]) *AI; post* dare *codd.* — [76]) *Codd.*: publico *E.* — [77]) *Codd.*: *post* ius *D.* — [78]) *Codd.*: quia *E.* — [79]) *Codd.*: esset *E.* — [80]) *Codd.*: quod *EKP.* — [81]) *Codd.*: *male* sunt *add. EKP.*

et devocionem et mundus a crimine »de pane illo edat et de calice »bibat« 1ª Corinth. 11°.

<11.> *Utrum mus, vel alia bestia sumendo sacramentum sumit verum corpus Jesu*$_{82}$ *Christi*? Dicitur, quod sic. Sacramentum enim, et ipsum corpus Christi unum sunt, sicut Deus et homo, ut ‖*I* ostendit Augustinus (in sequenti distincc. Magister, ut ||| *201 A* adducit), ergo ubicunque fuerit sacramentum, et ipsum corpus Christi erit, nec mirum, quod mus in os suum in sacramento corpus Christi recipiat, cum homo existens in crimine sit turpior secundum crimen, quam mus et tamen verum corpus Christi recipit. — Sed diceres contra: Nullus sapiens permittit se in lutum proici sine magna utilitate et hoc maxime, si huiusmodi proieccionem poterit inpedire. Sed quia Filius Dei Christus est sapientissimus$_{83}$ et peccator est vilior omni luto, nec aliqua utilitas, patet ex eo, quod$_{84}$ peccator recipit corpus Christi et proieccionem in$_{67}$ huiusmodi lutum potest Christus amovere omnimode.

Respondetur 1°, quod magnus honor comendatur Dei ex hoc, quod ex$_{85}$ sua manswetudine et clemencia sine derogacione glorie se permittit in peccatorem fetentem proici et magna utilitas, etsi non ex directo, tamen occasionaliter toti ecclesie evenit, quod tam grate et pie patitur Deus omnipotens illam iniuriam, ex qua in extremo iudicio occasionaliter omnibus sanctis maior iusticia ad condempnandum$_{86}$ inpios apparebit.

<Distinccio X.>

<1.> **Sunt$_1$ item alii, precedencium insaniam$_2$ transcendentes...**

Ista est$_3$ *distinccio decima*, ostendens errorem illorum, qui dicebant non esse verum corpus Christi in sacramento altaris. Et primo continet, quod quidam heretici dixerunt in sacramento altaris non esse corpus Christi et sangwinem, nec substanciam panis vel vini in substanciam carnis vel$_5$ sangwinis Christi$_4$ converti$_6$. Sed dixerunt corpus Christi ibi$_4$ solum esse in signo.

2°, quod constat verum corpus Christi et sangwinem in altari esse ymmo totum Christum sub utraque specie.

---

[82]) *Codd.*: *post* Christi *B*; *om. EKP.* — [83]) *Codd.*: sapiens *M.* — [84]) *Codd.*: quia *M.* — [85]) *Codd.*: *male* a, *sed inscr.* ex *I.* — [86]) *Codd.*: *ex corr. I*; contempnendum *KP.* — [1]) *Codd.*: *male* Nunc *P.* — [2]) *Codd.*: insani *G.* — [3]) *Codd.*: *om. E.* — [4]) *Codd.*: *om. P.* — [5]) *Codd.*: et *I.* — [6]) *Codd.*: coniuncti *P.*

<2.> *Versus*$_7$: | | *I 201 B*

sangwis de vino Christi$_{10}$ corpus$_{10}$ hoc$_8$ est$_8$ corpus$_8$
K cruor ex vino, de paneque fit caro verbo,
per concomitanciam
Sed totus vere Jesus est specie sub utraque,
Mortuus est semel ille$_9$, licet ultra non moriatur,
Christus$_{10}$ i.$_{10}$ e.$_{10}$ sine$_{10}$ lesione sanctus offertur$_{11}$
Idem cottidie$_3$ sine vulnere sanctificatur.

<3.> Supponendo ex fide, quod verum corpus Christi est in sacramento altaris, queritur: *utrum corpus Christi possit esse simul in diversis*$_{12}$ *locis*. Sine argumentis dicitur, quod sic, quia corpus Christi est in dextra Dei Patris in celo, et est in terra in quolibet altaris venerabili sacramento. — Sed s c i e n d u m, quod aliter est in celo et aliter in sacramento, nam in celo est extensive, dimensive et circumscriptive, in sacramento autem non est circumscriptive. Locus enim ex hoc dicitur circumscribere locatum, quia in circuitu describit figuram locati. Cum ergo figura sit qualitas circa quantitatem, nunquam potest aliquid circumscribere locatum, nisi quantitas eius commensuretur quantitati locati. Cum ergo corpus Christi in sacramento non habeat$_{13}$ ordinem$_{13}$ ad species, sub quibus continetur mediante propria quantitate, ideo numquam locus specierum, sub quibus est corpus Christi$_4$, potest circumscribere corpus Christi, cuius quantitas loco non comensuratur; patet ergo$_{14}$, quod corpus Christi non est circumscriptive in sacramento, quia alias oporteret dici, quod corpus Christi esset sic parvum et sic circulare sicut est hostia consecrata, sed hoc est falsum, ergo stat primum.

Ex isto patet, quod nec albedo, nec quantitas, nec dulcedo sacramenti est formaliter in corpore Christi; 2° patet, quod nullum accidens sacramenti est, ymmo nec potest esse inhesive in corpore Christi; patet, quia omnia$_{15}$ illa sunt accidencia absoluta materialia, de quorum racione est, non posse simul diversis inesse. || Est ergo *I 201 C* corpus Christi in sacramento non accidentibus sacramenti informatum, nec circumscriptum. In celo autem est localiter extensive, quia ibi locatur, ibi extenditur secundum quantitatem, quam habet in se formaliter. Unde quamvis idem$_{16}$ corpus Christi precise, quod natum est ex Virgine, quod passum est in cruce, quod ascendit in celum et sedet ad dexteram Dei Patris, est in celo et in sacramento, tamen aliter est in celo, quam fuit in cruce, vel$_{17}$ in sepulcro. Similiter aliter est in sacramento, quam fuit in cruce$_{17}$.

---

[7]) *FI*; unde *add. codd.*; *om. F.* — [8]) *IP*; *om. codd.* — [9]) *Codd.*: *post* semel *A.* — [10]) *Codd.*: *om. IP*; i. e. sine *om. A.* — [11]) *Glossas prorsus om. BDEK.* — [12]) *Codd.*: *post* locis *M.* — [13]) *Codd.*: ordinetur *P.* — [14]) *Codd.*: tercio *C.* — [15]) *Codd.*: *post* illa *P*; accidencia *add. CGM.* — [16]) *Codd.*: ibi *add. D.* — [17]) *Codd.*: vel ∞ cruce *om. G.*

In cruce enim extendebatur, vulnerabatur, conspuebatur, coronabatur. In sacramento vero non sic extenditur, non sic vulneratur, non$_{18}$ sic$_{18}$ conspuitur, aut coronatur.

<4> Et notandum, quod cum Christus sit duplicis substancie, quia verus Deus et verus homo, secundum quod est verus Deus, sic est Filius Dei naturalis, habens secundum Innocencium tercium per naturam divinam triplicem modum existendi in rebus, quia in omnibus est per essenciam, in iustis per graciam et in natura assumpta$_3$ per unionis efficaciam. Ita corpus eius habet triplicem modum essendi. Est enim in celo localiter, in verbo personaliter, in altari sacramentaliter. Et tantum de illo.

<5.> *Utrum Christus in sacramento altaris contineatur secundum animam?* Dicendum, quod sic, sub utraque specie non tamen ex vi sacramenti, sed ex naturali concomitancia, eo quod corpus Christi nunc non est sine anima, sicut fuit in mortis triduo, nec est sine sanguine. Similiter dicendum est de divinitate, que est in sacramento non ex vi sacramenti, sed quia humanitas Christi nunquam est separata a divinitate$_{19}$.

<6.> *Utrum corpus Christi sit diffinitive in sacramento?* Dicitur, quod non, nam illud dicitur esse$_{20}$ diffinitive in aliquo, quod est in illo ita, quod non in alio, quomodo res corporalis vel incorporalis dicitur esse diffinitive in loco, in quo est, quia est
| *I* in illo | sic, quod non est tunc in alio, ut Sortes est$_{21}$ uno certo
201 D loco$_{22}$, vel angelus sic, quod non$_{23}$ pro tunc est in alio, secundum existenciam. Christus autem et est et esse potest in diversis locis simul, quia est in celo personaliter extensive, in altari est sacramentaliter, nec est in uno sacramento sic, quod non sit$_{24}$ in alio.

<7.> *Utrum corpus Christi continetur realiter sub speciebus?* Notandum secundum Thomam de Argentina, quod duplex est continencia, sc. localis et potencialis$_{25}$; et iuxta hoc dicitur, quod corpus Christi non continetur sub speciebus panis realiter continencia locali, eo quod non conmensuratur illis speciebus, ut supra dictum est$_{26}$, nec configuratur, cum corpus Christi ibi$_{17}$ non rotundatur, quadrangulatur, aut ad figuram speciei panis figuratur. 2° dicitur, quod corpus Christi sub speciebus panis continetur realiter continencia potenciali$_{27}$, eo quod corpus Christi presens est in sacramento venerabili, prout confitetur fides solida christiana.

<8.> *Utrum sub qualibet parte hostie vere habeat esse corpus$_{28}$ Christi$_{28}$ totum?* Sciendum ibi$_{29}$ secundum Thomam

---

[18]) *Codd.*: non sic *iterat P.* — [19]) *Codd.*: Christi *add. EK.* — [20]) *Codd.*: *om. BEP.* — [21]) *Codd.*: *ex corr. M*; in *add. BP.* — [22]) *Codd.*: *om. B.* — [23]) *Codd.*: non *post* tunc *BE.* — [24]) *Codd.*: *om. EFP.* — [25]) *Codd.*: spiritualis *E.* — [26]) *Codd.*: *om. D.* — [27]) *Codd.*: principali *P.* — [28]) *I*; *post* totum *codd.* — [29]) *Codd.*: igitur *male KP*: *om. E.*

de Argentina, quod partes hostie possunt dupliciter considerari, uno modo, ut sunt ab invicem separate, alio modo, ut sunt in suo toto coniuncte.

Loquendo ergo de partibus primo modo, dicitur, quod corpus$_{30}$ Christi est in qualibet parte hostie totum, et istud est de intencione Augustini, qui ait, quod sicut fracto$_{31}$ speculo ymago, que prius una$_{32}$ fuit in toto speculo, post divisionem speculi est tota in qualibet parte speculi, est eciam de intencione Innocencii tercii, qui loquens de existencia corporis Christi in sacramento ait: »Reor salva fide maiestatis, quod ubi est panis consecratus, totum in singulis partibus continetur.«

Loquendo autem de partibus hostie 2° modo, puta, ut sunt coniuncte in suo toto || et non actu divise$_{33}$, tunc corpus Christi *I* est in tota hostia totum, sed in illis partibus, nisi actu signentur, *202 A* non est pluries, sed semel tantum. Unde sicut anima humana est tota in toto corpore humano et tota in qualibet parte corporis, quam informat, et tamen non est pluries in illo corpore propter unitatem tocius$_{34}$, in quo est primo et principaliter, in partibus vero$_{35}$ est solum, ut habent ordinem ad totum, sic in proposito.

Sed obicitur sic: Si totum corpus Christi esset in qualibet parte hostie, tunc quelibet pars Christi esset cum qualibet parte alia corporis Christi. Consequens$_{36}$ falsum$_{36}$, quia sequeretur parcium Christi confusio, nam caput Christi misceretur cum pedibus Christi. Respondetur ibi, quod partes corporis Christi esse in eodem situ potest intelligi dupliciter: Uno modo in ordine parcium ad locum, alio modo in ordine parcium ad totum. Primo modo simul habent esse, illo enim ordine non distingwitur in$_4$ sacramento$_4$ caput a pedibus, nec e converso, 2° modo non sunt simul in eodem situ seu posicione, sed sunt ordinatissime distincte, et ergo, quia non habent distinccionem parcium in hostia, sed in suo toto, ideo non fit earum confusio; 3° modo dicitur, quod partes corporis Christi$_{10}$, eo quod non sunt in hostia dimensive, sive circumscriptive, ideo non fit earum confusio.

<9.> *Utrum quando apparet species carnis vel pueri in consecrata hostia, illa species sit propria species corporis Christi?* Dicitur, quod non. Ac tamen, quando fit illa apparicio, tunc sub illa specie est corpus Christi. Unde miraculum tempore s. Gregorii, in quo panis Christi formam accepit cruenti digiti, non | *I* ostendit, quod ille digitus fuisset digitus Christi$_{37}$, vel sangwis | *202 B* apparens in digito quod fuisset sangwis Christi, sed ostendit, quod exigente infidelitate mulieris volentis sacramentum accipere$_{38}$, quod

---

[30]) *Codd.*: *post* Christi *B.* — [31]) *Codd.*: *male* facto *I.* — [32]) *Codd.*: tota *P; post* fuit *BD.* — [33]) *Codd.*: *ex corr. A*; divisive *B.* — [34]) *Codd.*: corporis *B.* — [35]) *Codd.*: non *P.* — [36]) *Codd.*: *pessime* conveniens ferre *M.* — [37]) *Codd.*: corporis *add. G.* — [38]) *Codd.*: recipere *G.*

species similior carni apparuit, ut mulier ab infidelitate humiliter resiliret, sicut et fecit exigentibus oracionibus b. Gregorii et populi ibidem assistentis[39]. De isto habetur libro 9° in registris b. Gregorii. Et patet, quod[40] possunt fieri[41] tales appariciones propter perfidiam hominum, aliquando ex divina misericordia volente reducere ad fidem, aliquando ex malicia dyaboli volente seducere plebem, aliquando reales species ministrantur sangwinis ex avaricia sacerdotum.

<10.> *Utrum corpus Christi, similiter sangwis Christi in sacramento venerabili a viatoribus videtur oculo corporali?* Dicendum, quod non. Unde dicit Augustinus in epistula ad Hyreneum et ponit Magister in litera huius distincc. ca° 2°, dicit: »Ipsum quidem, et non ipsum corpus, quod videbatur[42], manducatur, ipsum invisibiliter, non[43] ipsum visibiliter.« Et infra: »Similiter per id[44], quod homo est, in celo est visibiliter[43], invisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis et vini operitur.« — Sed contra: Tam literati, quam[45] illiterati[46] dicunt se videre corpus Christi in sacramento altaris. Ad istud respondetur dupliciter: 1° iuxta illud dictum Augustini in libro Sentenciarum Prosperi, quem in presenti distinccione Magister adducit, quod dictum sic stat: »Hoc est, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus[47], sacrificium ecclesie duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie et invisibili Domini[3] Jesu Christi carne et sangwine, sacramento et re sacramenti, i. e. corpore Christi, sicut Christi[48] persona constat et conficitur ex Deo et homine, cum Christus sit verus | Deus et verus homo, quia omnis *I* 202 *C* res illarum rerum naturam et veritatem in se continet, ex quibus conficitur: conficitur autem sacramentum ecclesie duobus: sacramento et re sacramenti (i. e. corpore Christi). Est igitur sacramentum et res sacramenti idem corpus Christi.« — Ecce Augustinus ponit duas res esse sacramentum, sc. visibilem[49] et invisibilem[50], sicut in Christo humanitatem visibilem oculo corporali et divinitatem invisibilem oculo corporali. Unde sicut viso[50] Christo in humanitate oculo corporali concedebatur, quod videtur Deus oculo corporali, quamvis non sic divinitas, sic in proposito dicendum est, quod viso sacramento sensibili secundum locucionem vulgatam dicitur 'corpus Christi videri': 2° dicitur, quod hic est locucio tropica, cum dicitur 'video corpus Christi', qua locucione solent res signantes rerum sortiri vocabula, ut dicit Magister in litera ca° penultimo. Unde exponens Augustinum dicit,

---

[39]) *Codd.*: assistentibus *I.* — [40]) *Codd.*: quia *EP.* — [41]) *Codd.*: esse *D.* — [42]) *Codd.*: quod *add. P.* — [43]) *Codd.*: et *add. E*; non ∞ visibiliter *in marg.* ξ^1. — [44]) *AFI*; illud *codd.* — [45]) *Codd.*: *om. K.* — [46]) *Codd.*: laici *E*; *pessime* illati *K.* — [47]) *Codd.*: concedimus *KP.* — [48]) *Codd.*: *post* persona *I.* — [49]) *Codd.*: visibile, invisibile *EF.* — [50]) *Codd.*: *pessime* visio *I*; *in L* visio *del.*

quod tropo utitur, cum dicit: »Caro videlicet carnis et sangwis »sacramentum est sangwinis.« Unde exponit eum Magister dicens[51]: »Hic enim visibilis species panis vocatur nomine carnis, »et visibilis species vini nomine sangwinis.« — Ecce plana exposicio, in qua res signans tropice assumit nominacionem rei signate. Illo ergo modo utitur vulgata locucio. Unde ad istum sensum homines videntes ymaginem Christi dicunt se videre Christum, vera ergo est locucio ista: 'video corpus Christi', ad istum sensum, i.[52] e[52] »video sacramentum, quod est signum »corporis Christi, quod corpus Christi non video »oculo corporali, cum ipsum ibi sit a me in|visibile, |*I* »quamvis est visibile in celo oculo corporali, et vi- *202 D* detur, ut pie credimus, a Virgine gloriosa. De visione ista corporali dicit s. Thomas quest.[4] 3ª articulo 4°: »Quod nec oculus »glorificatus potest videre corpus Christi sub sacramento, cuius racionem assignat«; quest. 3ª, articulo 1°: »Quia accio cor»poralis requirit contactum, sed corpus Christi non tangit aerem »circumstantem, et ideo sicut non coniungitur aeri circumstanti »secundum quantitatem, ita nec assimilat sibi ipsum generando »in eo similitudinem sui coloris.« Et infra: »Si oculus Christi esset »extra sacramentum, non videret se modo miraculoso. Unde glori»ficati vident corpus Christi sub sacramento visione intellectuali, »non corporali.« Hec s. Thomas.

Et quia de ista visione corporali corporis Christi scripsi[53] specialiter[54] in modico tractaculo[55], ideo non volo ulterius disgredi in hoc facto.

<Distinccio XI.>

<1.> **SI autem queritur, qualis sit illa conversio . . .**

Ista *distinccio 11ª*, tractans de confeccione[1] sacramenti, 1° continet, quod conversio, qua panis in corpus Christi et vinum in sangwinem convertitur, non est formalis, quia species rerum, que ante fuerant, remanent, ut sapor et pondus, sed videtur quibusdam, quod sit substancialis, quia substancia convertitur in substanciam. Et nota, quod formalis conversio est versio substancie de una forma in aliam manente substancia eadem, sicut fit in augmentacione, diminucione, alteracione et loci muta-

---

[51]) *Codd*: dicit *E.* — [52]) *Codd.*: *om. BF.* — [53]) *Codd.*: *ex corr. l.* — [54]) *Codd.*: *male* sensibiliter *EK*, similiter *F.* — [55]) *Hoc tractaculum, De corpore Christi edd. an. 1903 Dr. V. Flajšhans Pragae apud J. Bursík.* — [1]) *Codd.*: conversione *EP; ex corr. K.*

cione. Substancialis autem conversio est substancie in substanciam
I mutacio; sed conversio || alterius generis$_2$ est, quando super na-
203 A turam est.

2° continet distinccio, quod conversione illa nulla mutacio fit in corpore Christi, vel sangwine, nec aliquid eis, sc. in sui esse, additur.

3°, quod quidam non concedunt, quod substancia panis aliquando fit caro Christi, etsi fiat caro Christi, sicut farina facta est panis, et aqua facta est vinum; et tamen non dicitur, quod farina est panis, nec dicitur, quod aqua est vinum. Alii concedunt, quod illud, quod erat panis vel vinum, post consecracionem esse corpus et sangwinem, non quod maneat panis vel vinum post consecracionem, sed mutata substancia panis, i. e. id$_3$, quod est facta, i. e. corpus Christi, nec dicimus substanciam panis vel vini materiam esse corporis vel sangwinis Christi, quia non de ea ut de materia formatur corpus, sed ipsa in id formatur, i. e. transsubstanciatur.

4°, quod post consecracionem non est ibi substancia panis et vini, sed species illorum. Unde aliud videtur ibi, et aliud intelligitur.

5°, quod Christus tribus de causis sub alia$_4$ specie tradidit corpus suum et tradi instituit: Primo, ut fides haberet meritum, que est de invisibilibus; 2°, ne abhorreret animus carnem crudam comedere$_5$; 3°, ne ab infidelibus christiane religioni insultaretur, quod$_3$ occisi hominis$_6$ cruorem biberemus.

6°, quod sub duplici specie sumitur Christus, ut ostenderet$_7$ totam naturam humanam assumpsisse et totam redemisse, sc. carnem et animam; panis enim ad carnem et sangwis ad animam refertur, ut utriusque liberacio nobis esse significetur.

7°, quod licet sub utraque specie sumatur totus Christus,
| I tamen non fit conversio panis, nisi | in carnem, nec vini, nisi in
203 B sangwinem, nec debent dici duo sacramenta, sc. racione significati, et$_8$ quod nec alie species debent recipi in sacrificium, quia de aliis substanciis non potest consecrari corpus Christi et sangwis.

8°, quod aquà admiscenda est vino in calice. Aqua enim populum signat$_9$, qui per Christi passionem est redemptus. Quod si quis non intendens introducere heresim oblivione vel ignorancia aquam obmitteret, non esset sacramentum irritum, sed ille esset graviter corripiendus, nam et ecclesia Grecorum dicitur aquam non apponere.

9°, quod aqua sine vino nullatenus in sacrificium potest offeri, nec panis, nisi de frumento, nec granum frumenti, nisi re-

---

[2]) *Codd.*: rei *EIKP*; *in I inscr.* generis. — [3]) *Codd.*: *om. G.* — [4]) *Codd.*: illa *P.* — [5]) *Codd.*: manducare *E.* — [6]) *GI; post* cruorem *codd.*; *ante* occisi *B.* — [7]) *Codd.*: ostenderetur *E.* — [8]) *Codd.*: tunc *add. D.* — [9]) *Codd.*: significat *EP.*

dactum in panem, quia Christus et panem se dicit$_{10}$ et frumento se conparat.

10°, quod Christus tale corpus dedit discipulis$_{11}$, quale tunc habuit (sc passibile et mortale), nunc vero sumitur a nobis inpassibile et inmortale.

11°, quod eucaristia intincta non debet dari populo pro supplemento communionis.

<2.> Unde pro aliquibus horum sunt hii$_{12}$ *versus*:

opiniones ponit an formalis vel substancialis in$_{14}$ confeccione$_{14}$
L varie dicit conversio, qualis ibi sit.
credens$_{3}$, quod non videt sc.$_{13}$ in$_{13}$ confeccione$_{13}$ gentilium$_{13}$
Ut lucrosa fides sit, ut insultus ita vites
i. e. abusionem totum i. e. recipis spiritualem
Horroremque, Jesum sub velo sumis inesum.
sc. panis et vini, panis signat corpus, vinum animam Christus
Sub gemina specie sumis, monstrando$_{15}$, quod ipse
in anima et corpore
Te salvet totum, sic corpus habens animatum.
Christi sanguine redemptam evitetur negligencia$_{16}$
Plebem signat aqua vino semper socianda.

<3.> *Utrum*$_{17}$ *in*$_{18}$ || *transsubstanciacione panis in corpus Christi incipiat*$_{19}$ *esse corpus Christi*.$_{20}$ Videtur, quod sic, quia omne$_{21}$, quod creatur, tunc, dum creatur, incipit esse$_{22}$, sed in transsubstanciacione panis in corpus Christi corpus Christi creatur, igitur$_{23}$ corpus Christi tunc incipit esse. Maior nota est$_{24}$ ex quid nominis creari, quod est de$_{25}$ non$_{25}$ esse in effectum preter Deum rem produci$_{26}$, et minor patet ex predicacione multorum dicencium, quod sacerdos creatura creat suum creatorem, et quod excellencior$_{27}$ est$_{27}$ sacerdos beata Matre$_{28}$ Christi$_{28}$ ex eo, quod sacerdos quocienscunque voluerit, ipsum creat, quem Virgo Maria solum semel genuit$_{29}$; confirmatur per libellum, qui intitulatur Stella$_{30}$ clericorum, in quo dicitur: »dum igitur tante dignitatis sit sacerdos, »quod creator sit sui creatoris, ipsum dampnari inconveniens est.« Et infra$_{31}$, in eodem ca° dicitur: »Quanto sacerdotes Christianorum$_{32}$ »honorandi sunt, qui omnem regem et creatorem tocius creature »creant, tractant, sumunt et aliis ministrant.« || *I* 203 C

---

[10]) *Codd.*: dedit *AEP.* — [11]) *Codd.:* apostolis *G.* — [12]) *Codd.*: *om. KP.* — [13]) *Codd.*: *om. AI.* — [14]) *Tantum in A; om. codd.* — [15]) *Codd.*: iurando *KM.* — [16]) *Codd.*: *glossas prorsus om EKL.* — [17]) *Incip. MS. N fol. 23r, A fol. 149r, I fol. 194v, M fol. 177r, Ψ fol. 147r, N fol. 65r.* — [18]) *Codd.*: ex *N.* — [19]) *Codd.*: incipit *N.* — [20]) *Codd.*: et *add. MΨ.* — [21]) *Codd.*: *om. AMΨ.* — [22]) *Codd.*: *om E.* — [23]) *Codd.*: ergo *N.* — [24]) *Codd.*: *om N.* — [25]) *Codd.*: *male* Deus *A.* — [26]) *Codd.*: producere *Ψ.* — [27]) *Codd.*: sit *AMΨ*; sacerdos est excellencior *N.* — [28]) *Codd.*: *om. et scripsit* virgine *N.* — [29]) *Codd.*: secundo *add. C.* — [30]) *Codd.*: de Stella *AMΨ.* — [31]) *Codd.*: in infra *B.* — [32]) *Codd.*: *om. NN.*

Sciendum[33] est[34], quod creacio, cum sit de puro esse intelligibili[35] nullo preter Deum presupposito alicuius ad[36] extra produccio, dicit incepcionem rei in existenciam[37] ita, quod non[38] existere sit quasi terminus a quo, et esse existere[39] terminus ad quem.

Secundo sciendum, quod in transsubstanciacione terminus a quo est panis et terminus ad quem est corpus Christi, et utrumque, sive uterque terminus ille prius[40] est, quam sacerdos consecrat[22], ut notum est.

3° est[41] sciendum, quod quilibet sacerdos, non Deus, est solum potencie finite.

4°, quod creare est potencie infinite.

<Conclusio 1ª>. Istis[42] notatis est conclusio ista: Nullus sacerdos | non Deus creat. Probatur[43]. Nullus sacerdos de nichilo in effectu aliquid in existere producit, igitur conclusio vera[38]; consequencia[44] tenet ex vi nominis creacionis posite[45] in[45] notabili 1°. Item nec angeli creant, nec angeli possunt creare, ergo nec sacer- | I
203 D dotes[46]; consequencia tenet, cum maioris potestatis vel minime paris[38] sunt angeli, quam sacerdotes, et antecedens pro prima parte patet per Damascenum libro 2° ca° 2°, qui dicit: »Qui dicunt angelos »esse[32] creatores, sunt os patris sui dyaboli, qui mendax est et »pater eius[47].« Pro secunda parte patet per Augustinum, qui dicit 3° libro De Trinitate[48]: »Nec boni[19], nec[49] mali[19] angeli »possunt esse creatores alicuius rei« Et idem super Genesim dicit: »Non est phas aliquem creatorem, nisi Deum credere aut »dicere.« Item Anshelmus in Monologion 3ª dicit: »Sola »essencia Dei creatrix est.« Item Hugo de Sacramentis, parte 6ª, ca° ultimo dicit: »De nichilo aliquid facere, sive[50] »de aliquo nichil, solus[51] Deus potest«, et ibidem[52], quasi in principio dicit, quod de nichilo aliquid facere[53], vel[54] de aliquo nichil[51] sunt opera soli Deo[55] possibilia. Item Linconiensis De divinis nominibus, parte 2ª, ca° quarto dicit: »Aliquid ex »nichilo esse, i. e. efficere non potest communicari creature«

Ex iam dictis primo sequitur, quod nullus sacerdos non Deus est[56] creator alicuius rei;

2° sequitur, quod nullus sacerdos non Deus[56] creat corpus Christi;

---

[33]) *Codd.:* Per isto *add. N.* — [34]) *Codd.: om. AMP.* — [35]) *Codd.*: intellectuali *AΨ.* — [36]) *Codd.*: *om. M* — [37]) *Codd.*: existencia *AM.* — [38]) *Codd.*: *om. A* — [39]) *Codd.*: *post* terminus *AΨ*, *add.* sit *N.* — [40]) *Codd.*: *post* est *M.* — [41]) *Codd.*: *post* sciendum *M.* — [42]) *Codd.:* illis *INN.* — [43]) *Codd.*: *om. P;* sic *add. E.* — [44]) *Codd.*: *post* tenet *A.* — [45]) *Codd.*: *ex corr. Ψ*, a *G*, proposite et *M.* — [46]) *Codd.*: possunt creare *add. D.* — [47]) *Codd.*: et *add. B.* — [48]) *Codd.*: qui dicit *iter. A.* — [49]) *Codd.*: mali vel boni *M.* — [50]) *Codd.*: vel *N.* — [51]) *Codd.*: solus ∞ nichil *om. AN.* — [52]) *Codd.*: idem *Ψ.* — [53]) *Codd.*: *om. Ψ.* — [54]) *Codd.*: sive *MΨ.* — [55]) *Codd.*: conveniencia vel *add. N.* — [56]) *Codd.*: est ∞ Deus *om. AMΨ.*

3°$_{57}$ sequitur, quod nullus sacerdos est creator sui creatoris;
4°$_{57}$ sequitur, quod in transsubstanciacione panis in corpus Christi, corpus Christi non creatur;

patet$_{58}$ <1°>, quia prius est, quam panis a sacerdote benedicitur, 2° quia non fit$_{38}$ ||| ex nichilo, sive de nichilo in effectu, ||| *I* sed de pane, quod est contra racionem creacionis. Et hinc dicit *204 A* b.$_{59}$ Bernardus in Sermone De corpore Christi ad Petrum papam: »Audite modo et obstupescentes$_{60}$ admiramini. »Nulli angelorum, nulli archangelorum, nullis supernis spiritibus, »sed hominibus, non omnibus, sed tantum ordini nostro comissam$_{61}$ »esse celebracionem tanti sacramenti, ut consecratus in sacerdotem »id ipsum conficias in altari, quod Christus confecit in cena paschali. »In altari quippe sacerdotum ore corpus Christi conficitur, non »creatur, non nascitur.«

Ecce, quod in forma dicit 'non creatur'.

Conclusio 2ª$_{62}$. In transsubstanciacione panis in corpus Christi non incipit esse corpus Christi, patet per Magistrum$_{63}$, qui respondens ad argumentum, quo arguitur: Si corpus Christi conficitur, tunc vel$_{64}$ augetur, vel de materia, de qua in concepcione non fuit factum, formatur$_{65}$, dicit$_{59}$: »Quibus$_{66}$ hoc modo »responderi potest, quia non ea racione dicitur corpus Christi con»fici verbo celesti, quod ipsum$_{67}$ corpus$_{67}$ in conceptu Virginis »formatum deinceps formetur«, sc. quod incipiat esse corpus Christi.

Ex ista conclusione sequitur, quod corpus Christi in transsubstanciacione panis in corpus Christi non generatur, non augmentatur, non nascitur, et$_{68}$ quod sicut per esse sacramentale non$_{59}$ generatur$_{59}$, non augmentatur, non nascitur$_{68}$, sic per$_{69}$ consumpcionem$_{69}$ sacramenti nec corrumpitur, nec minuitur, nec sumptum$_{70}$ consumitur. Et patet, quod questio est falsa. Ad argumentum$_{71}$ negatur$_{72}$ minor et negatur$_{72}$ dictum stulte predicancium.

Unde Virgo Mater Christi inconparabiliter$_{73}$ est dignior me sacerdote et sic quolibet sacerdote, non Jesu Christo, ex$_{36}$ eo, quod$_{74}$ ge|nuit verum$_{75}$ Deum$_{75}$, cum sit Genitrix Dei, quam quod | *I* ego habeo officium conficiendi venerabile sacramentum. Nam ex *204 B* eo, quod ipsa Deum genuit, se reparatricem tocius mundi constituit et dignam exaltacione super omnes choros angelorum et hominum$_{76}$ infra Christum$_{77}$, sed non ex eo, quod ego sacerdos effectus sum, habens officium conficiendi, supra omnes choros

---

[57]) *Codd.*: 2°, 3° *AMΨ*. — [58]) *Codd.*: *om. ENM*. — [59]) *Codd.*: *om. N*. — [60]) *Codd.*: obstupentes *N*. — [61]) *Codd.*: concessam *N*. — [62]) *Codd.*: *om. Ψ; ex cor. M*. — [63]) *Codd.*: quarti Sentenciarum distinccione 11ª *NN*. — [64]) *Codd*: *inscr. I; om. codd*. — [65]) *Codd.*: *inepte abbrev. IN*. — [66]) *Codd.*: quilibet *A*. — [67]) *Codd.*: *in marg. A*, ipsum verbum *M*, *om. Ψ*. — [68]) *Codd*: Et ∾ nascitur *om. AMΨ*. — [69]) *Codd.*: sumpcionem *AMΨ*; pro consumpcione *N*; per concepcione *N*. — [70]) *Codd.*: consumptum *N*. — [71]) *Codd.*: in principio factum *add. AMΨ*. — [72]) *Codd*: negetur *AMΨ*. - [73]) *Codd.*: *post* est *P*; incorruptibiliter *N*. — [74]) *Codd.*: quia *N* — [75]) *Codd.*: verbum dei *N*. — [76]) *Codd.*: omnium *N*. — [77]) *Codd.*: meruit *add N*.

angelorum et hominum exaltatus sum, cum in existente michi huiusmodi officio possum esse dyabolus cum Juda, eciam$_{36}$ in$_{36}$ perpetuum$_{36}$ condempnatus. Quis ergo vult me, vel michi similem sacerdotem, nisi mendaciter menciens, supra dignitatem Virginis gloriosissime$_{78}$ exaltare? Unde leve dictum est: Illi sacerdoti concessit Deus consecrandi officium et nulli angelo$_{79}$, nec Matri Christi, ergo ille sacerdos est dignior angelo et Matre Christi, et dictum b. Bernardi supra allegatum verum est, quod nulli angelorum, nulli$_{80}$ archangelorum$_{80}$, nullis supernis spiritibus comissum est officium tanti sacramenti, sed exinde non sequitur, nec infert b. Bernardus, quod ergo supernis spiritibus$_{81}$ simus digniores. Ad confirmacionem dicitur negando illud$_{39}$ dictum propter duo inconveniencia$_{82}$: Propter primum, quod dicit: Sacerdos est creator sui creatoris, et propter secundum, quod dicit: Ipsum (sc.$_{59}$ sacerdotem) dampnari$_{83}$ inconveniens est (sc. propter dignitatem); ymmo quemlibet sacerdotem$_{83}$ malum finaliter dampnari conveniens est, quia a$_{84}$ Deo volitum, patet de Juda, principe sacerdotum, sed sacerdotem bonum finaliter dampnari inconveniens est$_{85}$ quia$_{84}$ non convenit hoc iusticie Dei$_{86}$.

<4.> *Utrum transsubstanciacio panis in corpus Christi fit*
I *subito vel successive?* Dicitur, quod fit subito virtute divina in
204 C ultimo instanti prolacionis verborum.

<5.> *Utrum transsubstanciacio est mirabilior, quam creacio?* Dicitur, quod non. Sed e contra alias argumentum beati Ambrosii, quod Magister in precedenti distinccione adducit, non valeret, quo arguit, quasi a mirabiliori, sic: »De tocius »operibus mundi legitur, quia ipse dixit, et facta sunt. Sermo »igitur, qui potuit ex nichilo facere, quod non erat, non potest ea, »que sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est »dare$_{87}$, quam mutare novas creaturas rebus.« — Ecce argumentum Ambrosii.

Et probatur leviter sic: Corpus Christi est creatum prius, quam panis in illud transsubstanciatur, et creacio$_{88}$ includit illam transsubstanciacionem et non e contra universaliter. Igitur maius est creare, quam sic transsubstanciare et per consequens homini mirabilius, igitur questio vera.

<6.> *Utrum panis et vinum sunt convenientissima materia venerabilis sacramenti?* Dicitur, quod sic, patet ex facto Christi. Si enim vidisset aliam convenienciorem optimus operator, non obmisisset, ipse siquidem Dominus constituit hoc sacramentum in cibacionem spiritualem. Panis autem et vinum conveniencius ve-

---

[78]) *Codd.*: *ante* Virginis *M;* gloriose *EINN.* — [79]) *Codd.*: angelorum *BAMΨ.* — [80]) *Codd.*: vel *P, om. B.* — [81]) *I: post* simus *codd.*; *om. AMΨ.* — [82]) *Codd.*: conveniencia *CGM.* — [83]) *Codd.*: *om. G;* dampnari ∾ sacerdotem *om. D.* — [84]) *Codd.*: a ∾ quia *om. E.* — [85]) *Expl. MS. N fol. 23v, M fol. 179r add.* et sic est finis: *N fol. 66v; I fol. 196v.* — [86]) *Expl. MS. A fol. 149v, Ψ fol. 148v.* — [87]) *Codd.*: creare *Lomb.* — [88]) *Codd.*: operacio *CGM.*

niunt in cibum et potum, quam aliqua alia, et quia[89] panis pre ceteris cibis corpus confortat et vinum letificat. Unde distinccione octava ante, circa finem dicitur in textu: »Porro illa species visi- »bilis sacramentum est gemine rei, quia utramque rem significat[90] »et utriusque rei gerit similitudinem expressam. Nam sicut panis »pre ceteris cibis corpus reficit et sustentat et vinum hominem »letificat et inebriat, sic caro Christi interiorem hominem plus ce- »teris graciis spiritualiter reficit et saginat. Unde | calix tuus ine- | *I* »brians quam preclarus est.« — Et quia panis triticeus maxime *204 D* reficit et sustentat et vinum inebriat et letificat, ergo[91] in nullo alio pane, nec in alio[92] liquore debet confici venerabile sacramentum.

<7.> *Utrum debeat fieri consecracio solum in pane non fermentato?* Dicitur, quod sic, secundum ritum Romane ecclesie, quia Christus in azimo confecit, quando agnum paschalem luna 14 comedit; potest tamen in fermentato pane fieri consecracio, sicut Greci tenent, tamen graviter peccaret sacerdos de Romana ecclesia, qui hoc faceret.

<8.> *Utrum Christus corpus suum manducaverit in die cene?* Dicunt quidam, quod sic, ut dicit communis *versus*:

Rex sedet in cena turba cinctus duodena,
Se tenet in manibus; se cibat ipse cibus.

Alii autem dicunt, quod non. Ego autem comitto[94] illud Christo, qui voluit hoc michi esse in absconso[95].

<9.> *Utrum, si corpus Christi reservatum fuisset in pixide in die cene, moreretur ibi in die parasceves?* Dicunt quidam, quod sic[96], quia omnes passiones intrinsece conpetunt corpori Christi sub sacramento, que conpetunt sibi sub specie[97] propria, ut dolorem pati, mori et similia. Passiones autem ab extrinseco venientes, ut laceracio, vulneracio[98], conspucio non conpetunt sibi sub sacramento. Unde diceretur, quod sub sacramento non verberaretur, nec[99] crucifigeretur et huiusmodi. Racio: quia passiones extrinsece pertingunt ad substanciam corporis mediantibus dimensionibus propriis, Christus autem in sacramento subsistens non conparatur ad exteriora mediantibus[100] dimensionibus propriis, cum ibi non sit dimensive, ergo etc

Veritatem tamen questionis huius || sicut et aliarum multarum *I* scit ipse Dominus Jesus Christus. *205 A*

---

[89]) *Codd.*: quare *male P.* — [90]) *G, Lombard.*: signat *codd.* — [91]) *I*; igitur *codd.* — [92]) *Codd.*: aliquo *E.* — [93]) *Codd*: ille *C.* — [94]) *Codd.*: *post* illud *CDGM.* — [95]) *Codd.*: abscondito *G.* — [96]) *Codd.*: non *D.* — [97]) *Codd.*: *male* substancia *CG.* — [98]) *Codd.*: *om. EKP.* — [99]) *Codd.*: non *EKF.* — [100]) *Codd.*: *om. CGM.*

<Distinccio XII.>

<1.> **SI autem queritur de accidentibus, que remanent[1] . . .**

Ista *distinccio 12ª*, tractans de accidentibus sacramenti, primo continet, quod pocius videtur Magistro fatendum, quod accidencia existunt sine subiecto, quam esse in subiecto. 2°, quod in sacramento est vera fraccio, et quod non Christus frangitur, sed sacramentum.

Versus[2]:

Hostia dividitur in partes, tincta beatos,
Sicca notat vivos, si⌣nat servata sepultos.

3°, quod sacramentum in tres partes dividitur, pars in calicem missa corpus Christi. quod iam surrexit[3], monstrat, pars comesta[4] corpus Christi adhuc ambulans monstrat, pars[4] usque ad[5] finem[5] misse remanens corpus iacens in sepulcro monstrat, quia usque in finem seculi corpora sanctorum[6] in sepulcris erunt[7]. Et nota, quod iam non est ille modus, ut tercia[8] pars hostie usque in finem misse servetur. 4°, quod quisque debet cavere, ne indigne percipiat, quia iudicium sibi indignus manducat, et ille indigne accedit[9] vel celebrat, qui aliter celebrat, quam Christus instituit, vel quia in peccato mortali accedit. — 5°, quod Christus cottidie ymmolatur et offertur occulte in sacramento, qui semel oblatus est in cruce in manifesto. — 6°, quod hoc sacramentum institutum est in augmentum virtutum, in[10] infirmitatis cottidiane remedium et in[11] remissionem venialium peccatorum. — 7°, quod Augustinus cottidie eucaristiam accipere nec laudat, nec vituperat, omnibus tamen diebus dominicis communicandum hortatur. Constitucio pape Fabiani | *1* ter in anno iubet, | Innocencii tercii minime semel in anno.
205 B

<2.> *Versus*[12]:

accidencia[5] sc. propria
M sine subiecto remanent in forma saporque
species in sacramento dividitur
Formaque; panis ibi partitur, non caro Christi.
hostie in mundo in purgatorio in celo
Tres partes, vivi, purgandi, glorificati
oblacionem illud
Dic sacrificium, quod in altari fit, id ipsum
occulte sub sacramento in cruce
Clam fit cottidie, semel oblatum manifeste.
oblacio sacramenti sc. morales[13]
Auget virtutes, culpas delens veniales.

---

[1]) *Codd.*: ibi *add. E.* — [2]) *Codd.*: unde *add. G; ambo versus in marg. AFK.* — [3]) *Codd.*: resurrexit *G.* — [4]) *Codd.*: comesta ∞ pars *om. G.* — [5]) *Codd.*: *om. P.* — [6]) *Codd.*: *om. B.* — [7]) *In LB hoc loco sequ. versus*: Hostia dividitur *etc.*; *in P post* servetur. — [8]) *Codd.*: illa *add. C*, pars illa *G.* — [9]) *Codd.*: accipit *I.* — [10]) *Codd.*: *om CEG.* — [11]) *Codd.*: *om. I.* — [12]) *Codd.*: unde *add. E* — [13]) *Glossas prorsus om. EKL.*

<3.> *Utrum*[14] *corpus Christi in sacramento frangitur, dividitur, dilaniatur, dentibus hominum conteritur et corporaliter masticatur?* Videtur, quod sic[15], ex confessione Berengarii, qui confessus est coram Nicolao papa et[16] 113 episcopis: »Panem »et vinum, que in altario ponuntur, post consecracionem non solum »sacramentum, sed eciam verum corpus Christi esse[5] sensualiter; »non solum sacramentum, sed in veritate manibus sacerdotum »tractari, frangi et fidelium[17] dentibus atteri[18]«, ut ponitur[19] De consecracione distinc. 2ª, caº 'Ego Berengarius'. — Ecce hic videtur, quod manibus tractari[20], frangi et dentibus atteri conveniat Christi corpori et sangwini. In oppositum est Magister[21] dicens: »Quia[22] corpus Christi incorruptibile est, sane dici potest[22] »fraccio illa et particio non in substancia corporis, sed in ipsa »forma panis sacramentali fieri.« Et adducit ad probacionem Augustinum, Jeronimum et Hilarium caº 3º.

Sciendum, quod, qui pertinaciter teneret[23], quod corpus Christi in sacramento frangeretur, divideretur, dilaniaretur, dentibus conteretur, ille foret hereticus. Nam prima heresis fuit[24] illa de ‖ *1* corpore Domini Jesu Christi, de qua heresi dicit Augustinus ‖ *205 C* in exposicione Psalmi quarti et ponitur post eum De consecracione, distinc. 2ª: »Prima quidem[27]«, inquit, »he»resis in discipulis[28] Christi velud a duricia sermonis eius[6] facta »est. Cum enim diceret: »Nisi quis manducaverit carnem meam[29] »et biberit meum sangwinem, non habebit vitam eternam,« illi non intelligentes dixerunt ad invicem: »Durus est hic sermo, quis »eum potest[30] audire?« Et subdit. »Sed[31] quomodo illi intellexerunt? »Carnem[5] quippe (i.[32] e. pro certo[32]) sic intellexerunt, quomodo »in cadavere venditur, aut in maccello dilaniatur.« — Ecce quam plane iste sanctus explicat esse primam heresim de Christi corpore discipulorum estimancium dilaniari, vel dividi more maccellariorum corpus Domini Jesu Christi. Item Innocencius tercius sequens in[27] hoc[27] Augustinum dicit: »Ego corde credo, ore con»fiteor[33], quod ipsum Dominum Jesum Christum in hoc sacra»mento manduco, fretus auctoritate, qua dicit: »Qui manducat »me, vivit propter me.« Non enim cum Dominus manducatur, per »partes dividitur et laceratur sub sacramento, sicut caro, que ven»ditur in maccello, sed illesus sumitur et integer manducatur.« — Item Augustinus, et[27] ponitur[27] De consecracione distinc. 2ª caº: 'Utrum sub figura, an sub veritate': »Christum phas vorari dentibus non est.«

---

[14]) *Incipiunt MS. N fol. 21v, O fol. 265v.* — [15]) *Codd.*: non *N.* — [16]) *Codd.*: *om., sed* coram *add. E.* — [17]) *Codd.*: *post* dentibus *BO.* — [18]) *Codd.*: conteri *O.* — [19]) *Codd.*: ponit *O.* — [20]) *Codd.*: et *add. O.* — [21]) *Codd.*: Sententiarum *add. N.* — [22]) *Codd.*: quod *N*, quia ∾ potest *om. O; male* quare *MP.* — [23]) *Codd.*: tenet *G.* — [24]) *Codd.*: erat *O.* — [27]) *Codd.*: *om. O.* — [28]) *Codd.*: apostolis *G.* — [29]) *Codd.*: filii hominis *N.* — [30]) *Codd.*: *post* audire *E*; Joh. 6º *add. N.* — [31]) *Codd.*: *om. NO.* — [32]) *Codd.*: id ∾ certo *om. BDM.* — [33]) *Codd.*: profiteor *EKNP.*

Item cantus ecclesie:

Non confractus, non divisus,
Integer accipitur;
Fracto demum sacramento
Non vacilles, sed memento
Tantum[34] esse sub fragmento[35],
Quantum toto tegitur. —
Nulla rei fit scissura,
Signi tantum fit fractura.
Quod nec status nec statura
Signati minuitur[34].

| *I* 205 *D* Omnia autem ista fundantur in scriptura, | que dicit Exodi 12°: »Os non comminuetis ex eo.« Cum enim agnus paschalis figurabat Christum et in occisione et[36] manducacione[36] agni non debebant frangi, conteri, vel comminui ossa[37] eius[38], planum est, quod signabat ossa Christi non frangi nec comminui debere. Et hinc Johannes Ewangelista ca° 19° signanter adduxit illam scripturam dicens: »Ad Jesum autem cum venissent et viderunt[39] eum iam[40] mortuum, »non fregerunt[41] eius crura. Facta sunt enim[42] hec, ut scriptura »inpleretur: Os non comminuetis ex eo.« Qui ergo hinc scripture pertinaciter contradicit, volens os Christi comminuere, est in heresi valde magna. Et patet, quod[27] questio est falsa. Tunc ad argumentum negatur, quod confessio Berengarii innuat, quod corpus Christi frangatur et dentibus fidelium atteratur, vera enim est sentencia Berengarii, dum fuerit debite per construccionem intellecta. Unde dicit glossa ibidem: »Nisi sane intelligas[43] verba »Berengarii, in maiorem incides heresim, quam ipse habuit, »et omnia referas ad species ipsas. Nam de corpore Christi partes »non facimus.« Hec glossa. — Ecce magna heresis ascribebatur Berengario, videlicet, quod tenuit, quod panis, qui in altario ponitur, ante consecracionem est solum panis non consecratus, sed[44] post consecracionem est solum panis consecratus[44] et non verum corpus Christi. Similiter vinum post consecracionem solum est[45] vinum consecratum, sed non sangwis Christi. Modo maiorem dicit glossa esse heresim tenere, quod corpus Christi frangitur, dentibus atteritur. Ideo dicit omnia illa esse ad species (i. e. ad *I* sacramenta) referenda, ut sic dicatur: panem et vinum ||| non solum 206 *A* esse sacramentum, sed in veritate ipsum panem (i. e. speciem) tractari, frangi et fidelium dentibus atteri. Plura[46] scripsi in parvo tractaculo[47] de huiusmodi fraccione.

---

[34]) *Codd.*: tantum ∾ minuitur *om. B.* — [35]) *Codd.*: sacramento *G.* — [36]) *Co dd. om. M.* — [37]) *Codd.*: *add.* sacratissima ac venerabilissima *O.* — [38]) *Codd.*: ipsius *O.* — [39]) *Codd.*: viderent *DKN.* — [40]) *Codd*: *om. KNP.* — [41]) *Codd.*: confregerunt *E.* — [42]) *Codd.*: *om. CGM.* — [43]) *Codd.*: intelligens *P.* — [44]) *Codd.*: seg ∾ consecratus *om. M.* — [45]) *EGIKP:* esset *codd.* — [46]) *Codd.*: *om. N.* — [47]) *Vide annot. 55 distinctionis 10me.*

<4.> Sed dubitatur: *Utrum corpus Christi manibus sacerdotum*$_{48}$ *tangitur in propria forma?* Et videtur, quod sic, quia corpus Christi elevatur, portatur, cadit in terram, descendit in stomachum, dum deglutitur, et communiter dicitur, quod manibus sacerdotum tenetur; ergo oportet, quod sensu$_{49}$ tactus in forma propria senciatur. — Hic dicitur negando consequenciam: sicut enim corpus Christi elevabatur$_{5}$, portabatur in cruce et cadebat in sepulcrum et tenebatur manibus, non tamen deitas sic se habebat, similiter, sicut ad motum corporis vivi anima defertur, elevatur, descendit vel ascendit, et sic$_{5}$ de similibus denominacionibus, non tamen ipsa aliquo$_{50}$ sensu corporali$_{51}$ sentitur — similiter in sacramento divinitas vel anima Christi est in corpore Christi, quo corpore$_{52}$ moto consecutive ad motum hostie dicitur Deus moveri, et similiter anima Christi; et$_{53}$ tamen nec deitas, nec anima Christi$_{53}$ sensu corporeo sentitur. Unde sicut$_{46}$ Thomas$_{46}$ palpans Christum hominem non palpavit divinitatem, cum tamen divinitas$_{54}$ et humanitas$_{54}$ in Christo ipostatice sint$_{55}$ coniuncta, sic palpato sacramento corpus dominicum non palpatur. Quantitas enim sacramenti sensibilis non informat corpus Christi et ergo corpus Christi sicut non est per illam quantitatem visibile$_{56}$, sic nec est tangibile, ut deducit Egidius Theoreumate 15°. Patet ergo, quod corpus Christi in sacramento venerabili nullo sensu est sensibile in propria forma.

Ad argumentum dicitur sicut in precedenti questione, quod omnia ad sacramentum$_{57}$ principaliter referuntur, et | patent exem- *I*
pliter de divinitate et anima Christi. 2° dicitur, quod$_{27}$, cum *206 B*
dicitur Christi 'corpus palpatur, vel manibus tenetur', dum sacramentum sic habetur, ibi est tropica locucio, de qua dictum$_{27}$ est$_{27}$ in ultima questione distinc. 10ª. Sicut enim ibi 'video corpus Christi' est tropica locucio, quia ponitur res significata$_{58}$ pro suo signo, sic est hic cum dicitur: 'palpo vel teneo corpus Christi', quia palpo vel teneo sacramentum, quod est signum corporis Christi. Noli ergo timere, quod manu scabiosa vel aliter polluta corpus Christi macules, si puritatem humiliter$_{59}$ mentis tenes$_{60}$.

<5.> *Quid significent*$_{61}$ *partes hostie?* Dicendum, quod sicut hoc sacramentum signat unionem ecclesie, sic eius in tres partes divisio signat divisionem ecclesie in tres partes, sc. in ecclesiam triumphantem, quam signat pars mersa$_{62}$ in$_{62}$ calicem$_{62}$: illa enim

---

[48]) *Codd.*: *post* tangitur *CDG.* — [49]) *Codd.*: sensibiliter *O.* — [50]) *Codd.*: a quo *K;* ab aliquo *G.* — [51]) *Codd.*: corporaliter *CEFGM.* — [52]) *Codd*: anima *O.* — [53]) *Codd.*: et ∞ Christi *om. O.* — [54]) *Codd.*: humanitas, divinitas *N.* — [55]) *Codd.*: fuit *OP;* fuerunt *N.* — [56]) *Codd.*: *in marg. ab* t². — [57]) *Codd.*: *post* principaliter *N.* — [58]) *Codd.*: *inepte abbrev.* significa *B*; signata *EFKNP.* — [59]) *Codd.*: *post* humiliter *ON.* — [60]) *Codd.*: teneas *B.* — [61]) *Codd.*: significant *BE.* — [62]) *I*: in calice *codd.;* immersa *N.*

inmersa est divinitati in patria inebriata ab ubertate domus Dei[63]; pars vero maior extra calicem ecclesiam militantem signat, cui pars minor supponitur, que ecclesiam signat dormiencium, quia ecclesia dormiens in auxilio militantis ecclesie sustentatur. Hoc secundum ritum ecclesie, qui iam currit.

<6.> *Utrum virtutes per sumpcionem huius*[64] *sacramenti augeantur?* Dicitur, quod digne[65] sumentibus remittuntur peccata venialia, quia fervor caritatis in[27] ipsis[27] suscitatur, qui digne percipiunt. Unde effectus eucaristie in manducantibus digne sunt isti; peccati expurgacio, pene relaxacio, gracie augmentacio, in virtutibus roboracio, munitio a temptacione, fomitis debilitacio, anime refeccio, in Christo mansio et eterna vivificacio.

<7.> Pro hiis aliquibus sunt hii *versus*:

Christum venialia relaxat
Hostia commemorat passum, peccataque donat[66],
in virtutibus in temptacionibus fomitem animam[68]
Roborat et[67] || munit[67], debilitat, reficit.
1
206 C

<8.> *Utrum cottidie sit communicandum?* Dicendum, quod sic, cum ecclesia cottidie communicet, quamvis non quelibet persona.

<9.> Sed *utrum persona sacerdotalis*[28] *vel*[69] *laicus*[69] *potest cottidie communicare*? Dicitur, quod sic, si bene vixerit. Unde Ambrosius, quem[70] Magister in presenti distinccione adducit, dicens[70]: »Sic vive, ut cottidie merearis accipere, »ne accedas indignus.« Sed contra Albertus Magnus De officio misse dicit: »Acriter redarguendi sunt sacerdotes, qui »mulieribus cottidie porrigunt eucaristiam.« Item Innocencius quartus in Summa: »Laicis perfectis et sanctis et inclusis »sufficit[71] de octava die in octavum communicare.«

Sciendum iuxta S. Thomam questione 6ª, articulo 2°: »Quod ex parte recipientis duo requiruntur, sc. amor »coniungens ad Christum et reverencia ad sacramentum; primum »excitat ad sacramentum, secundum vero retrahit. Unde si aliquis »cognosceret ex cottidiana sumpcione augeri fervorem et reve»renciam, non minus talis deberet cottidie communicare. Si autem »sentiret reverenciam minui et caritatem non multum augeri, talis »debet interdum abstinere. Unde ad hoc quilibet relinquendus est »suo iudicio, et hoc est, quod Augustinus ait: Dicit quispiam »non cottidie accipiendam esse eucaristiam, alius affirmat cottidie »summendam; faciat unusquisque, quod secundum fidem suam »pie credit esse faciendum. Et probat per[27] exemplum Zachei

---

[63]) *Codd.*: eius *AN.* — [64]) *Codd.*: huiusmodi *D.* — [65]) *Codd.*: *ex correct. CI*; indigne *ABDM, post* sumentibus *B.* — [66]) *Codd.*: domat *EKP.* — [67]) *Codd.*: ac minuit *B*; et minuit *P.* — [68]) *Codd.*: *glossas prorsus om. EKNO*; *in B tantum* Cristum *et* in temptacione. — [69]) *AI*; vel laicalis *BEK*; non laicalis *codd.* — [70]) *Codd.*: quem ∽ dicens *om. O.* — [71]) *Codd.*: sufficiat *I.*

»et Centurionis, quorum unus gaudens suscepit Dominum in »domum suam et alius dixit: 'Domine, non sum dignus, ut$_{72}$ intres »sub tectum meum$_{72}$'. Et uterque misericordiam consecutus est.« Hec Thomas.

Ex quo patet, quod Augustinus nec prohibuit, nec consuluit communicare cottidie. Unde Magister in presenti distinccione allegans Augustinum$_{36}$ dicit: »Si$_{73}$ autem$_{11}$ »queritur, utrum cottidie | communicandum sit, audi, quid inde | *I* »tradit Augustinus: »Cottidie«, inquit, »accipere eucaristiam, *206 D* »nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus com- »municandum$_{46}$ hortor.« — Ecce nec laudat Augustinus, nec vituperat cottidianam communionem. Racio: quia non discussit cuiuslibet communicantis conscienciam et intencionem. Sed si hominem sanctum in affectu magno communicandi cottidie cognosceret, nunquid$_{74}$ vituperaret? Certe non. Unde propterea dixit: »Faciat »unus quisque, quod secundum fidem suam (sc. amorosam) pie »credit esse faciendum.« Et concordat iste sanctus cum Apostolo, qui accipiens$_{75}$ doctrinam de manducacione huiusmodi inmediate a Domino, dicit 1ª Corinth. 11°: »Probet autem se ipsum homo, »et$_{76}$ sic de pane illo edat et de calice bibat$_{76}$.« Unde sicut in comestione naturali alius$_5$ sepius debet comedere et plus alio, quia habet virtutem fortem ad digerendum$_{77}$ et ad crescendum alio, propter quod non possumus virtutem temperancie in omnibus hominibus equaliter mensurare, sic$_{78}$ in spirituali manducacione, cum non possumus amorem$_{27}$ estuantem, in quo magis viget, cognoscere, quo desiderium ad sumendum sepius cibum sacratissimum consurgit, debemus ipsorum iudicio discussionem proprie consciencie comittere, ut se probantes, an sint sine crimine, integri in fide, constantes in spe et ferventes ad Deum et proximum in caritate, sic valeant de pane illo manducare et$_5$ de$_5$ calice$_5$ bibere$_5$. Unde, quia tempore primitive ecclesie homines erant mundi per baptismum et ferventes caritate, ideo licebat eis cottidie$_{46}$ communicare, ut habetur Actuum 2°. Postquam autem refrigescere cepit caritas, resilierunt a frequenti communione, et ne omnino desisterent, instituit Fabianus papa, ut tribus festivitatibus, sc. nativitatis, pasche et penthecostes, communicarent. Et quia demum amplius *I* refriguit$_{46}$ caritas$_{46}$ ita$_{46}$, ut se nec illis festivitatibus prepararent, *A 207* instituit Innocencius$_{79}$ tercius, quod saltim semel in anno, in festo pasche, quilibet christianus communicaret. Et sicut decrescente caritate decrevit communicacio, sic$_{80}$ e contrario crescente$_5$ in sanctis hominibus fervore caritatis debet crescere sive frequentari communicacio$_{80}$. Et quis propter magnitudinem reverencie sacra-

---

[72]) *Codd.*: ut ~ meum *om. N.* — [73]) *Codd.*: sed *O.* — [74]) *Codd.*: numquam *I.* — [75]) *Codd.*: cupiens *GM.* — [76]) *Codd.*: et ~ bibat *om. N.* — [77]) *Codd.*: dirigendum *K; inepte* irrigandam *N.* — [78]) *Codd.*: *om. E*; spiritualiter *add. N.* — [79]) *Codd.*: *inepte in I* in Nocencius. — [80]) *Codd.*: sic ~ communicacio *om. O.*

menti ex humilitate abstinet et alius ex fervore caritatis, sed uterque sanctus, communicet, quid est, nisi quod$_{5}$ uterque meritum consequetur, primus cum Centurione, reliquus vero cum Zacheo. Cum ergo Salvator noster non limitavit$_{81}$ aliquem, quia voluit cuique voluntatem quoad hoc prestare liberam, ideo committere se debet unus$_{82}$ quisque ipsi Domino, ut ipse secundum graciam suam in manducacione sui sanctissimi corporis quemlibet dirigat, alii ampliorem, alii minorem prestans fervorem ad venerabile sacramentum$_{83}$.

<Distinccio XIII.>

<1.> **Solet eciam queri, utrum pravi sacerdotes hoc sacramentum conficere queant . . .**

Distinccio$_{1}$ ista *13ª* tractans de consecrantis condicione primo continet, quod sacerdotes aliqui, licet sint pravi, consecrant vere, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris. — 2°, quod excomunicati vel de heresi manifeste vocati et symoniaci non videntur posse hoc sacramentum conficere, licet sacerdotes sint. Et nota, quod hic Magister non tenetur, nisi intelligatur, quod de iure non possunt. — 3°, quod in sacramenti huius explecione tria requiruntur: sc. potestas, intencio et forma. Oportet enim, quod consecrans sit sacerdos habens potestatem et quod intendat et formam verborum Christi teneat. — 4°, quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, licet hoc videatur; quid | *I* ergo manducat | mus, Deus novit. Ibi nota, quod, quamvis mus *207 B* manducet sacramentum, in quo est veraciter corpus Christi, tamen, quia non manducat sacramentaliter, eo quod non intendit sub racione sacramenti manducare, inde est, quod hic dicitur corpus Christi non manducare. — 5°, quod secundum Hilarium heresis ex intelligencia (supple falsa), non de scriptura est. Et secundum Jeronimum ex verbis inordinate prolatis incurritur heresis. Et secundum Augustinum$_{2}$ hereticus est, qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie, principatus$_{3}$ et sui gracia falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur$_{4}$.

---

^{81}) *Codd.*: limitat *BGM.* — ^{82}) *Codd.*: *om. I.* — ^{83}) *Explicit MS. N fol. 22v, O fol. 267v.* — ^{1}) *Codd.*: Ista distinccio est *CGM.* — ^{2}) *Incipit MS. N fol. 25v* 4^{ti} distinccio 13, de heretico. — ^{3}) *Codd.*: principatusque *E.* — ^{4}) *Explicit MS. N fol. 25v.*

<2.> Pro quibusdam horum sunt hii *versus*$_5$:

sc. sacramentu$_{m8}$
corporis$_8$ et$_8$
potest$_7$ sangwinis$_8$ Christi$_8$ sacerdos si non inpediant$_8$ ipsum$_{10}$
N$_6$ quit conficere pravus, nisi$_9$ prepediant se
exorbitacio$_8$ a fide$_8$ excomunicacio$_8$
Hic duo subscripta$_{11}$, que sunt heresis anathema.
conficis verborum Christi sacerdocii$_{12}$ ordo$_{12}$
Sunt tria, quibus sacras: intencio, forma, potestas.

<3.> *Utrum excommunicati, scismatici, degradati et heretici possunt conficere?* Videtur, quod non. Nam qui non potest$_{13}$ benedicere, ille$_{14}$ non potest$_{13}$ conficere. Sed quilibet iam dictorum est, qui non potest benedicere. Maior patet ex eo, quod benediccio$_{15}$ est de esse consecracionis, cum Salvator accepit panem, gracias agens benedixit, ut habetur Luce 22°. Sed minor probatur per b. Gregorium et ponitur prima questione 1ª: »Qui sacros »ordines vendunt, sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est: »Anathema danti et anathema accipienti. Hoc est symoniaca heresis. »Quomodo ergo, si anathema sunt et sancti non sunt, alios sancti»ficare possunt? Et cum in corpore Christi non sunt, quomodo »corpus Christi tradere vel accipere possunt?« et sequitur ad propositum: »Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?« quasi diceret sanctus »nullo modo«.

Item: 24ª$_{16}$ questione 1ª caº 'Audivimus' dicitur: »Quicunque ab unitate ecclesie fuerit alienus, exsecrare potest, conse||crare non valet.« Sed quia excomunicati, scismatici, degradati || *1* et heretici sunt ab unitate ecclesie alieni, cum non sint in corpore *207 C* Christi mistico, ut supra patuit et in dicto presenti b. Gregorii dicitur. ergo preterea prima questione 2ª dicitur, quod sacerdos degradatus non habet potestatem consecrandi, quamvis habeat potestatem baptisandi.

Item: Magister vult idem, in litera adducens pro illo multas auctoritates.

Item: b. Gregorius dicit: »Privilegium meretur amittere, »qui permissa, id$_{17}$ est$_{17}$ concessa$_{17}$ sibi abutitur potestate« Sicut dicitur Extravag. de privilegiis caº 'Ut privilegium'.

In contrarium videtur comunis sentencia doctorum, et canon videtur hoc sentire prima questione 1ª caº 'Quod$_{18}$ quidam', ubi dicitur, quod sacramentorum sanctitatem sumi in perversis hominibus, qui intus sunt, sive qui foris sunt, constat

[5]) *Codd.*: unde *add. K.* — [6]) *Codd.*: *om. G.* — [7]) *Codd.*: *in textum accepit G; in C del.* — [8]) *Tantum in E; om. codd.* — [9]) *Codd.*: *errore iter. G.* — [10]) *Codd.*: i. e. eum *add. E.* — [11]) *Codd.*: sub scriptura *male D.* — [12]) *Codd.*: sacerdotalis ordo *B; tantum* sacerdotalis *E; in M fol. 28v in marg. add. bohemice*: Chleb, wyno a flowa vmysl rzadny a k tomu sam knyez; *glossas prorsus om. KL.* — [13]) *Codd.*: possunt *I.* — [14]) *Codd.*: illi *I.* — [15]) *I*: 1º *add. codd.* — [16]) *Decr. Gr. c. XXIII, q. 1ª; omnes codd. male 27.* — [17]) *Codd.*: *superscr. IP, om. D.* — [18]) *IMP*: quorum *codd.*

inpollutam inviolabilemque permanere. Sciendum secundum doctorem subtilem questione 2ª: »Conficere eucaristiam »ut cause principali nulli potest conpetere nisi Deo. Sed ut cause »instrumentali, seu ministro, potest conpetere homini.«

Item aliud est posse simpliciter conficere, et aliud ordinatim posse. Dico ergo de posse simpliciter, quod nichil requiritur ultra materiam debitam nisi minister debitus, ad quem requiruntur tres condiciones: Prima, quod sit sacerdos, eciam quod possit proferre verba consecracionis et quod habere possit debitam intencionem conficiendi et faciendi, quod ecclesia facit; propter defectum condicionis 2ᵉ mutus non potest conficere; propter defectum condicionis 3ᵉ carens usu racionis non potest conficere. Sed prima condicio est hic propria, quia potest solum sacerdos et quilibet sacerdos, cui conpetere possunt iste condiciones, sc. debita prolacio et intencio. Tenet hanc sentenciam S. Thomas questione prima, articulo primo, 3° et 4° et patet, quod questio est vera.

Ad primum argumentum negatur[19] minor. Ad dictum b. Gregorii, quod est | *I* : »Qui maledictus est, quomodo benedicere potest?« *207 D* dicitur, quod capiendo benedicere, ut est rei melius esse optare, sic quod ipsa res vel melior efficiatur manens, vel in melius convertatur, tunc sic benedicere potest, licet non bene nec meritorie, et sic, quamvis ipse sit maledictus, Deus tamen, qui est principaliter benedicens, facit in profectum venire illius benediccionem, quamvis sibi est in maledicciónem, et ad hoc sonat illud allegatum in textu »maledicam benediccionibus vestris«.

Et pro 2° argumento est sciendum, quod esse alienum ab unitate 1° intelligitur quoad formam consecrandi, sc quod quis non utatur forma a Christo et ab ecclesia actenus instituta, 2° quoad vitam gracie. Primo modo[20] intelligitur canon de sacerdote et non 2° modo, quia dicit Magister in litera in principio distincciónis huius: »Aliqui licet sint pravi, consecrant vere, sc. qui »intus sunt nomine et sacramento.« — Ecce pravi, intelligit, quoad vitam gracie, qua carent, sed qui sunt intus (id est in ecclesia) nomine (scilicet christianitatis) et sacramento (id est ordine sacerdocii.) Ad 3ᵘᵐ dicitur, quod non potest ordinatim sive de iure, sed simpliciter potest. Ad 4ᵘᵐ dicitur, quod Magister in illo non tenetur. Ad 5ᵘᵐ, sc. dictum b. Gregorii, dicitur, quod amittit quoad meritorie exercendum et ergo exercens peccat graviter. Et sic, ubicunque dicitur in auctoritatibus, quod non possunt, debet intelligi, quod non possunt iuste, sive de iure.

Sed quomodo salvabitur Magister, qui in fine capitoli penultimi huius distinccionis dicit: »De hoc celesti misterio[21] aliqua »perstrinximus[22] a catholicis fideliter[23] tenenda. Qui enim his contra-

---

[19]) *Codd.*: negetur *I.* — [20]) *Codd.*: *om. IP.* — [21]) *Codd.*: *male* ministerio *G* — [22]) *Codd.*: perstringimus *CGM.* — [23]) *Codd.*: firmiter *P.*

»dicit, hereticus iudicatur.« — Ecce Magister hereticat quemlibet, qui aliter sentiret, quam ipse perstrinxit. | Et quia comuniter contra- *I*
dicunt Magistro in illo, quod dicit »excomunicatus et hereticus *208 A*
»non possunt conficere«, quis inter illas duas partes censetur hereticus? Oportet, quod vel Magister, qui contradicentes iudicat hereticos fore censendos, vel magistri, qui Magistro contradicunt realiter in hoc facto. Ego volo ire per medium, ne obruar lapidibus utriusque partis. Nullam enim$_{20}$ volo hereticare, quia unusquisque habundare debet in suo sensu, quem sibi Dominus ministravit.

<4.> *Utrum missa sacerdotis boni sit melior quam mali?* Thomas dicit: »Missa consideratur dupliciter: Primo modo ad »id, quod est essenciale in ea, sc. corpus Christi, et sic omnium »sacerdotum rite missancium est equaliter bona. Alio modo con»sideratur ad id, quod est annexum sacramento, et sic missa boni »est melior quam mali, quia sic non solum habet efficaciam ex »opere operato, sed ex opere operante. Et ideo ceteris paribus »melius est audire missam boni sacerdotis quam mali.« Ad idem est Bonaventura 1° principali quest. 4ª. Unde sic leviter distingwitur, quod missa, quoad missatum, sc. sacramentum et corpus Christi, eque bona fit a quolibet sacerdote rite missante, sed missa quantum est ex parte sacerdotis missantis, tunc est melior a bono quam a malo. Cum enim missa fiat ad laudem Dei et ad placandum Deum pro peccatoribus, et non est speciosa laus in ore peccatoris, nec iratus placatur ab illo, cui irascitur, eo quod secundum b. Gregorium, cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deterius provocatur, planum est, quod malum sacerdotem non convenit sic missare. Sed bonum convenit, qui digne offert hostiam in laudem Dei pro peccatis propriis et populi placans Deum

Ex istis sequitur ista conclusio, quod ab excomunicato, | *I*
scismatico, degradato$_{24}$, heretico et manifesto concubinario$_{24}$ sacra- *208 B*
mentum eucaristie recipiens scienter graviter peccat. Probatur. Quilibet recipiens sacramenta contra iustam constitucionem$_{25}$ ecclesie indigne sumit et peccat graviter. Sed sic facit quilibet scienter$_{26}$ recipiens ab excommunicato, scismatico etc., igitur conclusio vera$_{20}$. Consequencia patet per Apostolum ad Roman. 1°, nam ut sic consenciunt malefacientibus. Maior patet per b. Ambrosium super illo prima$_{20}$ Corinth. 11°: »Qui indigne manducat, »iudicium sibi manducat.« Minor patet per Johanem Canonica 2ª, ubi dicit: »Omnis, qui precedit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet.« Et infra: »Qui dicit ei Ave, com»municat operibus illius malignis.« Proinde dicit canon distinccione 32ª: »Nullus audiat missam presbiteri, quem scit indubi»tanter concubinam habere, vel subintroductam mulierem.« Item

---

[24]) *Codd.*: degradato ∾ concubinario *in marg.* t^1 *et om.* heretico. — [25]) *Codd.*: institucionem *D.* — [26]) *I; post* recipiens *codd.*

distinccione 81ª: »Si qui sunt presbiteri, dyaconi vel sub-»dyaconi, et qui in fornicacionis crimine iaceant, interdicimus ex »parte omnipotentis Dei et sancti Petri auctoritate ecclesie introitum, »usque dum peniteant et emendent. Si qui vero in peccato suo »perseverare maluerint, nullus vestrum eorum audire presumat »missam, quia benediccio eorum verteretur in maledicionem et »oracio in peccatum, testante Domino per prophetam: »Maledicam, »inquit, benediccionibus vestris«, et sequitur peccatum populi illorum missas audientis: »Qui vero huic saluberrimo precepto obedire no-»luerint, ydolatrie peccatum incurrent « — Ecce excommunicatorum, et hic presertim notatur$_{27}$ concubinariorum, qui missas audiunt, ydolatrie$_{28}$ crimen per inobedienciam incurrunt. Sed dicunt, quod hoc intelligitur de sacerdote concubinario notorio.

Pro quo$_6$ sciendum, quod tripliciter fit concubinarius notorius: vel primo per sentenciam ecclesie convictus, de quo specialiter$_{29}$, ut aiunt, canon superior || intelligitur, vel 2° per con- *|| I 208 C* fessionem propriam in iure factam, vel 3° per rei evidenciam, ut dum sunt argumenta probancia, gradiencia$_{31}$ super terram, vel cum quis videt sacerdotem in muliere non more Helizei procumbentem. In illo enim casu credo, quod nec iurista potest excipere, nisi forte diceret, quod videns fuit illusus et dyaconus in presbiterum tunc fuit transformatus, a qua illusione et transformacione dignetur nos Dominus$_{32}$ Jesus Christus liberare.

<5.> Dubitatur$_{33}$, *quid sit*$_{34}$ *heresis* Pro quo notandum, quod tot modis dicitur heresis, quot et hereticus. Sed quia 24ª questione ultima 'Heresis' dicit glossa ordinaria Johannis, quod hereticus dicitur multis modis: Primo, quicunque est dubius in fide, ut Extravag. 'De hereticis dubitatur'; 2° omnis scismaticus 1ª questione 1ª 'Quisquis'. 3° omnis precisus ab ecclesia, secundum quod excommunicatus dicitur hereticus, ut 4ª questione 1ª et 2ª; 4° omnis, qui male interpretatur scripturam sacram, ut 24 questione ultima; 5° qui novam opinionem invenit, ut 'infra hereticus'; 6° modo$_{35}$, qui vult aufferre privilegium Romane ecclesie 25 distinccione 'Omnis'; 7° modo$_{35}$, quicunque non tenet articulos fidei; 8° stricte sumitur hereticus omnis, qui remotus est ab ecclesia, et secundum hoc omnis hereticus est excomunicatus, ut Extravag. 'De hereticis ad abolendam'. Proprie autem hereticus est, qui tenet dogma falsum, sacre scripture contrarium pertinaciter defensatum, maxime causa lucri vel glorie temporalis. Hoc enim est heresis secundum Augustinum libro De utilitate credendi, sc. dogma falsum, sacre$_{36}$ scripture contra-

---

[27]) *Codd.*: nominatur *E.* — [28]) *Codd.*: *om. P.* — [29]) *Codd.*: sensu *EK.* — [30]) *Codd.*: *ex* augmenta *corr. I.* — [31]) *Codd.*: *male* contradicencia *G.* — [32]) *Codd.*: *post* Christus *G; om. IP.* — [33]) *Incipit MS. N fol. 25v.* — [34]) *IN*: est *codd* — [35]) *Codd.*: *om. NP.* — [36]) *Codd.*: sacre ∾ defensatum *om. et* ut prius *add. N.*

rium, pertinaciter defensatum[36]. Per hoc, quod dicitur dogma falsum, tangitur error in intellectu, et[35] per hoc, quod dicitur sacre scripture contrarium, innuitur, quod solum | I
heresis est, qua contra sacram | scripturam exorbitatur. Et[35] per 208 D
hoc, quod dicitur pertinaciter defensatum, tangitur pertinacia in affectu.

Ex quo habetur, quod ad heresim proprie dictam tria concurrunt, sc.[37] error[37] in intellectu, pertinacia in affectu et contrarietas scripture[38] sacre. Ex quo patet, quod solum ille dicitur proprie hereticus, qui tenet, ut supra dictum est, et ad hoc sonat dictum Augustini, quo dicit: »Hereticus est, qui concepta erroris per»fidia pertinaciter defendit.« Unde distingwens libro De utilitate credendi inter hereticos pertinaces et simpliciter errantes, dicit: »Sed qui suam sentenciam quamvis falsam atque perversam »nulla pertinaci animositate defendunt, presertim quam non audacia »sue presumpcionis peperit, sed a suis seductis atque in errorem »lapsis parentibus acceperint, querunt autem tanta sollicitudine »veritatem, corrigi parati, cum ipsam invenerint, nequaquam sunt »inter hereticos deputati «

Heresis enim grece eleccio[39] interpretatur, eo quod singularem elegit disciplinam. Ista patent amplius 24 questione 3ª, ubi consequenter[40] describuntur secte heresum quam plurimum hereticorum, plus quam 100 heresum in primitiva ecclesia ortarum, quarum tamen quinque fuerunt principales, sc. Paganus, Judeus, Manicheus, Sabelius et Arrius. Sed nunc quidam Paganos[41] et Judeos nolunt esse hereticos, sed solum Christianos, qui baptismate accepto abierunt in errorem. Sed quis potest negare illos esse hereticos, sc. Paganos et Judeos, cum teneant dogma falsum in intellectu et sic errorem sacre scripture contrarium, negantes Trinitatem in Deo et negantes Filium Dei incarnatum et hoc tenentes pertinaciter et blasfemantes in Deum Jesum Christum? ||

|| I
209 A

Pro quo notandum, quod tres sunt maneries heresis plus famose, sc. symonia, apostasia et blasfemia. Nec distingwuntur ista ex opposito, quia unum consequitur aliud, nam quicunque est symoniacus, ille apostatat a Deo et blasfemat in Deum. Raciones tamen istorum viciorum distingwuntur, quia apostasia fit generaliter secundum racionem, qua homo a religione Dei exorbitat, blasfemia secundum racionem, qua homo virtuti Dei inponit calumpniam, sed symonia secundum racionem, qua homo nititur ordinacionem Dei disrumpere. Et sic per istam triplicitatem Trinitas est offensa: Per apostasiam Deus Pater, qui secundum religionem mundam et immaculatam potenter ligat sponsam sibi[42], Deus Filius, qui cum sit Virtus Dei et Dei Sapiencia, per secundam heresim cottidie

---

[37]) *Codd.*: *om.*, *sed* sc. falsitas *add. P.* — [38]) *Codd.*: *post* sacre *add.* etc. *et explicit fol. 25v N.* — [39]) *Codd.*: ellacio *C.* — [40]) *Codd.*: *inepte* consequentur *I.* — [41]) *Codd.*: paganorum *G.* — [42]) *Codd.*: Christi *del. et inscrip.* sibi *I.*

blasfematur. Et Deus Spiritus Sanctus, qui cum ex summa benignitate sapienter ordinat pacifice domum suam, ex pravitate symoniaca ordinacioni sue contrarie nititur symoniacus, cum resistens Spiritui Sancto, nititur istum ordinem benignum blasfeme dissolvere et sic pacem. Et scito, quod heresis aliquando$_{43}$ committitur verbo solum, ut si quis dogmatisat fornicacionem non esse peccatum mortale, non tamen fornicaretur. Aliquando autem committitur facto, ut si quis verbo non diceret, quod fornicacio est peccatum mortale, in facto autem esset concubinarius, defendens eciam pertinaciter suam fornicacionem, nolens eam dimittere. 3° modo utroque istorum morum, ut si quis$_{44}$ et dogmatisaret et facto fornicacionem suam pertinaciter defenderet, ille esset in heresi apostasie, quia Ecclesiastici 19° dicitur: »Vinum et mulieres | apostatare$_{45}$ faciunt *I 209 B* »sapientes.« Eciam esset in heresi blasfemie, cum mulieri fornicarie data est potestas blasfemie, dicitur in Apokalypsi.

Hiis omnibus recollectis videre debet pius$_{46}$ christianus omnes semitas suas, et discutere, an cecidit in eum aliqua heresis ex iam dictis.

<Distinccio XIV.>

<1.> **POst hec de penitencia agendum est . . .**

Postquam Magister determinavit de tribus sacramentis, sc. baptismo, confirmacione, eucaristia, in quorum primo gracia donatur et homo regeneratur, in secundo roboratur et in tercio consumatur, hic incipit determinare de penitencia, qua gracia, si fuerit perdita, misericorditer reparatur.

<2.> Unde ista *14ª distinccio* primo continet, quod penitencia longe positis a Deo necessaria est, quia est 2ª tabula post naufragium, sicud baptismus prima tabula, quo deponitur vetus homo et induitur novus. — 2°, quod penitencia est, qua post lapsum resurgimus. Unde licet homini sepius penitere, sed non baptisari. — 3°, quod duplex est penitencia: interior, que est virtus mentis, exterior vero, que est sacramentum, et utraque est causa iustificacionis et salutis. — 4°, quod$_{1}$ Johannis predicacio et Christi cepit a penitencia; et quod penitencia dicitur a penitendo, qua quis penituit illicita, que commisit. — 5°, quod penitencia est mala preterita plangere$_{2}$ et plangenda iterum non committere et ultra, quod penitere est semper$_{3}$ penam tenere, ut homo semper peniteat

---

[43]) *Codd.*: *post* comittitur *MP.* — [44]) *Codd.*: *om. M.* — [45]) *Codd.*: apostotare *BCGM*, apostare *I.* — [46]) *Codd.*: omnis *M.* — [1]) *Codd.*: *om. M.* — [2]) *Codd.*: deplangere *M.* — [3]) *Codd.*: *post* penam *IMP.*

in se ulciscendo, quod commisit$_4$ peccando: ergo penitencia est vindicta semper puniens in se, quod dolet commisisse. — 6°, quod penitencia et alia bona opera in caritate facta per peccatum sequens mortificantur, ut non sorciantur mercedem, quam meruerunt, cum fierent. Si autem agatur penitencia de peccato mortificante, omnia reviviscunt. Que autem sine caritate fiunt, mortua sunt et reviviscere non possunt, quia numquam viva fuerunt. — 7°. quod solempnis penitencia secundum Ambrosium est, que fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere et in cilicio, que pro gravioribus et manifestis criminibus tantum inponitur: et illa non est iteranda propter reverenciam sacramenti. — Ultimo, quod evidenter ostenditur sanctorum testimoniis per penitenciam non semel tantum, sed sepius nos a peccatis surgere et veram penitenciam sepius agi, quamvis quidam contrarium dixerunt. I 209 C

<3.> Et pro principalioribus iam dictis sunt hii *versus*:

secundum aliquos non potest
quis$_6$ penitere et$_6$ peccatum$_6$ velle$_6$ committere$_6$
O$_5$ Si peniteas perfecte, crimina vitas.
peccato$_6$
Tempore cum vicio non est verus dolor uno,
talis, qualis ante propter ingrati-
i. e. post penitenciam tudinem quia$_6$ redeunt$_6$ peccata$_6$
Sed te peccante rursus, reversus es velud ante,
iterum$_6$ penitencie$_6$
Ergo dole rursus, dolor ut prosit tibi primus.
Excepta solempni$_5$ penitencia$_6$ penitenciam$_{6.5}$
Quit$_7$ nisi solempnem peccans iterare dolorem.

<4.> *Utrum penitencia sit sacramentum.* Dicendum, quod sic. Verba autem, quibus sacerdos absolucionem exprimit, sunt forma, actus autem penitentis est quasi materia.

<5.> *Utrum penitencia sit virtus moralis?* Dicendum, quod sic. Est enim virtus specialis, respiciens specialem racionem obiecti, sc. peccatum a se commissum, in quantum est expiabile, et hoc quantum ad penam et culpam, et est pars iusticie. Homo enim per penitenciam humiliat se Domino$_9$, satisfacit$_{10}$ proximo, et quod iustum est, libenter patitur pro peccato.

Et sciendum, quod quantum ad propositum penitencia accipitur tripliciter. Uno modo pro habitu electivo, quo quis detestatur peccatum a se commissum et in se et a se voluntarie puniendum$_{11}$ et sic habet racionem virtutis moralis vel infuse$_{12}$. 2° modo accipitur pro dolore vel penitudine, qua peccatum homo punit, et I 209 D

---

[4]) *Codd*: *in G add. bohemice* dopuscil sie. — [5]) *Codd.*: *om. P.* — [6]) *Codd.*: *om., sed super* vitas *add.* si secundo peccat *B.* — [7]) *Codd.*: quid *CG.* — [8]) *Codd.*: *om. P*: *glossas prorsus om. EKL.* — [9]) *Codd.*: deo *I.* — [10]) *Codd.*: et *add. I.* — [11]) *BIP*; penitendum *codd.* — [12]) *Codd*: confuse *M.*

sic est passio, quemadmodum aliarum virtutum sunt passiones pro materia. Et sic esset penitencia passio concupiscibilis, sc. dolor voluntarie assumptus pro peccato. 3° modo accipitur pro actu doloris, ut signis sensibilibus in ecclesia substrato$_{13}$, et isto modo habet racionem sacramenti.

<6.> *Quid est penitencia?* Magister dicit: »Quod est »gracia, vel virtus, qua commissa mala cum emendacionis proposito »plangimus et odimus, plangenda iterum committere nolumus.« Et nota, quod quedam diffiniciones dantur per essenciam, ut: ille homo est animal racionale mortale, animal est substancia animata, sensitiva; quedam vero dantur per causam, ut illa: dies est sol lucens super terram$_{14}$ vel dies est lacio solis super$_{14}$ terram; diffinicio ergo$_{14}$ penitencie supra dicta, similiter diffinicio Ambrosii et diffinicio b. Gregorii, que ponuntur in litera, dantur per causam et non per essenciam; diffinitur autem penitencia per duplicem actum: unum, qui est respectu preteriti, sc. preterita mala plangere, alterum respectu futuri, sc. plangenda non committere, et primus actus est in re, secundus in proposito. Penitencia duplex est, quedam interior tantum, et hec de iure naturali, quedam exterior, que fit per argumentum hominis. Prima non est sacramentum proprie, secunda vero est sacramentum. Non enim penitencia per se suscepta dicitur proprie sacramentum ecclesie$_{1}$, cum talis ante baptismum
I possit fieri, sicud et fuit in Ninivitis et in multis aliis, sed peni-
210 A tencia iniuncta per ministros ecclesie || dicitur$_{14}$ sacramentum

Notandum quoque, quod lugere pro peccatis propriis est actus penitencie, sed lugere pro malis alienis est alterius virtutis, sc. misericordie, lugere vero pro bonis eternis adipiscendis est actus beatitudinis$_{15}$ tercie, de qua dicitur Matth. 5°: »Beati, qui »lugent.«

Item sciendum, quod quedam est penitencia vera, de qua dicit Augustinus: »Penitencia vera est penitenda non committere »et admissa deflere.« Et in ecclesiasticis dogmatibus dicit: »Penitere est causas peccati excidere et earum$_{16}$ additum non prebere.« — Quedam penitencia est falsa, de qua Isidorus dicit: »Irrisor est et non penitens, qui adhuc facit, quod penitet«, 'De penitencia distinccione 3ª, 'Irrisor'. — Quedam est coacta penitencia: »Conversus sum in erumpna mea, dum con»figitur spina.« — Quedam sera: Si tunc penites, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt et tu non illa. — Quedam desperata, qua Judas ductus laqueo se suspendit, de qua Sapiencie 5°: »Pre angustia spiritus dicent$_{17}$ intra se, penitenciam »agentes.« — Quedam sancta et meritoria, de qua in presenti distinccione agitur, et$_{14}$ de qua dicit Bernardus: »O felix »penitencium humilitas, o bona spes confitencium, quam facile

---

[13]) *Codd.*: subtracto *I.* — [14]) *Codd.*: terram ∾ super *om. I.* — [15]) *I*: *post* tercie *codd.* — [16]) *Codd.*: suggestionibus *add. P.* — [17]) *Codd.*: dicentes *Vulg.*

»vincit invincibilem, quam cito tremebundum iudicem convertis »in piissimum[18] Patrem!«

<7.> *Utrum de essencia vere penitencie est, quod duret usque in*[19] *finem mortis?* Dicendum est, quod non, secundum Magistrum Unde opinio dicens oppositum refutatur, quia potest penitencia[20] esse sine continuacione actuali, requiritur tamen continuacio in proposito. Sed si opinio opposita capit penitenciam propriissime dictam pro vera penitencia, ad quam consequitur vita | *I* eterna, quis dubitat, quin illa penitencia sit proprie vera penitencia. *210 B* Quam vero non consequitur vita eterna inmediate sine interrupcione peccati, potest bene dici, quod non fuit vera proprie, et sic presciti, quantumcunque viando peniteant, non vere penitent, quia pro illa penitencia vitam eternam non accipient.

<8.> *Utrum penitencia tollat peccata?* Dicendum, quod sic. In quantum enim[5] est sacramentum, datur in ea gracia, racione cuius tolluntur peccata. Item in quantum virtus est, tollit peccata, quia actus eius est detestari omne peccatum.

<9.> *Utrum penitencia bona mortificata vivificet?* Dicendum, quod sic, secundum Magistrum.

Sciendum autem, quod illa bona dicuntur viva, que sunt vite eterne meritoria, sicud sunt omnia opera virtuosa in caritate facta. Illa autem dicuntur mortua, vel mortificata, que fuerunt meritoria vel que fuissent meritoria, si in caritate forent facta. Unde peccatum illud fecit, quod homo illa opera ad mercedem vite eterne illa non exercuit, et quia penitencia illud peccatum, quod est inpedimentum mercedis vite eterne, removet, et sic dicitur illa bona opera vivificare, que prius erant meritoria, sed non vivificat illa opera, que numquam fuerunt viva.

<10.> *Utrum debeat esse aliqua penitencia solempnis?* Dicendum, quod sic, si est publica culpa; publica enim culpa publico indiget remedio et hoc, ut sit aliis ad terrorem. Et sciendum, quod tres sunt modi generales penitencie sacramentalis: Prima penitencia[19] dicitur privata, 2ª publica[21], 3ª solempnis. Penitencia privata dicitur, que a sacerdote pro peccatis occultis confitenti iniungitur. Publica, que publice pro magnis et manifestis peccatis inponitur, || ut peregrinari, vel virgis publice verberari. Solempnis || *I* penitencia est, que iniungitur pro manifestis et magnis sceleribus, *210 C* quibus peccator communitatem ville, vel urbis, vel provincie scandalisavit, sicud est manifestum patricidium vel fratricidium, uxoricidium et huius modi horrenda peccata. Modo de primis duabus non est dubium, quin possunt iterari. Solempnis autem penitencia secundum iura antiqua non debet iterari, quamvis secundum aliquarum ecclesiarum conswetudinem iteretur.

---

[18]) *Codd.*: inepte impiissimum *B.* — [19]) *Codd.*: *om. I.* — [20]) *I*: *post* esse *codd.* — [21]) *Codd.*: publicata *I.*

<11.> Dubitatur: *quis est effectus penitencie et que causa?* Dicitur quoad secundum, quod accipiendo penitenciam ut est sacramentum, tunc Deus est causa eius principalis efficiens, sacerdos est causa instrumentalis, sicud in aliis sacramentis, et penitens est causa subiectiva, et remissio peccatorum et adepcio glorie est causa finalis; sed penitencie, ut est virtus, Deus est causa effectiva, quia cum, ut sic sit virtus infusa, ipsam solum Deus principaliter effective causat, sed causa eius dispositiva potest esse multiplex. Nam quia penitencia est quasi reversio hominis a peccato, a dyabolo et a mundo ad Deum, ideo necesse est hominem cogitare peccatum, a quo debet recedere, dyabolum, cuius potestatem effugere, penam, quam vult evitare, et Deum, ad quem debet accedere. Ad hoc autem homo disponitur per lumen fidei, loquendo de fide informi. 2° debet homo retrahi ab elleccione peccati. Hanc autem retraccionem causat timor pene debite pro peccato, qui timor servilis appellatur, quia homo solum propter penam cavet peccatum, quam timet incidere. — 3° necesse est hominem habere aliquod inclinatum, quo inclinetur ad Deum, et quoad hoc disponitur per spem informem et per naturalem amorem; et vocatur spes vel fides informis, qua speratur et qua creditur sine caritate.

Quoad primum, quod movetur in questione, sc. ad effectum, dicitur, quod principalissimus est glorie restitucio, quoad finalem et perfectam penitenciam, et gracie in presenti. Alii autem sunt multi$_{22}$ effectus, quorum aliquos enumeravi circa$_{23}$ principium factum in hunc quartum, et aliquos tangit Ciprianus in quodam sermone ita dicens: »O penitencia, que miserante »Deo peccata remittis, paradisum reseras, contritum sacias, tristem »exhilaras, ad vitam de interitu revocas, statum$_5$ restauras$_5$, ho»minem$_5$ renovas$_5$, fiduciam reformas, graciamque habundanciorem »refundis! O penitencia, quid de te referam, omnia ligata tu solvis, »omnia soluta tu reservas, adversa tu mitigas, confusa tu lucidas, »desperata tu animas! O penitencia rutilancior auro, splendidior »sole, quam nec peccatum vincit, nec desperacio deicit. Penitencia »respuit avariciam, horret luxuriam, fugat furorem, format amorem, »calcat superbiam, continet lingwam, mores conponit, odit maliciam, »excludit invidiam, cogit omnia ferre libenter, bene operatur con»stanter, paradisum reserat et vitam prestat.« Amen$_{24}$.

---

[22]) *IM*; *post* sunt *codd.* — [23]) *Codd.*: *om. E.* — [24]) *Codd.*: *om. BGI.*

<Distinccio XV.>

<1.> ET sicut de predictis auctoritatibus illorum error convincitur . . .

Ista *distinccio*$_1$ *15ª*, reprobans errorem illorum, qui dixerunt veram penitenciam esse dimidiabilem, primo continet, quod$_2$ ||| flagella quinque modis contingunt: primo, ut iustis merita per pacienciam augeantur, ut in Job, 2° ad custodiam virtutum, ne superbia temptetur, ut in Paulo, 3° ad corrigenda peccata, ut Marie lepra, 4° ad gloriam Dei, ut in ceco nato, 5° ad inicium pene, ut Herodi, cuius pena in presenti fuit inchoata et in inferno consumata. *I* *211 A*

2°, quod Deus humanum genus diluvio, Sodomitas igne, Egipcios mari, Israelitas in heremo pro peccatis temporaliter punivit, ne in eternum puniret. Quod dictum de hiis intelligendum est, qui inter ipsa flagella penitenciam egerunt, credentes in Deum Hebreorum, quam etsi brevem et momentaneam, non tamen eam respuit Deus.

3°, quod cum quis flagellatur pro peccato, cuius non est conscius, si pacienter fert penam et humiliter cogitans se forte peccatum habere, quod non intelligit et pro eo punitur a Deo, pena illa satisfacit et relevat$_3$ gravatum.

4°, quod in peccato mortali permanentes, etsi elemosinas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt, quia inordinate agunt, dum a se non incipiunt, nec proprie elemosina dicitur tale opus, dum sibi ipsis crudeles existant non placentes Deo.

5°, quod non valet satisfaccio pro uno peccato mortali, nisi simul de omnibus confiteatur et satisfaciat.

6°, quod bona sine caritate facta et bona in caritate facta, que comitatur mortalis culpa, quam non delet sequens penitencia, prosunt ad penam mitigandam, sed non ad vitam eternam obtinendam.

7°, quod falsam penitenciam constat esse, cum spretis pluribus de uno solo penitencia agitur, vel$_4$ cum | sic de uno agitur, ut non ab alio discedatur. *| I* *211 B*

8°, quod illa est vera penitencia, que peccatum abolet, quod solum illa facit, que scelus corrigit, illa$_5$ vero scelus corrigit$_5$, que odium commissi criminis et committendi cum desiderio satisfaciendi affert.

9°, quod quamdiu res, propter quam peccatum est, non redditur, si reddi potest, non agitur penitencia, sed fingitur.

---

[1]) *Codd.*: est *add. G.* — [2]) *Codd.*: *errore duplicatum I.* — [3]) *Codd.*: revelat *male, sed superscr.* relevat *I.* — [4]) *Codd.*: *inscrip. ab* t^1, — [5]) *Codd.*: illa ~ corrigit *om. P.*

<2.> Et solum pro principali$_6$ huius distinccionis sunt hii$_7$ *versus*:

crimen$_8$
P retinens alia, culpam non diluit unam,
penam$_9$ i. e.$_9$ bonum$_9$ sine caritate$_{10}$
Ast operando bene penam sibi mitigat ipse.

<3.> Dubitatur: *Utrum aliquis possit satisfacere de uno peccato sine alio*? Sciendum, quod satisfaccio, secundum S. Thomam questione prima articulo primo: »est me»dicina curans peccata preterita et preservans a futuris.« Unde uno modo diffinitur racione culpe preterite, quam recompensavit, et diffinitur sic: Satisfaccio est iniurie illate$_{11}$ recompensacio secundum iusticie equalitatem. Et$_8$ intellige$_8$ hic$_8$ equalitatem$_8$ non quantitatis, sed proporcionis. Anshelmus 'Cur Deus homo' diffinit sic: »Satisfacere est Deo debitum honorem inpendere« (sc. racione culpe commisse). 2° modo potest diffiniri$_{12}$, prout preservat a culpa, et sic diffinit eam Augustinus in Ecclesiasticis dogmatibus capitulo$_{13}$ 22$_{13}$ dicens: »Satisfacere est »causas peccatorum excidere et earum suggestionibus aditum non »indulgere.«

Ex quibus diffinicionibus$_{14}$ patet, quod satisfaccio offensam tollit et amiciciam restituit. Et quia ille, qui est in peccato mortali, offensam non tollit, nec amiciciam cum Deo habet, cum sit inimicus Dei, ergo nec satisfacit. Et patet, quia non potest aliquis satisfacere
I pro peccato mortali | non faciendo pro alio, quo tenetur. Ex quo
211 C ulterius patet, quod non potest quis satisfacere pro peccatis, pro quibus contritus fuerat, dum est in peccato mortali, nam satisfaccio inportat accepcionem$_{15}$ divinam. Inpossibile est autem, quod opera illius sint Deo placita, dum ipsa in crimine operatur$_{16}$, nec potest quisquam per se satisfacere, nisi principaliter satisfaciente Domino$_{17}$ Jesu Christo, qui per passionem suam hoc efficit, ut nos de congruo pro peccatis nostris satisfaciamus.

<4.> *Utrum opera facta extra caritatem sint aliquantum*$_{18}$ *proficua*? Dicitur, quod sic, nam etsi non valent ad percipiendum vitam eternam, valent tamen ad miciorem$_{19}$ penam sustinendum, ut dicit Magister etc.$_{20}$

<5.> *Quot sunt opera satisfaccionis*? Respondetur, quod tria principalia, ad que omnia alia reducuntur, sc. elemosina, oracio et$_{21}$ ieiunium.

---

[6]) *Codd.*: principalibus *B.* — [7]) *Codd.*: unde *add. K.* — [8]) *Codd.*: *om. P.* — [9]) *Tantum in D.* — [10]) *Codd.*: *omnes glossas prorsus om. EKL.* — [11]) *Codd.*: ellate *I.* — [12]) *Codd.*: diffinire *D.* — [13]) *Codd*: *in marg. CBM; om. EGKP.* — [14]) *Codd.*: distinccionibus *B.* — [15]) *Codd.*: acceptacionem *BDEFKP.* — [16]) *Codd.*: operantur *B.* — [17]) *Codd.*: nostro *add. B.* — [18]) *Codd.*: aliquantulum *BMP.* — [19]) *Codd.*: interiorem *A.* — [20]) *CDG*: *om. AEIP; L spatium 12. lin. reliquit textu non intermittente, pari modo in F spatium (plus quam una columna) relictum; in BK relicta linea.* — [21]) *Codd.*: *om. DI.*

Sumitur autem eorum distinccio quadrupliciter[22]: Primo ex parte Dei, per satisfaccionem enim aliquid nobis substrahimus et Deo inpendimus. Tria autem bona habemus a Deo, sc. bona fortune, corporis et anime. De bonis fortune substrahimus nobis per elemosinam, de bonis corporis per ieiunium[23], de bonis anime per oracionem, non quod de anima vel eius potenciis aliquid subtrahatur essencialiter, sed quia per oracionem anima Deo submittitur.

2° sumitur eorum distinccio ex termino a quo, quia homo per ieiunium revocatur a concupiscencia carnis, per elemosinam a concupiscencia oculorum, per oracionem, qua se homo[24] Deo humiliat, a superbia vite. Cause enim satisfaccionis debent correspondere causis peccandi, et quia tales principales sunt tres iuxta | *I*
illud | 1ª Johan. 2°: »Omne, quod est in mundo, aut est con- *211 D*
»cupiscencia carnis, aut concupiscencia oculorum, aut superbia
»vite,« — et quia contraria contrariis curantur, ergo ieiunium ordinatur contra carnis concupiscenciam, elemosina contra concupiscenciam oculorum, sc. contra avariciam, et oracio, qua humiliamus animas Deo, contra superbiam, ut secundum dictum Augustini superius dictum verificetur, quo dicit: »Satisfacere est causas pec-
»cati excidere.« Et isto modo Salvator noster pro nobis tripliciter penituit et omnino satisfecit, nam propter luxuriam, qua homo delectatur in omnibus membris, ipse voluit affligi siti, esurire et pati in omnibus membris. Et quia homo incidit in avariciam, ipse satisfecit per paupertatem benivolam. Unde voluit usque ad nuditatem ultimam pro avaricia hominis fieri pauper; 3°, quod[25] humanum genus peccavit per vite superbiam, ipse voluit satisfacere per humilitatem maximam, cum Christus exinanivit semet[26] ipsum, formam servi accipiens, factus[27] obediens Patri usque ad mortem[27].

3° sumitur distinccio istorum[28] operum satisfaccionis ex termino ad quem, quia per ieiunium ordinatur homo ad se ipsum, per elemosinam ad proximum et per oracionem ad Deum.

4° modo[8] ex parte materie, quia per ieiunium fit satisfaccio de corporalibus, per elemosinam de temporalibus, per oracionem de spiritualibus. Et ad ieiunium reducitur omnis affliccio[29] corporis, ut vigilie, peregrinaciones, vestium asperitas, nuditas et similia. Unde omnia opera, que iniunguntur pro satisfaccione, vel sunt[8] spirituales exercitaciones, et tunc reducuntur ad oracionem[30], vel *I*
corporales castigaciones, | et tunc reducuntur ad ieiunium, vel *212 A*
proximorum subvenciones, et tunc reducuntur ad elemosinam. Est autem elemosina opus misericordie, unde elemosina dicitur ab 'elemonia', quod est misericordia et 'syna', quod est mandatum, et sic elemosina dicitur 'mandatum misericordie'. Et secundum hoc

---

[22]) *Codd.*: quadruplex *I.* — [23]) *Codd.*: et *add. B.* — [24]) *Codd.*: *om. BE.* — [25]) *I*; quia *codd.* — [26]) *ABEI*; se *codd.* — [27]) *Codd.*: *om. B.* — [28]) *Codd.*: ispsorum *M.* — [29]) *Codd.*: affeccio *EKP.* — [30]) *Codd.*: oraciones *B.*

scribitur per e, sed melius scribetur[31] per i, et tunc dicitur elymosina[32] ab 'ely', quod est Deus, et 'syna', quod est mandatum, inde elymosina, quasi 'mandatum Dei', quia ipsam mandavit Deus dicens Luce 11°: »Date elemosinam, et ecce, omnia munda sunt »vobis.« — Super quo Augustinus De verbis Domini, sermone 30: »Quid est, facite elemosinam, facite misericordiam?« et sequitur: »Quid est elemosina, misericordia?« et ex hoc deducit, quod homo debet incipere facere misericordiam sive elemosinam anime proprie mendicanti iuxta illud Ecclesiastici 30°: »Mi»serere anime tue placens Deo.« Et patet, quod elemosina cadit sub precepto. Unde Deuteronom. 15° dicit Dominus: »Precipio »tibi, ut aperias manus fratri tuo egeno et pauperi«, et eciam patet Matth. 25°, ubi Salvator et regnum celeste prestat elemosinantibus et ignem eternum elemosinam negantibus.

Est autem duplex elemosina, sc. corporalis et spiritualis. Elemosine corporalis septem[33] sunt[33] opera, quoad corpus, que decent laicos, que patent in hoc *versu*:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Visito, sc. infirmum, poto sicientem, cibo esurientem, redimo incarceratum, tego, i. e. vestio nudum, colligo, i. e. recolligo hospitem[34], condo, i. e. sepelio mortuum.

Similiter elemosine | spiritualis[35], quoad animam, septem sunt *I* *212 B* opera, que decent principaliter clericos. Et continentur in hoc *versu*:

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Consule, i. e. doce ignorantem, et dirige dubitantem. Intelligitur enim in hoc duplex elemosina: sc. doctrina et consilium. Castiga delinquentem, solare, i. e. consola tristem, remitte delinquentibus in te, fer, i. e. porta infirmitates aliorum et gravamina, ora pro omnibus. — Cui autem debet fieri, habetur per Ambrosium libro De officiis, ut distincc. 86ª 'Non satis', sic inquit[36]:

> Causa, fides, tempus, sangwis, modus ac locus, etas
> Debilis, ingenuus, verecundus; hiis personis
> Bona prudens errogare teneris . . .

Sequitur ibidem[37] 'Singulis', quod nemo hic vians excusatur, quin elemosinam faciat, et ibidem[37] 'Ceterum': elemosina consangwineis prius est facienda, quam aliis, tamen cum prudencia.

Circumstancie autem elemosine in isto *versu* continentur:

Quid, cui, vel, quantum, quando, cur, quomodo dandum.

---

[31]) *I:* scribitur *codd.* — [32]) *Codd.*: elimonia *MP.* — [33]) *Codd.*: *om., sed add.* assumit *P.* — [34]) *Codd.*: *post* colligo *I.* — [35]) *Codd.*: spirituales *EKP.* — [36]) *Codd.*: versus *add. EK.* — [37]) *I*: sc. *add. codd.*; § *add. B.*

Hec communia dicta sufficiant de elemosina, nec tamen pretereundum est, quin dicatur, quod spiritualis elemosina plus Deo$_{38}$ est$_{39}$ accepta quam corporalis, et ergo homines$_{40}$ et presertim clerici plus debent esse solliciti ad dandum spiritualem elemosinam, quam corporalem. Elemosina eciam dicitur magis satisfactorium, quam oracio, vel ieiunium, quia continet$_{41}$ virtualiter oracionem et ieiunium, in quantum accipientes obligat ad ieiunandum, orandum et alia bona opera faciendum pro$_{42}$ dante$_{42}$. Item: elemosina facta rite propter Deum est quedam obligacio facta Deo et sic habet | vim *I 212 C* oracionis. Item: in quantum per eam subtrahuntur bona, que ordinacionem habent ad refeccionem corporis, habet racionem$_{43}$ ieiunii, quia inducit ieiunium et sic dicitur magis satisfactoria, quam ieiunium.

<6.> *Utrum virtus elemosine magis consistat in dato exteriori quam in affectu*$_{44}$*?* Dicendum, quod virtus sive efficacia elemosine est ex dante, in quantum est opus meritorium, et ex recipiente, in quantum obligatur ad orandum pro dante; quantum ad efficaciam, quam habet ex recipiente, plus consistit in dato exteriori, quia ex illo magis obligatur recipiens ad orandum; sed in$_{45}$ quantum ad efficaciam, quam habet ex dante, in quantum est opus meritorium, plus consistit$_{46}$ in voluntate respectu premii essencialis, quia quanto quis habet intensiorem voluntatem dandi, plus meretur; sed respectu remissionis pene, vel alicuius$_{8}$ premii accidentalis plus consistit in dato, nisi forte foret tam intensa voluntas ex alia parte, quod datum reconpensaret. Plura essent dicenda de ieiunio et oracione, sed gaudent brevitate moderni. Nunc igitur est silendum.

In fine huius distinccionis dicitur$_{47}$: »Quamdiu res, »propter quam peccatum est, non redditur, si reddi potest, non »agitur penitencia, sed fingitur«, et 14 questione 6ª dicitur: »Non »dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum«, ex quo Magister infert, quod non est penitencia vera, cum non sit satisfactoria per restitucionem, dum potest fieri restitucio, de qua nunc esset tractandum, sed quia est nimis prolixum membratim restitucionem explicare iuxta illum *versum*:

Quis, cui, quid, quantum, per quem sive quomodo, quando

et iuxta illos *versus*:

Iussio, | consilium, consensus, palpo, recursus$_{48}$ *| I*
Participans, mutus, non obstans, non manifestans, *212 D*

ideo propter sequencia ad restitucionem obligati, ne per aucam turbentur in pace, pro isto tempore requiescant$_{49}$.

---

[38]) *Codd.*: *om. G*; *post* est *P.* — [39]) *Codd.*: sit *inscrip. I.* — [40]) *Codd.*: *in marg.* omnes *ab* t^2 *add.* — [41]) *Codd.*: continetur *G.* — [42]) *Codd.*: *om. D.* — [43]) *Codd.*: oracionem *C.* — [44]) *Codd.*: *in marg. ab* η^2, — [45]) *Codd.*: *a rubr. del. I.* — [46]) *Codd.*: convenit *GM.* — [47]) *Codd.*: quod *add. P.* — [48]) *Codd.*: *in E tantum* re. — [49]) *Codd.*: etc. *add. CEK.*

<Distinccio XVI.>

<1.> **IN perfeccione autem penitencie tria observanda sunt, sc. conpunccio cordis, confessio oris, satisfaccio operis...**

Ista *distinccio 16ª* determinans de partibus penitencie, primo continet, quod perfeccio penitencie consistit$_1$ in tribus: sc. cordis contricione, oris confessione, operis satisfaccione, secundum quod Deum tripliciter offendimus: corde, ore, opere, vel corde, facto et$_2$ conswetudine, que tria distingwuntur per tres mortuos, quos legitur Dominus suscitasse. — 2°, quod satisfaccio a Johanne precipitur, ubi ait: »Facite dignos fructus penitencie«, sc. ut secundum qualitatem et quantitatem culpe sit qualitas et quantitas pene. — 3°, quod tribus modis agitur penitencia, ante baptismum, sc. de prioribus peccatis, post baptismum de gravibus, que post committuntur. Est 3° penitencia venialium cottidiana, que eciam est humilium et perfectorum. — 4° continet, quod pro$_3$ venialibus est sufficiens satisfaccio dominica oracio cum ieiunio aliquo et elemosinis, sic tamen, quod precedat contricio aliquantula et addatur confessio, si adsit facultas, pro gravioribus vero peccatis hec eciam in satisfaccione adhibenda sunt, sed multo vehemencius et districcius quam$_2$ pro$_2$ illis$_2$.

<2.> Et pro principalibus sunt hii *versus*:

compungendo$_2$ conterendo confitendo operando
Q$_4$ culpam luere debet cor, lingwa, manusque.
peccati postponit$_5$ sc.$_5$ ille$_5$ qui$_5$
1 Nemo dolet vere, causas linquit nisi culpe. |||
215 A
penitencia per satisfaccionem — quia dicit Augustinus, quod venialia multiplicata ita opprimunt sicud unum grande peccatum
Et fit cottidie contra vicium veniale.

<3.> Queritur: *Quomodo conpunccio sive contricio, confessio et satisfaccio sint partes penitencie.* Et quia circa precedentem distinccionem dictum est, quid est satisfaccio, nunc sciendum est, quid est 'contricio' et quid est 'confessio'.

Unde contricio est dolor voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito satisfaciendi et confitendi. In ista diffinicione ponitur dolor voluntarie assumptus ad differenciam doloris naturalis, qui non est meritorius, cum non sit in genere moris, sed voluntas ponit eum in genere morali; pro peccatis ponitur pro materia doloris ad differenciam doloris invidie, qui est de bono alieno. Sic ergo diffinitur contricio,

---

[1]) *Codd.*: convenit *GM.* — [2]) *Codd.*: *om. P.* — [3]) *Codd.*: *male* pie *G.* — [4]) *Codd.*: *in B male inscr.* is. — [5]) *Codd.*: *om. BD; glossas prorsus om. EKL.*

prout est actus virtutis, sed prout est[2] pars sacramenti penitencie, oportet quod aliquid in conparacione ad alias partes addatur, et ideo ponitur cum proposito confitendi et satisfaciendi. Conteri autem quis tunc dicitur, quando voluntas perfecte ab effectu peccati resilit. Et pensandum, quod in contricione est duplex dolor, unus est voluntatis, qui est peccati displicencia, alius dolor est sensualitatis[6]. Primus est de essencia contricionis, et de illo dolore intelligitur illud Jerem. 6°: »Luctum unigeniti fac tibi, planctum »amarum«, quia hoc debet racione magis velle, sc. nunquam peccasse, quam unigenitus viveret Secundus vero dolor non requiritur de necessitate ad contricionem, sed de perfeccione, quia talis dolor non est in nostra potestate.

Et sciendum, quod differencia est inter attricionem et contricionem, sicut inter non-[7] | formatum et formatum, secundum quod dicitur de fide informi et formata. Unde sicut fides informis non tollit peccata, sic nec attricio, sed contricio tollit, sicud et fides formata. Unde potest contricio tantum incendi, quod non solum culpa, sed eciam tota pena dimitteretur, hoc autem potest fieri dupliciter: uno modo ex parte caritatis, que displicenciam peccati causat, quia sic contingit caritatem incendi, quod contricio inde sequens meretur absolucionem[8] ab omni pena. Alio modo fit ex parte doloris sensibilis, quem voluntas in contricione suscitat, quia ille dolor quedam pena est et in tantum potest incendi, quod cum primo[9] sufficit ad delecionem pene et culpe. — Hec de contricione. | *I 213 B*

<4.> Nunc de confessione dicendum est. Est autem sciendum, quod confessio multipliciter potest dici, nam quedam est fidei, quedam laudis et quedam accusacionis. — Confessio fidei est confessio, qua corde credimus ad iusticiam, ore autem profitemur ad salutem, Roman. 10°. Unde Salvator Matth.[10] 8°: »Qui me confessus fuerit et verba mea, et Filius »hominis confitebitur eum coram Patre et angelis Dei.« — Confessio laudis est, qua unum Deum colimus et eius prudencie, non casui vel fortune, cuncta recte tribuimus, ne blasfememus. Unde Salvator Matth. 11°: »Confiteor tibi, Pater Domine celi et »terre etc.« — Confessio vero accusacionis quedam est iudicialis et quedam sacramentalis Confessio iudicialis est, qua reus coram iudice in foro contencioso culpam recognoscens legibus iudicatur. Confessio sacramentalis quedam est mentalis, | que est dolor cordis spontaneus pro iniuste commissis cum proposito confitendi et forma ewangelica satisfaciendi Confessio sacramentalis vocalis secundum Augustinum est confessio, per quam morbus latens spe venie aperitur. Et ita convenienter describitur per materiam, que est peccatum, et per actum, qui est aperire, et per | *I 213 C*

---

[6]) *Codd.*: insensualitatis *G.* — [7]) *Codd.*: *om., sed post et add. EK.* — [8]) *Codd.*: ablucionem *G.* — [9]) *Codd.*: illo *G.* — [10]) *Codd.*: Marc. 8° confusus, confundet *Vulg.*

finem, qui est spes venie, cui diffinicioni potest addi: cum vera contricione et libera voluntate satisfaciendi pro commissis. Unde conicitur$_{11}$, quod sacramentalis confessio est legittima peccati manifestacio ydoneo sacerdoti scienti ligare$_{12}$ et solvere ob spem venie et iustificacionis, et sic iuste distingwitur ab illa, que$_{13}$ fit soli Deo, cui omnia nuda sunt et aperta, et ab illa$_{13}$, que fit$_{14}$ in foro contencioso, vel aliter qualitercunque coacte, ut$_{15}$ Caym, Pharisei, Achor atque Jude, que ob spem venie nullatenus aperitur, quia non spontanee, sed quasi coacte$_{15}$, vel extorte, aut timore quodam pene pocius, quam amore. Unde hec est prima pars penitencie exterioris, de qua dicit Salomon, Proverb. 28°$_{16}$: »Qui abscondit scelera »sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, »misericordiam consequetur,« et Johannes prima Johan. 1°: »Si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, ut remittat nobis »peccata nostra.« — Et tantum de confessione

Et patet ex dictis, quod contricio, confessio et satisfaccio sunt partes integrales penitencie sacramentalis. Alia opinio dicit partes subiective, tercia, quod sint partes potenciales. Primam tenet Thomas de Argentina. Scotus dicit: »Quod loquendo de penitencia »prout est causa proxima ipsius pene infligende, que causa | est »actus inperatus ab actu penitencie, virtutis istius partes possunt »poni ista tria.« — Hec Scotus. | *1 213 D*

<5.> Dubitatur: *De quibus circumstanciis tenetur penitens specialiter confiteri?* Sciendum, quod circumstancie peccati sunt tripartite, nam quedam sunt, que non aggravant peccatum, nec mutant speciem peccati, sicud furari manu dextra vel sinistra, de mane vel$_2$ de sero, in foro vel in domo. — Quedam aggravant peccatum, sed non mutant speciem, sicut furari multum est peccatum maius ceteris paribus, quam furari parum, quia magis recedit ab equalitate iusticie; tamen non mutat speciem, quia utrumque manet in specie simplicis furti. — Quedam autem circumstancie sunt, que aggravant peccatum et mutant speciem, sicud furari sacram rem non manet in specie simplicis furti, sed transit in speciem sacrilegii.

Istis notatis dicitur, quod non est necesse hominem de omnibus circumstanciis primo modo dictis confiteri, vel$_{17}$ specialiter penitere. — 2° dicitur, quod$_{18}$ est utile et$_2$ congruum$_2$ de$_2$ circumstanciis$_2$ secundo$_2$ modo$_2$ dictis$_2$ specialiter$_2$ confiteri et penitere, non tamen est simpliciter necessarium, ut dicunt communiter doctores. — 3°$_{19}$ dicitur, quod de circumstanciis tercio modo dictis necesse est hominem penitentem confiteri specialiter et penitere. Ille autem

---

[11]) *Omnes codd.* connicitur; convincitur *BEP.* — [12]) *Codd.*: *inscrip. ab t*^{2}. — [13]) *Codd.*: que ∾ illa *in marg.* β^1. — [14]) *IP*; *om. codd.* — [15]) *Codd.*: ut ∾ coacte *in marg.* ϰ^2; *om. P.* — [16]) *Vulg.*; 18 *codd.*; 14 *G.* — [17]) *Codd.*: sed *G.* — [18]) *Codd.*: non *add. GM.* — [19]) *Codd.*: modo *add. G.*

circumstancie. quarum quedam aggravant tantum, quedam mutant speciem, continentur in hiis metris:

Aggravat ordo, locus, persona, sciencia, tempus,
Etas, condicio, numerus, mora, copia, causa,
Et modus in culpa, status altus, lucta pusilla$_{20}$.

<Distinccio XVII.>

<1.> Hic oritur questio multiplex, primo enim, utrum absque satisfaccione et$_1$ oris confessione per solam cordis contricionem ||| peccatum alicui dimittatur$_2$ . . . || *1* *214 A*

Ista *distinccio 17ª* tractans de partibus penitencie, primo continet, quod quidam dixerunt sine confessione oris et satisfaccione operis neminem a peccato mundari, si tempus illa satisfaciendi$_3$ habuerit, sed sane dici potest, quod sine confessione oris et solucione pene exterioris peccata delentur per contricionem et humilitatem cordis. — 2°, quod qui peccatum confiteri negligunt, vel erubescunt, ideo non merentur, quia sicud precepta est nobis interior penitencia, ita et$_4$ oris confessio et exterior$_4$ satisfaccio, si assit facultas. Unde nec vere penitens est, qui confessionis votum non habet, et sicud peccati remissio munus$_5$ Dei est, ita confessio et satisfaccio. — 3°, quod quidam dicunt, quod si quis timens$_6$ detegi culpam suam$_7$ apud homines, ne inde$_8$ obprobio habeatur, vel alii suo exemplo ad peccandum attingantur, et ideo tacet homini et revelat Deo, consequitur veniam. — 4°, quod oportet primum Deo, deinde sacerdoti offerre confessionem, nec aliter posse perveniri$_9$ ad ingressum paradisi, si adsit facultas. — 5°, quod peccata primo Deo, deinde sacerdoti, qui si defuerit$_{10}$, socio pandenda sunt, sed non de necessitate, sed de congruitate est. — 6°, quod licet in contricione peccatum sit deletum, nichilominus est necessaria confessio, quia est quedam punicio peccati, sicud satisfaccio operis, et quia per eam sacerdos scit iudicare de crimine et peccator per eam fit humilior et caucior.

---

[20]) *Codd.*: etc. *add. I.* — [1]) *Codd.*: *om. DG.* — [2]) *Codd.*: dimittitur *I.* — [3]) *I*; faciendi *codd.* — [4]) *Codd.*: *om. G.* — [5]) *Codd.*: unius *E*; minus *D.* — [6]) *Codd.*: *pessime* tumens *D.* — [7]) *Codd.*: *om. I.* — [8]) *Codd.*: in *I.* — [9]) *Codd.*: pervenire *FBL.* — [10]) *Codd.*: deficerit *DKP.*

<2.> Unde[11] *versus*:

R[12] si peccata vis, nec potes ore fateri,
potes fit confessio interior
Perfectam veniam quis corde dolendo mereri.
potes confitearis sacerdoti
1 Si quis, primo Deo fatearis | ac inde ministro
214 B ministro venialia confitearis[13]
Cauto, si careas ipso, socio mala pandas.

<3.> *Utrum de quolibet mortali peccato sit habenda contricio specialis?* Respondet Thomas de Argentina, articulo 2° ponendo duas conclusiones. Prima est, quod generalis contricio, qua simul et indistincte conteritur homo de omnibus peccatis, quibus aversus est a Deo et divinam bonitatem offendit, necessaria est ad hoc, ut peccata dimittantur et gracia Dei infundatur, quia, ut supra dictum est, unum peccatum mortale non remittitur sine alio, ergo necessaria est universalis de omnibus peccatis contricio ad hoc, quod fiat peccatorum remissio. Unde[14] hoc insinuat virtus vocabuli. Dicitur enim contricio a con-, quod est simul, et tricio, quod venit a tero, teris, quod est simul frangere, vel comminuere[14]. Unde si manet voluntas inconcussa respectu unius peccati mortalis, tunc non est vera contricio. Cum ergo mens humana non potest simul distincte ad singula peccata se convertere secundum racionem cuiuslibet peccati, necessarium est, quod in universali habeat displicenciam omnium mortalium peccatorum.

2ª conclusio est, quod huiusmodi generalis contricio simultanea sufficit ex parte penitentis ad eius iustificacionem, puta, ad remissionem peccatorum et ad gracie infusionem; patet de latrone cum Salvatore crucifixo, qui blasfemus quasi in momento post audivit: »Hodie mecum eris in paradiso.« Sed contra istud videtur glossa esse super illud Psalmi: »Lavabo per singulas noctes »lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo.« Ubi per singulas noctes secundum glossam intelliguntur singula
1 peccata, super quibus singulariter flere debemus ad hoc, | ut lavetur
214 C lectus, qui est hominis consciencia. Dicitur, quod hec glossa debet intelligi: quantum est homini possibile distincte quodlibet peccatum proprium mortale cognoscere, quia alias rarus homo adultus salvaretur, qui[15] fuit multis criminibus involutus[15]. Si enim homo potest dicere vere: »Multiplicate sunt iniquitates mee«, et non potui, ut viderem (sc. multitudinem iniquitatum multiplicatarum), quis potest faciliter dicere, quod quilibet homo peccatis involutus mortalibus debet pro quolibet peccato mortali singulariter

---

[11]) *Codd.*: *om. DFGP*; *in marg. B*: *L add.* secuntur. — [12]) *Codd.*: *om. P.* — [13]) *Codd.*: *in E* potes *super* quis *tantum; glossas om. BEKL.* — [14]) *Codd.*: unde ∾ comminuere *in marg* β^2. — [15]) *Codd.*: qui ∾ involutus *om. M.*

et distincte conteri? Rogo, quo venirent publice meretrices et publicani et homines ignari, qui nesciunt peccata propria numerare, nec discutere? Sed tacebo de illis et dicam de me, qui Deo teste non cognosco me omnia peccata mea aliquando numerasse.

<4.> *Utrum contricionis dolor debet esse maior omni altero dolore?* Videtur, quod sic, quia omnis dolens vel dolet propter privacionem boni, vel apparentis boni, vel dolet propter illacionem mali; sed pro quo fit contricionis dolor, est privacio summi boni et infliccio pessimi, nam est privacio vite eterne et in presenti privacio gracie et est in presenti illacio peccati et in futuro dampnacionis eterne. In oppositum est experiencia humana, nam eciam homines, quos reputamus bonos sive sanctos, frequenter plus dolent de amissione amicorum, quam quod contra Dominum peccaverunt.

Notandum, quod duplex est dolor contricionis, ut dictum est questione 16ª, unus, qui est in parte anime intellective, alius in parte sensitiva$_{16}$. — Primus est displicencia peccati, quo penitens | peccatum detestatur, et iste dolor vel est essencialiter | *I* contricio, vel saltim de essencia contricionis, et ille debet esse *214 D* maior quolibet altero dolore, cum summe debet sibi peccatum displicere, quo homo vitam eternam et summum bonum perdidit, animam dyabolo subiecit, societatem ecclesie et omnium sanctorum in se destruxit, et omnia, que habuit, meretricando cum dyabolo dissipavit. Quis enim non summe doleret pro amissione tanti boni et illacione tanti mali? Si enim mulier cordialiter dolet, quod filium carnalem corporaliter solum ad modicum tempus per mortem amisit, vel filius patrem benignum, multo magis anima, que Jesum Christum, Filium Dei prestantissimum perdidit, debet dolere ex toto corde, et quod Patrem piissimum cum tota curia celesti et Matrem Sanctam Ecclesiam katholicam et se ipsum perdidit, dyabolo subiecit, virtutibus se$_{14}$ privavit, dampnacioni se per peccatum alligavit, vere planctum unigeniti amarum debet facere sibi, ut iuxta vocem Jeremie sit magna velud mare contricio sua Et patet, quod quoad istum dolorem questio est vera.

Alius autem dolor, qui est in parte sensitiva, qui est quedam affliccio$_{14}$ suborta in sensualitate, et hoc vel ex naturali sequela virium inferiorum ad superiores, vel ex quadam redundancia eius, quod agitur in superioribus ad vires inferiores. Sicud enim et delectacio$_{17}$ virium superiorum redundat quandoque in vires inferiores in tantum, quod eciam dotes glorificacionis ex hoc causantur in viribus corporalibus, sic eciam dolor et tristicia a viribus superioribus ad vires redundat inferiores, vel eciam ex imperio voluntatis || *I* dolentis potest quandoque sensualitas incitari ad dolorem et pas- *215 A* sionem, et iste dolor non est de necessitate ipsius contricionis, et quoad istum dolorem questio contracta foret falsa. Tamen potest vera contricio haberi sine dolore sensibili, nam sicud solo actu volun-

---

[16]) *Codd.*: significativa *G.* — [17]) *Codd.*: *ex corr. I.*

tatis possumus offendere Deum, sic solo actu voluntatis quantum ad id, quod est necessarium ex parte nostri, possumus reconciliari Deo, cum non sit minus pronus ad miserendum, quam ad condempnandum. Sed obicitur: Contraria contrariis curantur, ut supra dictum est, sed quedam peccata fiunt cum delectacione sensibili, ergo cura talium peccatorum debet esse cum dolore sensibili. Item Augustinus ait: »Sciat se culpabiliter durum, qui deflet dampna »temporis[18] et mortem amici, et dolorem peccati non ostendit in »lacrimis.«

Ad primum dicitur, quod displicencia voluntatis informata gracia Dei, qua penitens peccatum detestatur, in illa contrariatur in genere moris sensibili delectacioni, in quantum culpabilis est, et per consequens curatur tamquam a contrario.

Ad secundum: Sine dubio, quod ille culpabiliter est durus quoad sui sanacionem, qui lacrimatur pro dampnis temporis et morte amici et non lacrimatur pro peccatis, talis enim adhuc plus dolet pro amissione temporalium, quam eternorum, et per consequens adhuc est culpabiliter durus.

<5.> *Utrum homo statim tenetur confiteri dum peccat?* Dicitur, quod sic, de confessione mentis[19] intelligendo, non autem de sacramentali, ut quidam dicunt; quam cito enim homo per
| *I* peccatum mortale excesserit, tam cito incidit in iram Dei et in |
215 B miseriam et in signum doloris Ita disposuit Deus, quod secundum Augustinum inordinatus animus est sibi ipsi pena, et quod quilibet homo perpetrato scelere tristatur.

Multa[19] inculcantur circa confessionem, et specialiter fit contencio, cui debet fieri confessio, sed illa contencio venit non propter confessionem, sed[20] propter id, quod venit ex confessione, puta de[21] illo denare[21]. Si enim confessores audirent sine questu confessionem[20], afficerentur tedio et non curarent tantum confessionem, nec fratres et monachi tam vehementer aspirarent ad confessionem audiendam, si[22] non sperarent ex ea fore commodum temporale hauriendum. Omnis enim sacerdos debet habere claves et debet rite uti clavibus, querens Dei gloriam et salutem populi, quamvis non cuilibet concessus est usus clavium, ex eo, quod claves huius modi quidam aptant, ut possent peras et bursas aperire[23].

---

[18]) *Codd.*: corporis *M.* — [19]) *Codd.*: Et *add. E.* — [20]) *Codd.*: sed ∾ confessionem *in marg.* x^1. — [21]) *I; om. codd.*; *omnes codd.* denare (*sic*). — [22]) *Codd om. D.* — [23]) *Codd.*: et tantum de illo *add. B.*

<Distinccio XVIII.>

<1.> **Hic queri solet, si peccatum est omnino dimissum a Deo per cordis contricionem, ex quo penitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur a sacerdote ...**

Ista *distinccio 18ª*, tractans de auctoritate ministrorum penitenciam instituencium, primo continet, quod claves solis sacerdotibus sunt concesse et non sunt corporales, sed spirituales, et sunt vis discernendi et vis ligandi et solvendi, nec unum sine altero habetur; et qui hiis clavibus abutitur, potestate propria se privat, i. e. dignum privacione se facit. — 2° solus Deus per se peccata dimittit et sicud dimittit quibusdam, ita et aliorum quorundam peccata tenet. — 3°, quod Deus dedit sacerdotibus | *I* potestatem ligandi atque solvendi, i. e. ostendendi homines ligatos *215 C* et solutos, et quod ligant, dum satisfaccionem penitencie confitentibus inponunt, et solvunt, dum[1] de ea aliquid dimittunt, vel ligant per excommunicacionem et solvunt ab excommunicacione. — 4°[2], quod id iuris et officii habent sacerdotes ewangelici in ligando et solvendo, quod olim sub lege habebant legales sacerdotes in curandis leprosis, ipsi ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa a Deo iudicant et ostendunt. — 5°, quod digne anathematisatis ab ecclesia et gracia Dei et proteccio amplius subtrahitur, ac sibi[3] ipsis relinquuntur, ut sit illis liberum ruere in peccatum, in quos eciam dyabolo maior seviendi potestas datur, oracionesque et merita ecclesie, benedicciones et meritorum suffragia nequaquam eis prodesse putantur. — 6°, quod tunc sentencia sacerdotis Dei iudicio et tocius celestis curie approbatur, cum ex discrecione procedit. Unde illos sentencia ecclesia ledit, quos reos reperit, quos autem reos non reperit, nec ledit, nec condempnat. — 7°, quod cum quis mortaliter peccat, privatur gracia virtutum, si qua precessit, in bonis naturalibus offenditur et totus interius tenebratur. — 8°, quod dissimilitudo, que anime inest ex peccato et est elongacio a Deo, intelligitur esse[4] macula anime, que[5] manet in anima actu peccandi non manente[5]. Ab ista macula purgatur anima[6] in penitencia, quam purgacionem solum Deus facit, qui solus animam suscitat et illuminat.

<2.> Pro quibusdam sunt hii *versus*:

i. e. habes a peccato vel
i. e. habes scienciam potestatem contritos ad sacramenta admittere
S si scis et quis dignos absolvere, ligas- | *I*
Que indignos | claveque sic uteris utraque. *215 D*

---

[1]) *BI*: cum *codd.* — [2]) *Ista sub 4° in O non ad verbum continentur.* — [3]) *Codd.*: si *G.* — [4]) *Codd.*: *iter., sed rubricator del. I.* — [5]) *Codd.*: que ∽ manente *om. P.* — [6]) *Codd.*: *om. M.*

i. e. absolvit solutis debitam pro peccato
Quos solvit Deus, hiis culpam penamque remittit,
quibus remittit Deus
Sed quis non ligat, aliter facit; ita, sacerdos,
sacerdos obligat temporalem absolvit penam temporalem
Qui ligat ad penam, solvit, cum mitigat ipsam,
quando excommunicat ab excommunicacione quia absolvit anathema
Vel ligat et solvit, utens anathemate, si fit
pro excessibus i. e.[8] sine[8] excessibus[8] hominem excommunicacionis
Pro meritis, alias nullum ligat illa potestas.
qui mortuos facit
solum Christus reviviscere per se effective[9]
Tantum fons vite maculas anime lavat ipse.

<3.> Queritur pro intellectu distinccionis huius: *quid sunt claves spirituales, quibus utuntur ministerialiter sacerdotes?* Dicitur, sicut habetur in glossa super illo Matth. 16°: »Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis,« et Magister tangit in litera, quod »claves sunt sciencia »discernendi et potencia iudicandi (i. e. ligandi et solvendi), qua »dignos recipere, indignos debet excludere a regno ecclesiasticus »iudex.« Claves ergo spirituales sunt sacerdotum potestates, quibus clauditur et aperitur hostium regni celorum[10]. Licet autem sola Trinitas increata habet huiusmodi potestatem autenticam principalem, sola Christi humanitas habet potestatem huiusmodi subautenticam ab intrinseco[11] personalem, cum simul sit Deus et homo, tamen prelati ecclesie habent sibi commissam potestatem instrumentalem, que est potestas iudiciaria consistens principaliter in duobus, sc. in potestate arbitrarie cognoscendi, in potestate iudicialiter iudicandi; et prior istarum vocatur in foro penitencie clavis consciencie, et est dispositiva ad secundam principaliorem, cum nemo habet potestatem diffinitive sententiandi, nisi prius habeat
I potestatem cognoscendi in causa, qua dicitur arbitrari sentenciam.
216 A Unde prior clavis non est actus, vel habitus sciendi, sed potestas sic antecedenter cognoscendi. Omnis ergo potestas ordinis sacerdotalis instrumentaliter aperiendi huiusmodi hostium, quod est Christus, vel claudendi a subdito dictum regnum est clavis ecclesie data Petro et aliis sacerdotibus, ut patet Matthei 16° et 18° et Johannis 20°.

Cum autem, ut dictum est, Trinitas sola habet potestatem huiusmodi autenticam principalem et sola Christi humanitas habet huiusmodi potestatem subautenticam et ecclesie sacerdotes habent sibi commissam potestatem instrumentalem, manifeste sequitur, quod sola increata Trinitas ligat et solvit autentice principaliter;

---

[7]) *Codd.:* ista *male FKL;* s *inscrip. I:* illa *P.* — [8]) *Codd.:* *om.* sine *G, om. D.* — [9]) *Codd.:* *glossas prorsus om. BEKL.* — [10]) *Codd.:* celestis *D.* — [11]) *Codd.:* extrinseco *BM.*

2° humanitas Christi subautentice principaliter, et 3° sacerdos instrumentaliter. — 2° sequitur, quod Trinitas et Christi humanitas potest ligare et solvere sine sacerdote et non e contra.

Unde notandum, sicud ex sanctorum auctoritatibus et in textu Magistri colligitur, quod non ex eo, quod sacerdos pretendit se quovis signo solvere vel ligare, tunc eo ipso solvitur vel ligatur, nam opposito illius concesso, oporteret concedi ulterius illum sacerdotem esse inpeccabilem et sic Deum, aliter enim posset errare et facere difformiter clavi Christi. Et constat, quod quam inpossibile est figuram clavis materialis$_{12}$ aperire$_{13}$ deficiente aut subtracta figure substancia, tam inpossibile est Christi vicarium aperire, vel claudere, nisi de$_{14}$ quanto conformatur clavi Christi prius aperienti, vel claudenti. Sicud ergo Christus, primogenitus | *I*
ex multis fratribus et primicie dormiencium primo penetravit regnum, *216 B*
sic solus ille potuit capitaliter promereri regnum spirituale universaliter clausum a prevaricacione primorum parentum usque ad ipsum, et sic in qualibet apercione vel clausione particulari est dicendum. Unde illas primicias potestatis non potuit committere Petro vel alteri, oportet ergo, quod tam essencialiter in virtute$_{15}$ sui faciat quicunque eius vicarius, quidquid facit, quam essencialiter facit figura opus incisionis$_{15}$ in virtute corporis figurati. Et patet$_{16}$, cum omnis Christi vicarius errare poterit, eciam in hiis, que concernunt fidem et claves ecclesie, sicud patet de antecessoribus nostris, papis et episcopis, quod non sequitur: ille sacerdos vult, vel asserit, quod sic ligat vel solvit, tunc$_{17}$ proporcionabiliter ita$_{18}$ facit; et si obicitur, quod christianus debet dubitare, quando sacerdos rite ligat vel solvit$_{17}$ et quando non, dicatur, quod oppositum sequitur, cum credere debet, quod solum tunc ligat vel solvit, quando ministrat ad regulas legis Christi, et de quanto ab illis exorbitat, tunc pretendit se ligare vel solvere, sed non facit hoc. Ergo catholice credi debet, quod quilibet sacerdos rite ordinatus habet potestatem sufficientem quelibet sacramenta conferendi, et per consequens vere contritum loco et tempore pro usu auctoritatis a peccato quolibet absolvendi, nec aliter papa potest absolvere, nam quantum ad potestatem ordinis secundum b. Jeronimum omnes sacerdotes sunt pares, licet potestas sacerdotis inferioris racionabiliter sit ligata.

Ex quo patet, quod omnes sacerdotes habent claves ecclesie, *I*
quamvis || non usum clavium, cum aliquibus usus per superiores *216 C*
sit ligatus et aliqui nesciunt uti clavibus et aliqui non possunt, ut patet de surdis, mutis, vel aliter infirmatis. Unde sacerdos non potest uti clavibus ad libitum, sed pro arbitrio recte racionis. Ipse enim est instrumentum vivum sicut servus. Ad rectam autem ope-

---

[12]) *In I in marg. ab* t^2; *om. codd.* — [13]) *Codd.*: vel claudere *add. M.* — [14]) *Codd.*: *inscr. ab* t^1. — [15]) *Codd.*: virtute ∞ incisionis *om. G.* — [16]) *Codd.*: quod *add. D.* — [17]) *Codd.*: tunc ∞ solvit *in marg.* β^2. — [18]) *Codd.*: s *inscript. ab* t^2.

racionem instrumenti tria requiruntur: primo recta instrumenti disposicio, 2° materie proporcio, 3° virtus motoris. Similiter est in absolucione sacerdotis, in qua debet concurrere rectus$_{19}$ usus potestatis sue$_5$, 2° preparacio absolucionem suscipientis et 3° virtus Dei motoris, quorum si unum deficit, frustratur effectus. Unde patet, quod saluberrimum est peccatori penitere volenti primo ad Deum recurrere, 2° se humiliter ad recipiendum graciam disponere et 3° discretum sacerdotem querere, qui velud peritus medicus claves rite valet$_{20}$ applicare. — Et tantum dictum sit de clavibus ligandi et solvendi quoad primum modum.

<4.> Dubitatur de 2° modo, de quo dicit Magister in litera: »Est et alius modus ligandi et solvendi, qui per excommunicacionem »geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam tercio vo»catus ad emendacionem manifesti delicti et satisfacere vilipendens, »sentencia ecclesie a loco oracionis et sacramentorum communione »et fidelium consorcio prescinditur, ut erubescat et pudore con»versus sceleris peniteat, ut sic spiritus eius salvus fiat«, ubi manifeste Magister vocat excommunicacionem modum ligandi et causam excommunicacionis moventem ponit manifestum delictum, *I* secundam causam emendacionem et terciam causam salutem, *216 D* propter quam finaliter debet omnis excommunicacio ordinari. Est autem excommunicacio$_{21}$ extra communionem iaccio$_{22}$ et communionis$_{23}$ privacio, sicud excommunico, excommunicas, excommunicavi$_6$, excommunicare est extra communionem iacere et communione privare. Unde omnis peccans mortaliter ut sic excommunicat$_{21}$ se ipsum, i.$_{24}$ e$_{24}$ iacit se extra communionem fidelium et privat se communione et ponit se extra sanctam communionem. Ad$_{25}$ secundum sensum, quem communiter concipiunt homines, minister ecclesie excommunicat publicum peccatorem i. e. excommunicatum denuncciat et aliis communicacionem eius in nomine Domini vetat, quomodo usus est Apostolus prima Corinth. 5° precipiens Corinthiis in nomine Domini Jesu Christi, ut congregati in eodem spiritu cum virtute Domini Jesu Christi traderent hominem fornicarium in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret in die Domini Jesu Christi. Et infra excomunicat fornicatores, avaros, ydolis servientes, maledicos, ebriosos, rapaces, precipiens, ne fideles Corinthii cum illis cibum caperent. Unde dicit: »Si is, qui frater »nominatur inter vos et est fornicator, aut avarus, aut ydolis ser»viens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi »nec cibum capere.« Et 1ª Timothei 1° excommunicavit$_{26}$ Ymeneum et Alexandrum, quos tradidit sathane. Istum autem duplicem modum excommunicacionis innuit b. Jeronimus in libro

---

[19]) *Codd.*: *om. EP.* — [20]) *Codd.*: vult *G.* volet *DEFKMP*; *rasum in C.* — [21]) *Codd.*: *male* communicacio, communicat *D.* — [22]) *Codd.*: *male* accio *P.* — [23]) *IM*: comunicacionis *codd.* — [24]) *Codd.*: et *P.* — [25]) *I; ante* et *add. codd.* — [26]) *Codd.*: excomunicat *EK.*

Judicum et habetur 11 quest. 3ª, caº 'Audi': »Dupliciter«, inquit, »traduntur nunc homines de ecclesia in potestatem Zabuli, »cum delictum eius manifestum sit ecclesie et per sacerdotem de »ecclesia pellitur, ut notatus ab hominibus erubescat || et converso »veniat ei, illud Apostoli, ut spiritus salvus fiat in die Domini »Jesu Christi. Alio autem modo traditus est Zabulo, cum peccatum »eius non est manifestum hominibus, Deus autem, qui videt in »abscondito[27], prospiciens mentem eius et animos viciis servientes, »et in corde eius non Deum diligit, sed aut[28] avariciam, aut libi»dinem, aut iactanciam, vel alia huiusmodi, istum talem ipse Do»minus tradidit sathane, quia discedens a mente eius relinquit[29] »domum cordis eius a gracia vacuam.« — Hec Jeronimus.

I 217 A

Ecce posuit duplicem tradicionem hominis Zabulo: unam (sc. ocultam) quam posuit, secundam, que correspondet prime excommunicacioni, de qua dictum est, qua videlicet omnis peccans mortaliter ponit se extra sanctam communionem et ipsemet tradit se Zabulo, tamquam servum, cum vincitur ab eo per mortale peccatum; alteram manifestam, quam posuit primam, qua sacerdos propter delictum manifestum ecclesie hominis peccantis sic peccantem pellit a communione fidelium; et ista fundatur super primam, nec potest esse rite sine illa.

Communiter autem dicitur, quod duplex est excommunicacio: una, que separat a sacramentis et ab introitu ecclesie et a communione fidelium, et hec dicitur maior excommunicacio. Alia est, que separat a sacramentis tantum, et hec dicitur minor. Et de utraque habetur 3 questione 4ª 'Engeldrudam' et Extravag. caº 'Si quem'. Maiorem vocant iuriste anathema, sed minorem simpliciter excommunicacionem. Sed nunc supposito, quod omnis huiusmodi excommunicacio debet habere causam[30] peccatum mortale, tunc dicitur |, quod omnis huiusmodi excommunicacio est anathema iuxta illud Apostoli 1ª Corinth. ultimo: »Si quis »non amat Dominum Jesum Christum, sit anathema,« i. e. excommunicatus, separatus, et nisi[31] peniteat, dampnatus[32] vel perditus[32], et cum omnis peccans mortaliter non[33] amat Dominum Jesum[34], patet, quod omnis peccans mortaliter[33] est anathema, et hoc advertens Propheta ipsos excommunicat dicens: »Maledicti, »qui declinant a mandatis tuis« — Et iuxta hoc est duplex anathema: Unum currens usque diem iudicii, et illud est peccancium mortaliter, sive sint predestinati, sive presciti; et illud vocatur, minus anathema, sive minor excommunicacio. Aliud anathema maius, quod publicabitur per summum Pontificem in die iudicii, cum dicet noster gloriosus Pontifex omnibus prescitis: »Ite maledicti in ignem

| I 217 B

---

[27]) *Codd.*: absconso *G.* — [28]) *Codd.*: *male* ut *CGKP.* — [29]) *E*; reliquit *codd.* — [30]) *Codd.*: tamen *G.* — [31]) *Codd.*: et si *D.* — [32]) *I*; perditus vel dampnatus *codd.* — [33]) *Codd.*: non ∾ mortaliter *in marg. a* γ^2. — [34]) *Codd.*: Christum *add. BCDEP.*

»eternum.« Et ponet causam excommunicacionis dicens: »Esurivi, »et non dedistis michi manducare, sitivi, et non dedistis michi bibere.« Et isti excommunicacioni indubie convenit illa diffinicio, sc. quod est excommunicacio huiusmodi a communione ecclesie et a quolibet actu legittimo separacio; tunc enim dampnati separabuntur, quasi hirci fetidi ab ovibus, mali a bonis et non communicabunt cum illis in beatitudinis fruicione, nec in gracia gratum faciente, nec in aliquo actu legittimo, qui esset salutarius seu delectabilis.

<5.> Dubitatur, *utrum excommunicacio debet fieri a prelato*$_{35}$ *principaliter solum propter peccatum mortale.* Videtur, quod non, quia tunc multe forent nimis iniuste excommunicaciones, que feruntur in homines non cognito crimine, et per consequens ipsos excommunicantes plures lederent quam | excommunicatos, con- *I 217 C* sequens$_{36}$ videtur esse grave excommunicantibus, quia non tam faciliter ad excommunicandum prosilirent.

In oppositum sic: Excommunicacio debet esse$_{37}$ medicinalis et non mortifera, ut dicit Augustinus in Omelia De penitencia, et ponitur 2 quest. 1ª 'Multi'. Sed medicina spiritualis gravis non debet adhiberi, nisi morbo spirituali gravi, ergo excommunicacio principaliter solum debet esse propter peccatum mortale.

In ista questione primo supponitur, quod fiat locucio de excommunicacione ecclesiastica, pro qua sit conclusio ista$_{38}$:

<Conclusio 1ª.> Inpossibile est hominem iuste excommunicari, nisi excommunicetur primo et principaliter a se ipso. Probatur conclusio. Nemo potest ledi, vel peiorari, nisi peioretur principaliter a se ipso, ut dicit Sanctum Os Aureum, sed omnis excommunicacio est magna lesio, vel peioracio, cum secundum illam ponitur excommunicatus extra communionem fidelium, ergo nemo potest iuste excommunicari, nisi primo et principaliter excommunicetur a se ipso, ergo conclusio vera.

Ex isto primo sequitur, quod nemo debet cessare a laude Christi propter excommunicacionem fulminandam; patet, quia sicud: »Mala non sunt facienda, ut bona eveniant« Roman. 3°, sic bona non sunt obmittenda, ut penalia iniusta caveantur. Sed cum bonum sit Jesum Christum Dominum laudare et confiteri, igitur non debet propter iniustam excommunicacionem pretermitti; sic enim Salvator propter Phariseorum$_{39}$ excommunicacionem non pretermisit laudem Patris prosequi. Nam Johannis 9° scribitur: »Iam »enim conspiraverant Iudei, ut$_{40}$, si quis confiteretur eum Christum, »extra synagogam fieret«, et Johan. 12°: »Ex principibus multi »crediderunt in eum: sed propter Phariseos$_{39}$ non confitebantur, *| I 217 D* »ut de synagoga non$_{38}$ eicerentur. Dilexerunt | enim gloriam ho-

---

35) *Codd.*: *pessime* amplato *D.* — 36) *Explicit MS. G fol. 61v.* — 37) *Codd.*: fieri *E.* — 38) *Codd.*: *om. M.* — 39) *Codd.*: *pessime* phisicorum, phisicos *D* — 40) *E, Vulg.;* quod *codd.*

»minum magis, quam gloriam Dei.« — 2° sequitur, quod excommunicacio ecclesiastica presupponit excommunicacionem$_{41}$ illam, qua se excommunicatus per peccatum extra communionem ecclesie ponit.

2ª conclusio. Nemo ad sui deterioracionem excommunicatur, suspenditur, et aliis censuris ecclesiasticis cruciatur, nisi principaliter in causa Dei, ut puta, si principaliter offendit Deum. Patet ex hoc, quod non peccatur, nisi principaliter peccatum fuerit contra Deum, sed non potest esse excommunicacio excommunicati ad deterioracionem, nisi in causa Dei, igitur conclusio vera, ex qua sequitur, quod maledicio sive excommunicacio non debet ferri, nisi in adversarium legis Christi.

3ª conclusio. Nemo debet excommunicare ecclesiastica excommunicacione principaliter propter pecuniam. Probatur sic: Nemo debet excommunicare, nisi$_{42}$ caritate fraterna ad excommunicati medelam, sed nemo excommunicans$_{43}$ principaliter propter pecuniam excommunicat ex huiusmodi caritate, ergo conclusio vera; minor probatur per deducens ad inconveniens. Dando Petrum, qui rite excommunicat principaliter propter pecuniam. Contra: Petrus$_{44}$ est in caritate fraterna ex posito$_{45}$ amans proximum et debitam$_{44}$ sibi pecuniam. Sed contra legem caritatis est plus amare pecuniam quam proximum, eo quod quilibet debet diligere proximum, ut se ipsum, ergo Petrus plus diligit proximum, quem excommunicat, quam pecuniam, que debetur, et per consequens plus salutem excommunicati, quam solucionem sui debiti. Et per consequens plus excommunicat pro salute proximi, quam plus appreciatur, quam pro peccunia vel lucro quolibet temporali. Examinemus ergo$_{46}$ nosmet ipsos, si in excommunicacionibus nostris istum ordinem observamus. Item quilibet christianus ultor iniurie debet quoad Dei iniuriam esse ultor sevissimus, et quoad propriam || iniuriam indultor mitissimus$_{47}$ et per consequens nemo *I* debet excommunicare principaliter$_{48}$ propter sibi debitum, sed ad *218 A* Dei iniuriam vindicandam. Assumptum. Primo patet ex eo, quod sicud Dei dileccio, ita vindicacio divine$_{46}$ iniurie est a quolibet preferenda. — 2° patet ex precepto Salvatoris Matthei 18°: »Si »peccaverit in te frater tuus, corripe . . .« acuendo eum$_{49}$ usque ad excommunicacionem, sc. vindicando Dei iniuriam, sed iniuriam propriam precipitur Petro usque ad septuagesies sepcies dimittere. — 3° patet ex facto Christi et antecendenter ex facto Moysi in figura, qui Dei iniuriam vehementissime vindicavit et in causa propria fuit vir mitissimus, patet vindicta Exodi 32°, ubi propter adoracionem vituli 23 milia hominum interfecit. Et Christus in

---

[41]) *Codd.*: *in marg. ab* t^2. — [42]) *Codd.*: ex *add. M; in marg.* γ^2. — [43]) *Codd.*: excommunicatus *CK.* — [44]) Petrus ∾ debitam *in marg.* γ^2. — [45]) *Codd.*: ex proposito *E.* — [46]) *Codd.*: inscrip. *I*; *om. EKP.* — [47]) *Codd.*: mutissimus *male D.* — [48]) *Codd.*: *om. D.* — [49]) *I*: *om. codd.*

causa Dei Phariseis acutissime restitit opere et sermone, ut patet Matth. 23°, iniuriam autem[50] sue humanitatis nedum pacienter sustinuit, sed pro inferentibus exoravit, nam Luce 23° scribitur: »Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.«

Ex isto patet, quod nemo debet excommunicare principaliter propter temporalia, cum non debet iuxta textum excommunicare pro sua iniuria, quod est magis. Unde glossa Johannis: »Episcopus,« inquit, »non potest excommunicare aliquem pro in»iuria sibi illata, ut hic et infra dicetur, nec potest esse iudex in »causa propria.« Unde 4 questione 3ª, quod intelligendum est potissime, nemini licere excommunicare principaliter pro causa propria.

Ex isto patet, quod notorium et grave delictum oportet[51] esse, pro quo sit excommunicacio inferenda. Unde Magister dicit in litera, quod »emendacionem manifesti delicti et satisfacere vili- | 1
»pendens« | excommunicacione ligatur, et Archidiaconus in 218 B
6° de excepcionibus ca° 'Paria', super verbo contumacie declarat, quod maior excommunicacio propter solam contumaciam est ferenda[52], et fundat hoc lege multiplici. Et quantum ad omnes alias leges, que videntur dicere hominem debere[53] excommunicari pro crimine adulterii, furti et huiusmodi, dicit[54], quod intelligunt[55] ex tali crimine descendente, et illius sentencie dicit fuisse Hugwicium et Innocencium dicentem, quod pro solo crimine non est quis excommunicandus, si velit se corrigere, et concordat cum sentencia Salvatoris Matth. 18°, ubi excommunicacio est fundata, ubi oportet ternam correpcionem precedere et 4° stante contumacia ex hinc excommunicacionem succedere. Et Magister dicit in litera, quod modus ligandi per excommunicacionem geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam 3°[56] vocatus ad emendacionem manifesti delicti et satisfacere vilipendens, sentencia ecclesie prescinditur. Et patet, cum quanto examine et quanta cautela procedendum est, antequam ad excommunicacionem huiusmodi procedatur. Unde 11 questione 3ª dicit ecclesia: »Nemo episcoporum quemlibet sine certa »et manifesta peccati causa a communione privet ecclesiastica.« – Racio est, quia omnis iniuste excommunicans nocet sibi ipsi, quia diffamans vel scandalisans proximum ex invidia, ira, vel vindicta propria graviter peccat. Unde 24 questione 2ª[57] 'Non in perpetuum' dicit archidiaconus, quod, qui subditos iniuste excommunicat, incurrit sacrilegium, quia sacrilegium est violare sacrum, qui ergo iniuste excommunicat, violat sacrum. Et hinc dicit Gregorius Omelia 36ª: »Fit, ut ipsa ligandi vel solvendi pote-

---

[50]) *Codd.*: tamen *EKP.* — [51]) *Codd.*: debet *E.* — [52]) *Codd.*: inferenda *P.* — [53]) *Codd.*: *om. B*; hominem excommunicari debere *C;* dicere debere hominem *M;* hominem dicere debere *P;* homo dicere debere *K.* — [54]) *Codd.*: dicunt *M.* — [55]) *Codd.*: intelligit *EK.* — [56]) *Codd.*: autem *add. CDM*; *del. I*; advocatus *EBP.* — [57]) *Codd.*: 3ª *Decr. Gr. C. XXIV. q. III c. V.*

»state se | privat, qui hanc pro suis voluptatibus[58] et non pro sub- | *I*
»iectorum moribus excercet.« Nec negatur, quin quelibet excom- *218 C*
municacio sit[59] timenda, cum iniuste excommunicatus debet diligenter examinare se ipsum iuxta scripturam sacram, ne in aliquo sit conscius sibi ipsi. 2° debet timere de iniuste excommunicantis periculo et 3° de dampno fratrum, quod ex prohibicione sue communicancie eveniret[60] et sicud iniuste excommunicatus debet timere[61] sic et[62] excommunicans Nam dicit Gregorius Omelia 6ª: »Pastor indiscrete absolvere timeat, vel ligare, is autem, qui sub »manu pastoris est, semper ligari timeat iuste vel iniuste. Caveant »ergo subditi a crimine, quia solum pro tali materialiter debent[63] »excommunicari, quamvis eciam pro honore Dei propter utilitatem »sui ac populi cum quotlibet causis similibus legittimis debent[64] »excommunicari. Caveant excommunicantes, ne principaliter propter »lucrum, propter honorem proprium, vel propter iniuriam propriam »vindicandam excommunicent, sed ex caritate, quam habent ad »Deum et qua debent inimicos diligere, tunc eciam, quia omnia[65] »nostra debent fieri in caritate.« Et hinc dicit Augustinus De verbis Domini et ponitur 11 quest. 3ª: »Cepisti habere »fratrem tuum tamquam publicanum, ligas illum in terra, sed »ut iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula disrumpit iusticia.« Idem in Sermone Domini de monte et ponitur 11ª questione 3ª: »Temerarium iudicium plerumque nichil nocet ei, de »quo temere iudicatur, sibi[66] autem, qui temere iudicat[66], ipsa »temeritas necesse est, ut noceat.«

Excommunicatus autem iniuste, quamvis debet timere excommunicacionem ex triplici causa iam de proximo dicta, tamen cognoscens suam innocenciam, debet humiliter sustinere dicens cum Psalmista: »Maledicent ipsi[67], tu autem benedices.« — 2° debet gaudere, quod dignus est pro nomine Jesu contumeliam pati et debet ad gaudium excitari per verbum consolatorium | *I* *218 D*
Salvatoris sui, quo alloquitur suos pacientes contumelias humiliter dicens Matth. 5°: »Beati estis, cum maledixerint vobis homines, »et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos »mencientes propter me; gaudete et exultate, quoniam merces »vestra copiosa est in celis.« — Hoc verbum pensans Augustinus in Psalmo 37 dicit: »Etsi dampnaberis ad tempus ab homine »et dixeris sentenciam pro consule in Ciprianum, aliud est »sella terrena (i[68] e. potestas iudicandi[68]), aliud est tribunal celeste. »Ab inferiore accipies[69] sentenciam, a superiore[70] coronam« et habetur 11 questione 3ª. Idem in Psalmo 28°: »Custodi[5] in[5]

---

[58]) *Codd.*: voluntatibus *E.* — [59]) *Codd.*: est *E.* — [60]) *Codd.*: *ex corr. I*; proveniret *E.* — [61]) *Codd.*: *om. B.* — [62]) *Codd.*: *inscrip. I*; eciam iniuste *add. E.* — [63]) *Codd.*: debet *MP.* — [64]) *Codd.*: debet *IP.* — [65]) *Codd.*: *inscrip. ab i².* — [66]) *Codd.*: sibi ~ iudicat *in marg. I.* — [67]) *Codd.*: illi *BE.* — [68]) *Codd.*: i ~ iudicandi *in marg. FIP*; *superscr. K*; *om. ED.* — [69]) *Codd.*: accipiens *B*, capiens *EKP.* — [70]) *Codd.*: superiora *IK.*

»hiis[5] innocenciam[5] tuam[5], ubi nemo opprimit causam tuam. Pre»valebit in te falsum testimonium, sed apud homines. Numquid[71] apud Deum valebit, ubi de causa tua dicendum est? Quando Deus »erit iudex, alius testis i. e. conscięncia tua non erit. Inter[38] iudicem »iustum et conscienciam tuam, noli timere, nisi causam tuam.« — Item Gelasius papa, et ponitur 11 quest 3ª: »Cui est »illata sentencia, deponat errorem, et vacua est, si iniusta, tanto »curare eam non debet, quanto apud Deum et eius ecclesiam ne»minem potest gravare iniqua sentencia. Ita ergo ea se absolvi »non desideret[72] qua se nullatenus perspicit[73] obligatum.«

Plus in littera Magistri[74] per Jeronimum et 11 questione 3ª in canone per totum.

<Distinccio XIX.>

<1.> **POstquam ostensum est, que sunt claves apostolice[1] ...**

Ista[2] *distinccio 19ª*, tractans[3] de potestatis clavium collacione, primo continet, quod cum quis per ministerium episcopi recipit ordinem sacerdotalem, tunc simul recipit duas claves. — 1 2° quod non omnes sacerdotes habent has duas claves, quia 219 A sciencia discernendi carent plerique, ‖ nec illam in[4] consecracione recipiunt. Sed nota, quod Magister in hoc non tenetur. Unde dictum est[5] precedenti distinccione, in questione prima, quod omnis sacerdos rite ordinatus habet potestatem omnia[6] sacramenta ministrandi, quamvis, quoad aliqua, sit sua potencia limitata. — 3° continet distinccio, quod quidam dicunt, quod soli[7] sacerdotes illi, qui doctrinam simul et vitam apostolorum tenent[8], habent illam secundam clavem, que est potestas ligandi et solvendi. Alii dicunt, quod et Magistro placet, quod et mali sacerdotes habent illam clavem, sed indigne, et male ea utuntur. — 4°, quod alia est benediccio, que solis convenit sacerdotibus, alia, que convenit sanctis hominibus non sacerdotibus, et quod mala vita sacerdotum subditos non ledit, si bene vivunt. — 5°, quod sacerdos, qui alios ligat et solvit, debet esse iustus et discretus, dulcis et benivolus, sapienter inquirens, quod confitens ignorat, vel pre verecundia occultat. — 6°, quod illud dictum Malachie 2°: »Male-

---

[71]) *Codd., Decr. Gr. C. XI q. III c. LIIII*; nunquam *I.* — [72]) *Codd.*: desiderat *D.* — [73]) *Codd.*: prospicit *I.* — [74]) *Codd.*: Magistri ~ Jeronimum *rasum E.* — [1]) *Codd.*: etc. *add. I*; *pessime* applicate *P.* — [2]) *Codd.*: est *add. D.* — [3]) *Codd.*: *om. P.* — [4]) *Codd.*: *inscrip. ab* i^1. — [5]) *Codd.*: in *add. DE.* — [6]) *Codd.*: *om. EKP.* — [7]) *Codd.*: *in marg. ab* i^2. — [8]) *Codd.*: servant *E.*

»dicam benediccionibus vestris«, quidam referunt solum ad hereticos et excommunicatos, quorum inquiunt benedicciones sunt maledicciones eorum, qui eos sequuntur, vel secundum Magistrum ad omnes, qui vita bona carentes benedicunt et eorum benediccio ipsis in maledicciones convertetur, sic videlicet, quod propter illas benedicciones sunt maledicti.

<2.> Pro aliquibus horum sunt hii *versus*[9]:

T claves homini donantur, quando sacerdos
ordinatur[10] sed[10] sacerdotes[10] nomine[10] sciencie
Fit, tamen heu[11] sunt plures prima clave carentes,
ligandi et[10] solvendi[10] carent[12] meritorie ut[10] veri[10] sacerdotes[10] nomine[10] et[10] re[10]
Sed reliqua nulli, digne soli[13] tamen illi
Apostoli opera vitam[10] et[10] mores[10]
Clavibus utuntur, qui Petri facta sequuntur.

<3.> *Utrum* | *Christus habuit claves?* Videtur, quod non, | *I*
quia non ab aliquo episcopo recepit sacerdotalem[14] ordinem, et *219 B*
per consequens neque claves, et si non recepit[14] et non eternaliter habuit, ut homo, sequitur, quod non habuit, ut homo. In oppositum est Lucas ca° 5° dicens, quod ad hominem paraliticum dixit: »Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare »scribe et Pharisei, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasfemias? »Quis potest dimittere[15] peccata, nisi solus Deus? Ut autem cognovit »Jesus cogitaciones eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis »mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur »tibi peccata tua, an dicere: Surge et ambula?« Et sequitur ad propositum: »Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet pote»statem in terra dimittendi peccata (ait[16] paralitico): »Surge et tolle »grabatum[17] tuum et vade in domum tuam[16].«

Sciendum, ut dictum est in prima questione precedentis distinccionis, quod clavis est potestas aperiendi regnum celorum et introducendi in illud iuxta verbum Salvatoris Matth. 16°: »Tibi dabo claves regni celorum.« Hanc autem potestatem habuit Christus in quantum Deus per auctoritatem primam autenticam, et per auctoritatem excellencie supra alios homines per meritum passionis habuit ut homo, et illa auctoritas excellencie dicitur subautentica, quoad primam auctoritatem, quia ab illa habetur meritorie. Habuit ergo Christus claves illis duobus modis, quia verus Deus et verus homo, non autem habuit per modum ministerii, sicud ceteri sacerdotes. Sibi ergo primo et principaliter convenit potestas cognoscendi peccata hominum et solvendi atque

---

[9]) *Codd.*: unde *add. K.* — [10]) *E*; *om. CDFKMP*; *glossas prorsus om. ABIL.* — [11]) *Codd.*: *inepte* heri *K.* — [12]) *E*: sunt carentes *CK.* — [13]) *Codd.*: *ex corr. B*; *post* tamen *K.* — [14]) *Codd.*: sacerdotalem ~ recepit *om. E.* — [15]) *Codd.*: remittere *D.* — [16]) *Codd.*: ait ~ tuam *om.*, etc. *add. B.* — [17]) *Codd.*: *subscrip.* lectum *P.*

‖ *I* ligandi. Illi ergo sacerdoti et dignissimo episcopo confiteamur
219 C primo peccata nostra, qui potest per se in ictu oculi nos absolvere a pena et a culpa.

<4.> *Utrum soli sacerdotes habeant*$_{18}$ *claves?* Dicendum, quod sic, loquendo de clavibus ordinis, que sunt potestas immediate introducens in regnum; sed loquendo$_3$ de clave iurisdiccionis, per quam aliquis excluditur a consorcio ecclesie per excommunicacionem vel admittitur per absolucionem, non solum habent sacerdotes, sed eciam alii sicut electi archidiaconi, archipresbiteri, et quam plurimi, qui habent iurisdiccionem, qui quandoque non sunt sacerdotes, verum tamen ipsi sicud non possunt peccata dimittere, cum non sint sacerdotes, sic nec per se possunt a peccato absolvere, propter quod fuit per eos homo inobediens ab ecclesie communione separatus. Et scito$_{19}$, quod abbatisse et priorisse claves huiusmodi non habent. Unde volente$_3$ Deo non possunt absolvere, vel ligare, sed habent clavem i. e. usum correccionis in subditas mulieres. Eciam scito, quod heretici, scismatici, degradati, excommunicati claves habeant quantum ad essenciam clavium, sed non habent usum, eo quod ecclesia aufert ab$_3$ eis$_3$ simpliciter vel pro tempore.

<5.> *Utrum*$_{20}$ *quilibet teneatur ex*$_{21}$ *precepto*$_{21}$ *ad fraternam*$_{22}$ *correccionem.* Dicendum, quod sic. Et hoc ex zelo caritatis, non ex officio prelacionis, unde Matth. 18° dicit cuilibet Salvator: »Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te$_4$ »et ipsum solum.« Unde signanter ante istud dixit Dominus$_{23}$ Luce 17°: »Attendite$_{21}$ vobis$_{21}$« et$_{21}$ sequitur$_{21}$: »Si peccaverit »in te frater tuus, increpa illum.«

Pro quo sciendum, quod secundum S.$_{24}$ Thomam De veritate theologie libro 5°, quod triplex est correpcio$_{25}$: ‖ *I* »Amoris, timoris et pudoris. Primo amore singulariter conve|niendo
219 D »(sc. inter te et ipsum solum); hoc non prevalente, dicit Dominus, »timore revocandum sc. cum testibus. 3°, si hoc non valuerit$_{26}$, »pudore revocetur, cum ecclesie dicatur. Qui$_{27}$ vero ecclesiam non »audierit, sicud ethnicus et publicanus extra communionem fiat »evitandus, quod de criminibus habet intelligi, non de culpis. Fiat »hoc ad$_{21}$ corripiendum$_{21}$, non$_{21}$ ad$_{21}$ diffamandum$_{21}$.« — Hec ille.

Ecclesia vero secundum Augustinum super Johanne Omelia 26ª est congregacio fidelium predestinatorum et iustificatorum. Unde Jeronimus super illo dicto$_{28}$ 'Dic$_{29}$ ecclesie', dicit, quod si nec illos audierit, tunc multis dicendum est, ut detestacionem in eum habeant et qui nolunt pudore salvari, salventur obprobriis. — Et patet, quod diversimode christianorum correpcio

---

[18]) *Codd.*: habent *E.* — [19]) *Codd.*: sciendum *EKP.* — [20]) *Incipit MS. N fol. 24r, O fol. 265r.* — [21]) *Codd.*: *om. O.* — [22]) *Codd.*: supernam *N* — [23]) *Codd.*: Salvator *O.* — [24]) *Codd.*: *om. EN.* — [25]) *Codd.*: correccio *N.* — [26]) *Codd.*: voluerit *BEKP.* — [27]) *Codd.*: Quod si *O.* — [28]) *I*; *om. codd.* — [29]) *Codd.*: *om. B.*

debet exerceri. Unde prima Thimothei 5°: »Seniorem ne in-»crepaveris, sed obsecra, ut patrem«. Item ibidem: »Peccantes »coram omnibus argue[30].« Item: Ad Titum 1° dicens de quibusdam, qui docent turpis lucri gracia, subdit: »Quamobrem »increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes Judaicis »fabulis, et mendaciis hominum avertencium se a veritate.« — Prelati autem correpcio[16] debet esse discreta, modesta, caritativa et ordinata secundum ordinem ewangelicum Matth. 18°: »Si »peccaverit in te, etc.« Super quo Augustinus: »Si solus nosti, »quod peccaverit in te et eum vis coram omnibus arguere, non »eris erroris corrector[31], sed proditor — Ipsa vero corripienda sunt »coram[32] hominibus, que[3] peccantur[3] coram[3] hominibus[3], ipsa cor-»ripienda sunt secrecius, que secrecius peccantur. Distribuite tem-»pora, et concordat scriptura.« — Hec Augustinus De peni-tencia et ponitur 2ª questione 1ª 'Si peccaverit[33]'.

<6.> *Utrum*[34] *corripiens alium et existens in crimine peccet mortaliter.* Sciendum, quod, qui alium corripit de peccato, aut corripit eum ex officio prelacionis[21], aut ex affectu caritatis. Si ex officio prelacionis corripit, peccat, sed quam graviter, Deus novit. Indigne enim utitur officio suo, sive peccatum suum sit manifestum, sive secretum; et idem est dicendum de illo, qui docet ex officio prelacionis. Si autem corripit ex affectu caritatis, dicunt quidam, quod in[35] hoc[35] non peccat, nisi peccatum suum sit manifestum. *I* *220 A*

<7.> *Utrum subditi teneantur corripere superiores suos, dum delinquunt?* Dicendum, quod sic, licet quidam dixerunt contrarium. Superior enim, sive prelatus, licet sit persona publica, non exinde amittit ea, que sunt singularis persone. Ideo dum delinquit, debet corripi, sicud quando non erat prelatus, cum reverencia tamen, ut auctoritati non fiat preiudicium. Correpcio autem fraterna diffinitur sic: Correpcio fraterna[36] est ammonicio fratris de emendacione ex fraterna[36] caritate procedens.

Et notandum, quod correpcio differt a correccione, quia correpcio solum admonicionem inportat, sed correccio cum admonicione pene infliccionem inportat, quamvis sepe contingit sine admonicione precedente etc.[37]

---

[30]) *Codd.*: ut ceteri timorem habeant *add. E*; publice *add. O.* — [31]) *Codd.*: correptor *O.* — [32]) *Codd.*: coram ~ corripienda *in marg.* x²; *om. P.* — [33]) *E. Decr. Gr. C. II q. I, c. LII*; *male* peccavit *codd.* — [34]) *Incipit MS. N fol. 24v.* — [35]) *Codd.*: *om. M.* — [36]) *Codd.*: superna *N.* — [37]) *Codd.*: *om. CEIP*; *explicit MS. N fol. 24v, O fol. 265r.*

<Distinccio XX.>

<1.> SCiendum est eciam, quod tempus penitencie est usque in extremum articulum vite . . .

Ista est *distinccio 20ª*, tractans de penitentibus in fine vite. Et primo continet, quod tempus[1] penitencie est usque ad[2] extremum articulum vite; est tamen periculosum differre penitenciam usque in finem vite, quia sic penitens videtur timore mortis penitere
| *I* pocius quam Dei amore. — 2°, quod vera penitencia in fine habita
220 B etsi vitam inpetrat, | non tamen sic, quod nullam penam senciat, nisi forte sit tanta vehemencia gemitus et contricionis, quod sufficiat ad delicti punicionem; que si non sufficit, purgandus est igne purgacionis, qui ignis etsi non est[3] eternus, miro modo tamen gravis est, quia excellit omnem penam, quam umquam passus est aliquis in hac vita. — 3°, quod illud dicendum est de illo, qui in hac vita non conplevit penitenciam; si enim interior penitencia non sufficit in vindictam peccati et exterior penitencia non conpletur, purgatorium senciet et gravius punietur. Idem dicendum est de illo, qui iniunctam penitenciam conplevit, que tamen ex ignorancia sacerdotis, vel negligencia condigna non fuit. — 4°, quod pro qualitate peccati presidencium arbitrio decernenda est penitencia, quia aput Deum[4] non tantum valet mensura temporis, quantum doloris; nec valet abstinencia tantum ciborum, quantum mortificacio viciorum. — 5°, quod ab infirmis in periculo mortis positis[5] est pura peccatorum confessio requirenda, non tamen est penitencia inponenda, sed innotescenda et oracionibus et elemosinis pondus penitencie sublevandum, si migraverit. Si vero convaluerit, penitencie modum a sacerdote inpositum diligenter observet. — 6°, quod tempore necessitatis non est neganda reconciliacio vel penitencia penitentibus. Quod si egritudine gravati, quod ante petebant, in presencia sacerdotis significare non possunt, testimonia fidelium circumstancium prodesse debent, simulque penitencie <et> reconciliacionis consecuntur beneficium. — 7°, quod
I cuiuscunque penitentis publicum est crimen, quod uni||versam com-
220 C movit urbem, presbiteri inconsulto episcopo non reconcilient, nisi ultima cogat necessitas. — 8°, quod presbiter inconsulto episcopo non potest excommunicatos nec publice penitentes reconciliare, nec virgines consecrare, que potest precepto episcopi. Crisma vero numquam potest conficere. — 9°, quod si quis ad penitenciam festinans et sacerdotem non[1] inveniens discessit, eius oblacio est recipienda.

<2.> Pro aliquibus horum sunt hii[6] *versus*:

---

[1]) *Codd.*: *in marg. ab* t². — [2]) *Codd.*: *om. M.* — [3]) *Codd.*: *inscript. ab* t¹. [4]) *Codd.*: *om. EKP.* — [5]) *Codd.*: constitutis *E.* — [6]) *Codd.*: unde *add. K.*

cum caritate et
tarde$_7$ magna contricione
V qui sero dolet, qui non sua debita complet,
purgatorio satisfaciat penitencia interior
Igne quidem salvus fit, quin satagat dolor intus.
penitenciam
infirmus agat iniunge$_7$ ab infirmitate
Ergo, quod satagat, non dic, nisi quando resurgat.
elemosinas$_8$
et oraciones
Si moriatur, ei succurrunt dando propinqui.
absolvere$_9$
Presbiter ecclesie contritos conciliare
mandato episcopi potest consecrare virgines$_{8.9}$
Iussu pontificis valet et sacrare puellas.

<3.> *Utrum*$_{10}$ *possit quis penitere in fine vite sue?* Dicendum, quod sic. Deus enim omnipotens semper paratus est dare graciam$_4$ preparanti se; sed illa preparacio cum consistit in libertate arbitrii, quod potest subito cum Dei auxilio$_{11}$ a malo averti et ad bonum converti, ideo homo quamdiu habet usum liberi arbitrii, potest penitere.

Ex isto sequitur, quod iudicantes hominem ad dampnacionem eternam, de quo eis non constat eius dampnacio per scripturam, per revelacionem nec per sensualem experienciam, sunt | iudices | *I* temerarii et iniqui, contravenientes verbo Christi, quo dicit Luce 6°: *220 D* »Nolite iudicare, et non iudicabimini: nolite$_{12}$ condempnare$_3$ et$_3$ »non$_3$ condempnabimini$_3$« et Matth. 7°: »Nolite iudicare, ut non »iudicemini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini: et in »qua mensura mensi fueritis, remecietur vobis.« — Sed tales cecati iudicio temerario, quod habet sororem detraccionem, matrem eius invidiam, aviam$_{13}$ eius superbiam, que omnia sunt turpis familia, facti sunt iudices temerarii, detractores, invidi et in Deum blasphemi. Sic enim iudicantes$_{14}$ ignoranter$_{14}$ blasfemant in sapienciam Dei Patris, cum omne iudicium sit datum Filio, Johanis 5°. Et cum sine benivolencia sic iudicant, sed furiose blasfemant in benivolenciam Spiritus Sancti, hii nempe extollunt se tali iudicio super Christum Filium Dei, qui dicit Johannis 8°: »Ego non iudico »quemquam: vos autem secundum carnem iudicatis«, i. e. secundum affectum carnalem, qui vos ad interitum deducit. Hii eciam contrariantur Christi Apostolo, qui cognovit archana Dei et dicit prima Corint. 4°: »Nolite iudicare ante tempus, quoadusque »veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et mani-

---

[7]) *Codd.*: tarde ∾ iniunge *om., sed super* satagat *add.* peniteat, *super* non dic *add.* supple ei *E.* — [8]) *E*: elemosinas ∾ virgines *om codd*; *glossas prorsus om. BDKL.* — [9]) *Codd.*: absolvere ∾ virgines *om. l.* — [10]) *Incipit MS. O fol. 256r.* — [11]) *Codd.*: adiutorio *M.* — [12]) *Codd.*: nolite ∾ condempnabimini *om., sed* etc. *add. EKP.* — [13]) *Codd.*: *in marg. a* ζ^2; amitam *M ex corr. in marg.* amicam *E*; *loco omisso scrip.* Ewam γ^2; avam *L*, aviam *corr.* avam *l.* — [14]) *Codd.*: iudices grav ter *O.*

»festabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo.« — Nec illi temerarii iudices perpendunt, quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus novit corda hominum[15], 2 quest. 3ª 'Consuluisti'. — Nec illi temerarii iudices advertunt, quod ho-
| I 221 A mines de Dei iudicio multa ignorant ||| laudantes, que ille reprehendit, vel reprehendentes, que ille laudat. 11 quest. 1ª 'Sacerdotibus' in fine per Gregorium. Hii eciam iudices audaciores sunt Michaele Archangelo, qui non fuit ausus dyabolo iudicium inferre blasfemie, de quo dicit Judas in Canonica: »Cum Michael Archangelus, cum dyabolo disputans, altercaretur[16] »de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasfemie[17], sed »dixit: Imperet tibi Dominus Hii autem, quecumque quidem ignorant, blasfemant.« Ignorant quidem, quod ille homo est dampnatus et tamen iudicium blasfemie[17] inferunt, dicentes 'ille homo est dampnatus', maledicunt illum, quem forte Deus benedicit.

Utinam illi, non caritative, sed gravi impietate cor suum offendentes, audirent illud Ecclesiastici 21°: »Labia inprudencium »stulta narrabunt; verba autem prudencium statera ponderabuntur. »In ore fatuorum cor illorum; et in corde sapiencium os illorum. »Cum[18] maledicit impius dyabolum, maledicit et ipse animam suam.«

Dato ergo, quod ille homo, de quo sic temerarie iudicant, sit dampnatus, et ipsi ex malicia ipsum, ut dampnatum dyabolum maledicant, quid est, nisi quod labia eorum stulta narrant et in ore, ut fatuorum cor eorum est, et ipsi maledicunt animam suam. Vere amaritudo exsensavit huiusmodi homines. Nam Ecclesiastici 21° dicitur: »Est insipiencia[19], que habundat in malo, et »non est sensus, ubi est amaritudo.« Quare, karissimi, ut evitemus
| I 221 B stulticiam, que in iudicio currit temerario, audiamus | Salvatorem nostrum[20] et sic non iudicemus Audiamus iudicem nostrum et non sic condempnemus. Audiamus beatum Gregorium, quid scribit Constantino Mediolani, quod ponitur 11 quest. 3ª ca° 'In cunctis', quod: »in cunctis, que in hac vita adversa[4] »proveniunt, sola est, sicud nostis, omnipotentis Dei[21] districcio »conpensanda, atque ad cor proprium concurrendum, ut nullius »ibi lingwa inplicet, ubi consciencia non accusat. Quem enim con»sciencia defendit, liber est inter accusatores, et liber sine accusa»cione esse non potest, si sola, que intus adiacet, consciencia ac»cuset[22]. De vestra igitur sanctitate absit christianorum iudicio ea, »que maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in quali»cunque modulo suspicionis adduci, quia et sacri eloquii testi»monium tenemus, ut mala maiora, cum forsitan dicuntur, nisi »probata credi non debeant, sed cicius probata ulcisci; hec igitur

---

[15]) *Codd.*: et *add. MO.* — [16]) *BO, Vulg.*: altricaretur *codd.* — [17]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [18]) *Codd.*: Dum *Vulg.* — [19]) *Codd.*: autem sapientia *Vulg.* — [20]) *Codd.*: nostrum ∾ iudicem *om. EK.* — [21]) *E, Decr. Gr. C. XI, q. III, c. LII*; *om. codd.* — [22]) *Codd.*: *ex corr. I;* accusat *O.*

»dixi, ut nimie levitatis esse ostenderem, si quis mala gravia credere »studeat, que probari non possunt. Unde sanctitas vestra debet »mentem suam a maledicorum rumoribus atque obtrectacionibus »disiungere et sola, que interne$_{23}$ vite sunt atque ad utilitatem sub- »ditorum proficiunt, cogitare.« — Hec magnus sanctus Gregorius.

Hec propter illos disserui, qui iudicio temerario Magistrum$_{24}$ Johannem Wiclef$_{25}$ certitudinaliter asserunt et$_{26}$ predicant$_{24}$ esse dampnatum eternaliter in inferno. Ego autem a temerario volens declinare iudicio, spero, quod sit de numero salvandorum. Et si est in celo, laudetur gloriosus Dominus, qui eum ibi constituit; si in purgatorio, liberet eum misericors Dominus cicius: *I* si in inferno, maneat in eterno supplicio ex Dei iusto iudicio. *221C*

Ecce transeo modo$_{27}$ medio$_{27}$, magis tendens per spem ad Dei misericordiam, quam per$_{28}$ desperacionem ad dampnacionem perpetuam, a$_{29}$ qua dignetur nos omnipotens Dominus liberare. Et laudemus omnipotentem Deum de piissima sua misericordia, quod tam misericors est ad indulgendum, quod in mortis articulo vero corde$_{30}$ postulanti graciam non denegat, prout in Latrone sancto ostendit, et laudemus suam eximiam sapienciam, qua voluit a nobis, sed nobis utiliter, qualem finem sorciantur$_{31}$ homines, cogniciones abscondere, et nisi aliquorum pro utilitate ecclesie ipsorum exitum revelare, ut patet de Lazaro et divite epulone, et de sancto Latrone, aliisque pluribus. Si ergo est ad utilitatem ecclesie, an sit dampnatus Magister$_{32}$ Johannes$_{32}$ Wicleff$_{32}$, rogemus Dominum, ut sedetur discordia predicancium et contendencium, quod$_{33}$ revelet.

Essent aliqua dicenda$_{34}$ de sera penitencia, quam pulcre tractat Augustinus in sermone De penitencia, qui incipit 'Penitentes', ut adducit Magister in litera, eciam de igne purgatorio, de quo ego modicum loqui scio; melius ergo videtur michi, quod discam bene vivere, quam incerta de igne huiusmodi seminare. Si enim bene vivens sufficienter penituero, ignem supplicii non timebo, de quo dicit Magister, quod: »hic ignis, etsi »eternus non est, miro modo gravis est: excellit enim omnem »penam, quam umquam passus sit aliquis in hac vita: Numquam »in carne inventa est tanta pena, licet mirabilia martires sunt passi »tormenta.« — Hec Magister.

---

[23]) *Sic codd.*; eterne *Decr. Gr. CXIV, q. III., c. LII.* — [24]) *Codd.*: Magistrum ∾ predicant *in E locus rasus et manu posteriori inscrip.* hominem in hoc seculo abiudicatum. — [25]) *Codd.*: Wiklef *M*; Wycleff *OK*; Wyclef *in textu raso a cor. F*; Vicleph *L.* — [26]) *Locus rasus in E et inscrip.* certe. — [27]) *Codd.*: medie *EKP.* — [28]) *Codd.*: *om. I.* — [29]) *Codd.*: de *O.* — [30]) *Codd.*: cordi *I.* — [31]) *Codd.*: sociantur *I.* — [32]) *Codd.*: *rasum et inscrip.* homo qui obiudicatur *E*: Wykleff *OM, ex corr. in textu raso* ζ²; Vicleph *L.* — [33]) *Codd.*: ut *B.* — [34]) *Explicit MS. O fol. 257r.*

<Distinccio XXI.>

| *I* 221 *D* <1.> **Solet eciam queri, utrum post hanc vitam aliqua peccata remittantur . . .**

Ista est[1] *distinccio 21ª*, tractans de peccati remissione quantum ad statum future vite. Et primo continet, quod post hanc vitam aliqua peccata remittuntur, non solum quoad penam, sed eciam quoad culpam. — 2°, quod peccata venialia igne[2] purgatorio cremantur et illa post hanc vitam dimittuntur. — 3°, quod qui Deum contemplantur et proximum diligunt et bona opera faciunt, illi sunt securi ab eterno igne, quo impii cruciantur, et a purgatorio, quo quidam salvandi purgantur. — 4°, quod illi, qui mundo placere cogitant, Deum tamen preponunt, et affeccionibus carnalibus dediti sunt, coniugibus, domibus, possesionibus ita, ut nichil preponant Christo, signantur illis tribus: ligno, feno et stipula, que in mentibus perfectorum non cadunt, quia lignum affeccio mundialium longa, minor affeccio fenum, minima vero stipula. Et in mentibus perfectorum est aurum, i. e. contemplacio Dei, et argentum, i. e. dileccio proximi, et lapides preciosi, i. e bona opera in caritate facta, quamvis eciam in eis sint alia venialia, quam affeccio per lignum, fenum et stipulam designata. — 5°, quod omnia criminalia semel saltim oportet exprimi in confessione, nisi aliqua a mente exciderint. Pro venialibus vero[3] sufficit generalis confessio, perfeccius tamen est illa exprimere, si fuerint iterata. — 6°, quod sicud penitens non debet celare peccatum, quia superbia est, ita nec causa humilitatis debet se fateri[4] esse reum in illo, in quo non est reus, quia incauta est talis humilitas et constituit peccatorem. — 7°, quod
I cavere debet sacerdos, ne peccata confitencium aliis prodat, alio-
222 *A* quin deponeretur et omnibus diebus vite ignominiosus haberetur. — 8°, quod nullus sacerdos alteri sacerdoti hominem commissum suscipiat ad penitenciam sine eius consensu, cui prius se commisit, nisi ille foret ignarus.

<2.> *Versus*[5]:

X post hanc vitam Dominus venialia quedam
remittit — quia quidam edificat fenum, lignum et stipulam — in purgatorio[6]
Laxat, que more feni consumit in igne.
i. e. venialibus peccatis — in communi
Pro levibus culpis confessio fit generalis,
mortalibus
Et pro mortiferis, que sunt incognita nobis.

---

[1]) *Codd.*: *om. E.* — [2]) *Codd.*: *om*, *sed* que in *add. E.* — [3]) *Codd.*: *om. I.* — [4]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [5]) *Codd.*: *ante* unde *add. K*; pro aliquibus horum sunt hii versus *add. E.* — [6]) *Codd.*: purgatorii *C.*

sacerdos hominem manifestat aliis
Deponi meruit, qui confessum sibi prodit.
sine licencia ignarum[7]
Pastorem proprium nullus mutet nisi cecum.

<3.> Quia in ista distinccione multum tractatur de peccato veniali, ideo videtur utile scire, *quid est peccatum veniale et quomodo distingwitur a mortali.*

Pro quo notandum, quod Deus noster est summus pater familias, cuius magna domus est totus mundus. Habet autem in illa domo racionales creaturas, ut angelos et homines servientes. Sed cum sit omnisciens, predestinat aliquos ad beatitudinem, qui ministrant sibi, ut filii et heredes. Alios autem prescit ad dampnacionem, quibus tamen dat pro statu vie libertatem arbitrii, secundum quam ut filii salvari poterunt et filii condempnari, cum predesti nacio et presciencia sit contingens et non simpliciter necessitans unam partem. Licet autem[8] Deus continue[9] eque amat predestinatos, cum volicio sua, qua vult eos beatificari, sit inmobilis, sicud dictum est supra per Magistrum, sepe tamen | filii predestinati | *I* cadunt in via secundum ingratitudinem a dignitate et nomine filiali. *222 B* ut patet de Adam, Petro, David, Maria Magdalena et ceteris similibus, quos Deus misericorditer predestinans ad salutem graciose revocat, tamquam pius Pater filios puniendo

Et istum sensum exprimit Apostolus Ad Hebreos 12°: »Obliti«, inquit, »estis consolacionis, quam[10] vobis tamquam filiis »loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini neque »fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Deus, castigat; »flagellat autem omnem filium, quem recipit.« Et sequitur de prescitis: »Quodsi extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt »omnes: ergo adulteri, et non filii estis.« Cum ergo dictus summus sapiens pater familias in domo sua sic statuit observanda, ut quicunque de racionalibus servitoribus contravenerint, eiciantur de domo speciali[11] atque familia, quedam autem sic statuit, ut contraveniens non ob hoc eiciatur, sed penam sustineat intra domum: patet, quod est notabilis differencia inter hos defectus, proporcionabiliter est differencia inter penas. Unde contraria statutis primo modo dicuntur illicita et prohibita, que secundum illum modum dicuntur mortalia. Contraria vero statutis secundo modo sunt disvasa, que dicuntur venialia. Cum ergo peccatum et gracia opponitur[12], patet secundum regulam Aristotelis, quod sicud prescitus caret perpetuo illa gracia, sic caret perpetuo nomine filii illius predestinacionis vel adopcionis, licet quandoque habeat graciam et per consequens nomen filii secundum presentem || iusticiam. *I* Et sic valde equivoce est de domo Christi sive familia. *222C*

---

[7]) *Codd.*: *omnes glossas prorsus om. BDEKL.* — [8]) *Codd.*: tamen *EKP.* — [9]) *Codd.*: *male* cottidie *I.* — [10]) *Codd.*: que *Vulg.* — [11]) *Codd.*: spirituali *EL.* — [12]) *Codd.*: opponantur *B.*

E contra autem predestinatus, licet quandoque expellatur ad tempus extra ecclesiam, dum desinit esse in gracia et filiacione secundum presentem iusticiam[13], manet tamen semper filius adopcionis vi gracie predestinacionis indelibilis, et sic est intra ecclesiam, que est numerus predestinatorum, licet sit extra particularem ecclesiam, observantem caritatem secundum presentem iusticiam.

Et conformis est distinccio de peccato veniali, de filio, de ecclesia et de gracia, que debet esse in ista materia; sunt notande. Unde patet, quomodo equivoce insunt peccata venialia in predestinatis et prescitis, correspondenter ad gracias et ad penas.

<4.> Ex quibus videtur posse colligi, quod tripliciter[14] in genere dicitur peccatum mortale, sicud tripliciter dicitur veniale. Primo modo[3] omne peccatum presciti, quod tollit graciam gratificantem[15] secundum presentem iusticiam et repugnat gracie predestinacionis, quia inducit mortem secundam, de qua intelligitur illud 1ª Johan. 5°: »Qui natus est ex Deo, non[16] peccat, sed »generacio conservat eum[16].« 'Non peccat' sc. peccato, quod inducit mortem eternam, quia 'generacio', qua secundum predestinacionem est natus ex Deo, 'conservat eum'.

2° modo omne peccatum in predestinato tollens graciam temporalem, qua gratificaretur anima ad vitam spiritualem, dicitur peccatum mortale, quia infert mortem spiritualem, licet non perpetuam.

3° modo dicitur quodcumque peccatum antecedenter inducens mortem anime primam vel secundam peccatum mortale, | *I* sicud vulnus dicitur letale, quod inducit | mortem, quamvis non *222 D* per se sufficienter causaret mortem, et isto modo veniale per conswetudinem fit mortale.

Correspondenter potest intelligi peccatum veniale[17] tripliciter: Primo modo, quando ex ordinacione Dei eterna graciose preparatur venia pro eodem; et isto modo omne peccatum predestinati originale vel actuale dicitur veniale, et isto modo peccatum sancti Petri et omne peccatum Marie Magdalene dicitur veniale, quia per penitenciam dignum venia.

Et isto modo utitur Augustinus in libro De penitencia, quem adducit Magister in hoc quarto, distinc. 17ª, dicens: »Fit enim veniale per confessionem eciam, quod cri»minale erat in operacione. Etsi non statim purgatur, fit tamen »veniale, quod commiserat mortale.« Item Augustinus De vera et falsa penitencia ca° nono (et[18] ponit Magister in hoc quarto, distinc. 20ª ca° 2° in fine) dicit[18]: »Studeat »ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat

---

[13]) *Codd.*: *inscrip.* in *E.* — [14]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [15]) *Codd.*: satisficientem *EKP.* — [16]) *Codd.*: non ∾ eum *om. E.* — [17]) *Codd.*: *pessime* mortale *D.* — [18]) *Codd.*: et ∾ dicit *om. D.*

penam tolerare.« Et sequitur: »Quedam enim peccata mortalia
i. e. ex penitencia[19] sed in purgatorio[20]
»in penitencia fiunt venialia, non tamen mox sanantur.«

3°[21] modo dicitur peccatum veniale, quod stat cum gracia secundum presentem iusticiam, licet repugnet gracie predestinacionis, et sic omne peccatum, quod inducit mortem effective secundam, etsi stat cum gracia secundum presentem iusticiam, diceretur mortale. Et sic possunt intelligi doctores dicentes, quod non est aliquod peccatum tam veniale, quin, dum placet[22], fit mortale, ut dicit Glossa super illud Psalmi: »Beati, quorum tecta sunt peccata«, et Augustinus De igne pur||gatorio et Canon *I*
distincc. 25 ca° 'Unum oratorium' §[13] 'Criminis'. Et *223 A*
isto modo potest intelligi Augustinus ad literam: quod multa levia peccata constituunt mortale, sicud multa grana vel[24] arene constituunt pondus, quo portans deprimitur; multe gutte paulatim ingredientes cannam submergunt navem, ut dicit super Johannem Omelia 12ª. Et in libro De decem cordis ca° 6° dicit: »Minuta peccata, si negligantur, occidunt.«

<5.> Hiis notatis propter sanctorum dicta intelligenda, loquamur ergo de peccato formaliter et vocemus peccatum mortale, quod inducit mortem sive primam, sive secundam, privando animam gracia. — Veniale vero, quod non privat animam gracia inducens mortem, sed diminuit caritatem, quod vocatur secundum plura ydiomata cottidianum peccatum ex eo, quia cottidie illo peccamus. Erit eciam[25] peccatum mortale quoddam secundum quid mortale sicud illud, quod solum ad tempus mortificat animam. Aliud mortale simpliciter, quod in perpetuum mortificat animam, quale est peccatum finalis inpenitencie, quod nulla pena purgatur, quia non remittetur[26], neque in hoc seculo, neque in futuro, ut dicit Veritas Matth. 12° et Magister adducit in litera.

Iam esset dicendum de purgatorio, quod sine dubio credo esse, similiter de[27] eius igne, de quo dicit Augustinus 21 De civitate Dei ca° 2°, quod gravior erit ignis ille, quam quidquid homo potest pati in hac vita. Et quia, ut dixi in | fine que- | *I*
stionis precedentis inmediate distinccionis, quod *223 B*
modicum loqui de eo scio, ideo relinquo legentibus sententiam sanctorum doctorum Augustini, Gregorii, ne loquar vel garrulem infundabiliter sicut pica.

<6.> Queritur: *Utrum sacerdos quodlibet peccatum in confessione sibi detectum tenetur occultare?* Sciendum, quod du-

---

[19]) *I*; *tantum ex ABDEFKMP; in textu L; in marg. C.* — [20]) *FI*; *in textu codd.* — [21]) *Codd.*: 2° *I.* — [22]) *I*; placeat *codd.* — [23]) *Codd.*: sc. *I.* — [24]) *Codd.*: et *I.* — [25]) *Codd.*: *om. M*; in *male C.* — [26]) *Codd.*: remittitur *I.* — [27]) *Codd.*: et *I.*

pliciter contingit revelari sacerdoti peccatum, aut simpliciter et totaliter in confessione sacramentali, et illud, si est mortale, precipue nullo modo debet sacerdos revelare. Et tenetur hoc primo de lege nature, que dicit: »Quod tibi non vis, alii ne feceris.« Sed quia nollet sacerdos, quod quis peccatum eius super eo revelaret, ergo[28] ... 2° tenetur de lege caritatis sive fraterna, que dicit: »Diliges pro»ximum tuum sicud te ipsum« Matth. 22°; 3° tenetur hoc ex constitucione ecclesie, que hoc constituit propter scandala evitanda, secundo ne abstraherentur homines a confessione. Unde Extravag. de penitencia et remissione 'Omnis utriusque sexus$_3$', de sacerdote, qui confessiones audit, dicitur sic: »Caveat »se omnino, ne verbo, vel signo, vel aliquo quovismodo aliquatenus »peccatorem prodat. Sed si prudenciori consilio indiguerit, illud »absque ulla expressione persone tacite requirat, quoniam qui pec»catum in penitenciali iudicio sibi detectum presumpserit revelare, »non solum a sacerdotali officio deponendum credimus[29], verum »eciam ad agendam perpetuam penitenciam in artum monaste*1* »rium detrudatur.« || Prohibetur districte[30] De penitencia di*223c* stinccione 6ª. Cauti ergo debent esse confessores, nam dicit doctor subtilis quest. 2ª articulo 2°: »Numquid potest »dicere: audivi illud in confessione? Dico, quod hec sola verba »includunt peccatum mortale, quia includunt revelacionem huius »ut cogniti eo modo, quo non licet revelare.« Unde caveat sibi in modo narrandi, ne dicat hoc tamquam sibi revelatum in confessione. Unde in nullo casu potest hoc facere, nec hoc silencium militat aliquando contra caritatem. Unde oppositum militaret contra communem caritatem. Unde reprobandus est ille *versus* iuristarum:

Est heresis crimen, quod nec confessio celat.

Non quod metrum non sit bonum, sed quia est sentencia falsa. Idem S. Thomas quest. 2ª articulo 1°: »Hereticum »confessor non debet prodere, sed ipsum amovere et quantum ad »alios diligenciam apponere, ne per heresim corrumpantur: Potest »eciam dicere prelato, quod diligencius invigilet super gregem »suum.«

Sed diceres: stat, quod unus confiteatur, qui vult civitatem succendere, vel heresim inducere, vel multos homines occidere, vel totum christianitatis regnum paganis tradere. Ergo propter bonum commune salvandum et tam magna pericula evitandum sacerdos ex vi caritatis ad proximos potest, ymmo debet confessionem huiusmodi propalare.

---

[28]) *Codd.*: etc. *add. E.* — [29]) *I;* decrevimus *codd.*; decernimus *L*, *Extravag. De poenit. et remis. lib. V, tit. XXXVIII c. XII.* — [30]) *Codd.*: eciam *add. EK.*

Ad hoc respondet Magister in litera per dictum b. Gregorii, qui dicit in ultimo capitulo: »Sacerdos ante omnia »caveat, ne de hiis, que ei confitentur peccata, alicui recitet, non | I »propinquis, non | extraneis, nec[31], quod absit, pro aliquo scandalo«, 223 D sc. vitando, vel a penitente illato. Et potest responderi per illud Apostoli Roman. 3°: »Mala non sunt facienda, ut bona eve»niant«, sed quia malum est confessionem prodere et pro toto mundo lucrando homo non debet peccare, ergo nec confessionem prodere.

Sed diceres: quid ergo debet sacerdos facere? Dicitur, quod debet Deum rogare, ut dignaretur illum a sua perversa intencione avertere et illos, quibus malum iste pretendit inferre, dignaretur eos custodire; et potest sacerdos premunire illos caute, sine omni prodicione confessionis, ut illi caute se habeant propter pericula.

Ex isto patet, quod sacerdotes[32] audientes[33] laycos, qui pretendunt ticiones suspendere, vel comburere, vel hominem interficere, et narrantes illis, quibus hoc imminet, dicentes, quod in confessione hoc audierunt, secundum doctorem subtilem superius allegatum peccant mortaliter.

Sed diceret sacerdos: vult episcopus sub pena excommunicacionis, quod sibi revelem. Ad hoc respondet S. Thomas quest. 6ª articulo 1° dicens: »Unde eciam si precipiatur alicui »sub excommunicacione a quocunque prelato, non debet ei dicere »peccatum, quod scit per confessionem, nec excommunicacionem »incurrit.«

Item dicet sacerdos: princeps vult me interficere, si sibi non revelavero. Respondeo: quid gloriosius, quam propter peccatum evitandum pati ex intencione humiliter martirium gloriosum?

---

[31]) *Codd.*: *om. M.* — [32]) *CIM;* sacerdos audiens *codd.*

<Distinccio XXII.>

<1.> **CUm multis auctoritatibus supra sit assertum, in vera cordis contricione peccata[1] ||| dimitti ante confessionem . . .**

| *I* *224 A*

Ista *distinccio 22ª*, tractans de peccatorum remissorum redicione primo continet[2], quod patres sc. sancti doctores quidam dicunt propter relapsum peccata dimissa redire, alii autem dicunt neminem pro peccatis dimissis iterum puniri, sed quod ideo dicuntur dimissa redire et inputari, quia propter ingratitudinem ita reus peccator constituitur, ut ante fuerat. Et Magister neutri parti preiudicans studioso lectori iudicium relinquit[3]. — 2°, quod sacramenti penitencie res est interior penitencia, exterior vero est sacramentum, i. e. signum interioris. — 3°, quod alii dicunt exteriorem penitenciam et interiorem esse sacramentum, nec duo sacramenta, sed unum, et remissio peccatorum est res tantum.

<2.> Unde[4] *versus*:

doctores diversimode
Y patres varie tradunt peccata redire.
exterior sc. sacramenti interior penitencia
Est sacramentum dolor extra, res dolor intra,
exterior dolor i. e. alterum interior
Vel signum tantum primus, utrum est[5] secundus,
dolor[6] interior[6]
Et sic res tantum dimissio fit viciorum.

<3.> Queritur: *Si homo post cordis contricionem confiteri contempsit, vel in peccatum idem, vel simile recidit, an peccata dimissa redeant.* Magister dicit, quod huius questionis perplexa et obscura est solucio propter diversimode sencientes. Potest dici, quod nec quantum ad culpam redeunt in se, quia actus peccati preteriit et ineptitudo anime deleta est per graciam, nec quantum ad reatum redeunt; redeunt[7] autem[8] aliquo modo in effectu[9], sc. quia causant post se gravius peccatum (sc. ingratitudinis) | et per consequens graviorem penam. — Ideo communiter dicitur, quod redeunt quantum ad ingratitudinem.

| *I* *224 B*

<4.> *Quid est recidivare?* Respondetur, quod est redire de bono ad malum; De penitencia distincc. 2ª et distincc. 3ª et 4ª fere per totum. Et est valde malum. Nam dicit Salvator Matth. 12° et Luce 11°: »Erunt novissima peiora prioribus.« Et Johannis 5°: »Ecce, iam sanus factus es; noli amplius pec-

---

[1]) *Codd.*: peccati *CDFMKL.* — [2]) *Codd.*: *om. E.* — [3]) *Codd.*: derelinquit *E.* — [4]) *Codd.*: *om. BEFKP.* — [5]) *Codd.*: que *E.* — [6]) *Codd.*: *om. IM*; *glossas prorsus om. BDEKL.* — [7]) *Codd.*: redemit *I.* — [8]) *Codd.*: *om. K*; tamen *E.* — [9]) *Codd.*: *ex* affectu *corr. I.*

»care, ne tibi deterius contingat« Apostolus Ad Gall. primo: »Miror, quod tam cito, transferimini ab eo, qui vos vocavit in »graciam Christi.« Item Ad Hebreos 6': »Inpossibile est enim »eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt eciam donum celeste, »et participes facti sunt Spiritus Sancti et prolapsi sunt, rursus renovari ad penitenciam.« — Glossa: id est, iterum non possunt renovari baptismate, nec propria potestate, nec post hanc vitam redire ad penitenciam fructuosam. Propter quod dicit Petrus 2ª Petri 2°: »Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus Melius »enim erat eis non cognoscere viam iusticie, quam post agnicionem, »retrorsum converti[10] ... Contingit enim[11] illis illud[12], ut veri pro»verbii: Canis reversus ad suum vomitum, et: Sus lota in »volutabro luti.«

Ista pensans Augustinus in Epistula ad quendam comitem dicit: »Recidivare in peccata abhominabile est coram »Deo. Unde nullum scelus coram Deo tam abhominabile fit, quam »preterita peccata unicuique nostrum dimissa reminiscendo gaudere »et inde exultare.« Et in libro Soliloquiorum dicit: »Inanis || I »est penitencia, quam sequens culpa maculat. | Vulnus iteratum 224 C »tardius sanatur; frequenter peccans et lugens vix veniam mere»bitur. Nichil prosunt lamenta, si replicantur peccata Non valet »veniam poscere[13] et mala denuo iterare.« Et recidivacio currit cum ingratitudine, ymmo causatur ab ingratitudine. Si enim, qui beneficium[14] accepit[15] remissionis culpe, gratus existeret, tunc non ad peccatum rediret. Similiter qui contritus de peccato fuit, communiter contricionem usque ad effectum ordinaret.

<5.> Est autem ingratitudo vicium, quo homo ingratus existit Deo, vel homini de bono. Et habet multas species. Prima est despectus bonitatis Ysaie 1°: »Filios enutrivi« sequitur[16]: »ipsi spre»verunt me.« — 2ª est rebellio contra bonitatem superiorum iuxta illud Johannis 13°: »Qui manducat meum panem, magnificavit »super me supplantacionem « — 3ª est redicio vindicte pro misericordia Matth. 18°: »Serve nequam, omne debitum dimisi tibi[17], »nonne etc« — 4ª est vane glorie accepcio pro beneficiis. Unde Bernhardus libro[18] De diligendo Deo: »Est superbia et »delictum maximum uti datis tamquam innatis, et acceptis bene»ficiis gloriam usurpare beneficii.« — 5ª est, recedere a Deo per peccatum. Unde Augustinus De penitencia distincc. 5ª ca° 2° 'Defleat': »Vicium ingratitudinis incurrit, qui plenus vir»tutibus in peccatum cadens a Deo recedit.« — 6ª est oblivio beneficii Dei. Figura huius est in pincerna, qui oblitus est inter- | I pretis sui Joseph, Genes. 40°. | Unde Seneca De bene- 224 D

[10]) *Codd.*: ab eo, quod illis traditum est sancto mandato *add. E.* — [11]) *E, Vulg.*; autem *codd.* — [12]) *EM; om. codd.* — [13]) *Codd.*: petere *E.* — [14]) *Codd.*: *in marg. ab i².* — [15]) *In MS. B fol. 183 excisum.* — [16]) *Codd.*: *om*, *sed add.* et exaltavi, ipsi autem *E.* — [17]) *Codd.*: quoniam rogasti me etc. *add. E.* — [18]) *Codd.*: *om. I.*

ficiis dicit: »Ingratus est, qui dissimulat, ingracior, qui non »reddit, sed omnium ingratissimus, qui beneficium non recolit, sed »oblitus est«.

Cum ergo recidivacio et mater eius ingratitudo sint peccata multum gravia, igitur a sacerdotibus, qui a Deo multa receperunt beneficia, summopere sunt vitanda.

<6.> *Utrum recidivans tenetur confiteri peccata prius dimissa?* Dicitur, quod non, nisi forte in generali, ut dicat se commissise multa similia vel maiora et dicere, quod non fuit gratus de concessa prioris penitencie gracia. Circa hoc sunt diverse opiniones; securius tamen est, quod omnia confiteantur peccata illius generis in genere vel in speciali.

Et nota, quoad finem distinccionis presentis pro sacramento penitencie, in qua tria currunt: sc. exterior accio, ut lacrimacio, ieiunium, exclamacio devota, et actus sacerdotis absolventis; et illa sunt sacramentum tantum. Sed 2° currit peccati remissio, que est res sacramenti tantum; 3° currit interior penitencia sc. contricio, et illa est sacramentum et res sacramenti; est sacramentum respectu remissionis et res sacramenti respectu accionis exterioris.

<Distinccio XXIII.>

<1.> **PReter[1] premissa est et aliud sacramentum, sc.[2] unccio infirmorum[2] . . .**

Ista est[3] *distinccio 23ª*, tractans de quinto sacramento, sc. de unccione extrema. Primo continet, quod preter alia sacramenta est sacramentum unccio extrema infirmorum, que fit in extremis oleo per episcopum consecrato. — 2°, quod unccio est triplex: prima, qua reges et episcopi unguntur et baptisati in vertice, in fronte vero confirmandi; 2ª, qua cathecumini et neophiti unguntur
I in pectore ||| et inter scapulas; 3ª unccio oleo infirmorum; —
225 A 3°, quod crisma duos habet liquores mixtos, sc. oleum sc. consciencie et balsamum bone fame. — 4°, quod hoc sacramentum institutum est ab apostolis, Jacobi 5°, sc. ad peccatorum remissionem et ad corporis sanacionem. — 5°, quod unccio exterior est sacramentum, unccio vero interior, que remissione peccatorum et virtutum[4] ampliacione perficitur, est res huius sacramenti. — 6°, quod hoc sacramentum ex contemptu pretermittere est dampnabile. — 7°, quod baptismus, confirmacio et ordo nullatenus repe-

[1]) *Codd.*: propter *CM.* — [2]) *Codd.*: sc. ∞ infirmorum *om. I.* — [3]) *DI*: *om. codd.* — [4]) *Codd.*: meritorum *E.*

tuntur, sed sacramentum altaris, penitencie$_5$, coniugii$_5$, unccionis repetuntur, quamvis alii dicunt nullum sacramentum quantum ad totum iterandum, sc. quantum ad sanctificacionem rei, quia nec eadem aqua, nec idem oleum, nec idem panis bis benedicitur; quantum vero ad suscepcionem$_6$, quedam iterantur et quedam non.

<2.> *Versus*$_7$:

Z egros ungit (infirmos sacerdos) oleo, quod (oleum) dextra sacravit
Presulis; hoc relevat$_9$ (oleum$_8$) corpus, culpasque (in sanitate) relaxat (instruit$_{8\,10}$).
Cuius contemptus (olei$_8$) dampnabilis est reputandus.
Intus (i. e. remissio peccati) res, signum foris (exterior i. e. unccio$_8$). Ungi quit$_{11}$ (unccio) replicari (iterari$_8$).

<3.> *Quid est unccio extrema, que est sacramentum?* Respondetur, quod diffinit doctor subtilis 2° principali sic unccionem extremam: »Unccio sacramentalis extrema »est unccio infirmi hominis penitentis, facta in »de|terminatis partibus corporis cum oleo conse- | *I* »crato ab episcopo, ministrato a sacerdote simul *225 B* »certa verba cum intencione debita proferente, ex »institucione divina efficaciter significans cura- »cionem finalem venialium.«

Ex ista diffinicione primo sequitur, quod solum infirmi homines debent ungi, quia dicitur in diffinicione$_{12}$ infirmi hominis; 2° sequitur, quod solum adulti, sapientes et desiderantes debent inungi, quia dicitur in diffinicione penitentis, per hoc excluduntur pueri, insipientes, furiosi et graciam ad sacramentum non habentes; per hoc autem, quod dicitur in determinatis locis corporis, ostenditur, quod non in omni parte corporis homo debet inungi. Debet autem unccio fieri super organis quinque sensuum, nisi quod os ungitur pro lingwa, propter abhominacionem, eciam quia habet duos actus sc. gustare et$_{13}$ loqui. Observatur autem unccio secundum S. Thomam questione 7ª articulo 2° in locis quinque sensuum, quantum ad sacramenti necessitatem, quasi ab omnibus, quia ibi sunt prime radices peccandi; inunccio autem pedum et renum non est de necessitate sacramenti. Unde a quibusdam observatur, a quibusdam vero non. Quia ergo quinque sunt$_{14}$ membra deserviencia quinque sensibus, sc. oculi visui, aures auditui, nares olfactui$_{15}$, manus tactui, os gustui et virtuti interpretative

---

[5]) *Codd.*: coniugii, penitencie *M.* — [6]) *Codd.*: sumpcionem *I.* — [7]) *Codd.*: *om. EL;* unde *add. DMK.* — [8]) *Codd.*: *om. D*; *glossas prorsus om. EKL.* — [9]) *Codd.*: revelat *CFI.* — [10]) *Codd.*: instrumentaliter *F.* — [11]) *Codd.*: *male* quid *D.* — [12]) *Codd.*: *male* deficione *I.* — [13]) *Codd.*: *inscrip. ab* ℓ[1]. — [14]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [15]) *Codd.*: olofactui *CM.*

et pedes deserviunt progressui et lumbi generacioni, — et quia genitalia tractare et pedes videtur aliqualiter inhonestum et eciam non valeret sacerdoti mulierem palpare circa locum luxurie et circa pedes, ideo consonum videtur, quod in Bohemia in locis illis
I homines non unguntur, — || sufficiat ergo unccio in locis quinque
225 C sensuum.

Sed diceres: aliqui non habent quinque sensus, ut ceci, manci$_{16}$ et olfactu$_{15}$ carentes; ubi ergo illi sunt ungendi? Ex quo iuxta dictum S. Thome De necessitate sacramenti »sunt »quinque loca quinque sensuum«, dicitur primo secundum eum, quod saltim loca illis propinquiora$_{17}$ debent ungi; 2° potest dici, quod$_{18}$ sanctus debet intelligi quoad illos, quibus Deus membra non negavit, nec violencia abstulit. Nec est magna vis quoad hoc; sufficit enim, quod si solum os habeant et aures, quod illa inungantur. Si enim potest salvari sine unccione, eciam potest salvari sine alicuius membri unccione.

Et nota, quod in residuis particulis diffinicionis innuuntur quinque, que sunt de substancia huius sacramenti: 1um est, quod unccionem faciens sit sacerdos; 2um est intencio, 3um est oleum infirmorum, 4um$_{19}$ verba infirmorum, 5um est distinccio locorum, de quibus dictum est.

Et nota, quod in hoc sacramento forma verborum est in sola oracione$_{20}$, ut dicit Jacobus: »Inducant presbyteros et orent »super eum.« In baptismo consistit forma in sola enuncciacione; ait enim Dominus »baptisantes eos«. In sacramento penitencie consistit forma in oracione et enuncciacione. Hec Thomas De veritate theologie libro 6° ca° 33. Forma autem huius sacramenti est$_{21}$ verba, que dicit sacerdos, sc. »Per istam unccionem »et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quid»quid deliquisti per visum«, et$_{22}$ sic$_{22}$ de$_{22}$ aliis sensibus applicando.

Item: sacramentum hoc iterari non debet in eadem infirmitate, nisi alia admisceretur, urgens amplius ad mortem

Differt eciam istud$_{23}$ sacramentum a confirmacione in efficacia, in materia et in$_{24}$ forma, in loco$_{25}$, in$_{24}$ tempore et suscipiente et in disponente.

In efficacia, quia istud sacramentum disponit ad celerius evolandum, sed confirmacio ad melius pugnandum.

I In materia, quia confirmacio in oleo permixto | balsamo, istud
225 D vero in oleo puro.

In forma, quia confirmacio in proposicione iudicativa, istud vero in deprecativa$_{26}$.

In loco, quia$_{27}$ confirmacio solum in fronte, istud in diversa parte.

---

[16]) *Codd.*: *ex corr. male* muti, *in marg. ab* t^2. — [17]) *Codd.*: vicinora *E.* — [18]) *Codd.*: doctor *in marg. add. a* δ^2. — [19]) *Incipit MS. B fol. 183r.* — [20]) *Codd.*: unccione *EKP.* — [21]) *Codd.*: sunt *CM.* — [22]) *Codd.*: *om. M.* — [23]) *Codd.*: hoc *E.* — [24]) *Codd.*: *om. EKP.* — [25]) *Codd.*: et *add. CEK.* — [26]) *Codd.*; *ex corr. I.* — [27]) *Codd.*: quia ∾ tempore *in marg. ab* t^2.

In tempore$_{27}$, quia confirmacio in iuvenibus, istud et in senibus.

Item: confirmacio in sanitate, istud in egritudine. Hoc quoad suscipientem.

In dante, quia confirmacio ab episcopis, hoc autem a sacerdotibus quibuscunque

Effectus autem$_{24}$ huius sacramenti$_2$ est excitacio devocionis, peccatorum venialium remissio et mortalium, si non sunt in memoria, anime vigoracio abolicio tedii et sepe infirmitatis corporis alleniacio. Hinc dicit Jacobus: »Oracio fidei salvabit infirmum, »et si in peccatis est, dimittentur ei.« — Quod$_{28}$ et ego opto. Amen$_{28}$.

<Distinccio XXIV.>

<1.> **NUnc ad consideracionem sacre ordinacionis accedamus . . .**

Ista *distinccio 24ª*, tractans de sacramento ordinis, quod valet ad spiritualem fidelium generacionem, primo continet, quod septem sunt ordines propter septiformem graciam Spiritus Sancti, cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt. Sunt autem ordines hii: Primus hostiarius, 2us lector, 3us exorcista, 4us accolitus, 5us subdyaconus, 6us dyaconus, 7us presbiter; et horum omnium$_1$ differencie et officia declarantur. — 2°, quod quamvis omnes isti septem ordines sunt sacri et spirituales, excellenter tamen canones tantum duos sacros ordines appellari censent, sc. dyaconatus et presbiteratus, quia hos solos ecclesia primitiva legitur habuisse et de$_2$ hiis solis preceptum Apostoli habemus. — 3°, quod ordo est sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. — 4°, quod episcopus, pontifex, summus || sacerdos sunt nomina officiorum, non ordinum. / — 5°, quod ordo episcoporum quadripartitus est, sc. in patriarchis, 226 A archiepiscopis, metropolitis et episcopis. — 6°, quod missa dicitur, vel quia missa est hostia, cuius commemoracio fit in illo officio, unde dicitur: »Ite, missa est«, i. e. sequimini hostiam, que missa est ad celestia, tendentes post eam, vel quia missus celestis venit ad consecrandum Dominicum corpus, i. e. ad assistendum consecracioni.

<2.> Pro$_3$ hiis sunt hii$_{3,4}$ *versus*$_5$:

---

[25]) *Codd.*: Quod ∞ Amen *om. B.* — [1]) *Codd.*: *om. B.* — [2]) *Codd.*: *inscrip. abbr.* — [3]) *Codd.*: Pro ∞ hii *om. E* — [4]) *Codd.*: *om. C.* — [5]) *Codd.*: *repet* versus *in I*; *ante* unde *add. K.*

ordo
W gradibus septem clerum sacer ordinat omnem,
dyaconatus et presbyteratus scripture biblie[6]
Sed tantum sacri duo sunt a canone dicti.
quia per[6] signaculum[7]
Est ordo quedam promocio spiritualis.
Officii nomen presul, non ordinis extat.

<3.> *Utrum diffinicio ordinis posita in litera sit bona*: Ordo[8] est signaculum quoddam ecclesie[9], per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Dicitur, quod sic. Unde per signaculum intelligitur signum exterius; effectus autem interior tangitur, cum dicitur quo spiritualis potestas traditur; et subiectum illam potestatem suscipiens tangitur ibi ordinato.

Unde in diffinicione tria clauduntur[10], ex quibus colligi possunt in summa, que ad integritatem ordinis pertinent.

Primum, quod ordo est signaculum distinctum ab omni laycali populo, ut quis totaliter divino cultui sit mancipatus. Ideo ordines precedit distinccio quedam in tonsura et corona, per quam secundum Augustinum intelligitur appetitus temporalium resecacio et mentis elevacio ad superna, ut totus ostendatur clericus divino cultui principaliter[11] deputatus[11], ut suscipiens coronam dicat: | *1* »Dominus pars hereditatis mee.« Tunc enim signum | clerici accipit, *226 B* qui de sorte Domini conputatur. Et quia talis debet esse instructus in divinis laudibus, que maxime consistunt in psalmis, ideo psalmi status tamquam preambulus alios ordines precedit, quem tantum largo modo Ysidorus inter ordines conputavit.

2° vero, quod ordo est signaculum ordinativum et in se ipso ordinatum, et ordo consistit in graduum disparitate et distinccione completa, secundum quod exigit septiformis gracia, ad cuius dispensacionem sacramentum ordinis principaliter ordinatur, hinc est, quod septem sunt ordines gradatim dispositi usque ad sacerdocium, in quo status est ordinum, quia ipsius est consecrare sacramentum corporis Christi, in quo Christo est plenitudo omnium graciarum. Unde alii sex[12] sunt tamquam subministrativi et quasi gradus quidam, per quos ad solium ascenditur Salomonis. Qui eciam sex sunt propter numeri perfeccionem, quia senarius[13] est numerus primus perfectus Ad perfeccionem enim ministerii oportet aliquos ministrare divinis sacramentis a remociori, aliquos a propinquiori, aliquos autem de proximo, ut nichil desit in ministerio ordinato. Hinc est, quod 6 sunt ordines ministrales et septimus est omnium

---

[6]) *FI*; *om. codd.* — [7]) *Glossas prorsus om. BEKL.* — [8]) *Incipit MS. N fol. 40r.* — [9]) *Codd.*: *om. NI.* — [10]) *Codd.*: tanguntur *E.* — [11]) *Codd.*: totaliter mancipatus *E.* — [12]) *Ex corr. C*: *male* septem *codd.* — [13]) *Codd.*: sexarius *B.*

perfectissimus, in quo altaris sacramentum conficitur[14] et in quo tamquam in termino ultimo sacramenta Domini consumantur. 3°, quod[15] ordo est signaculum potestativum, non tamen respectu aliorum sacramentorum dispensandorum, verum eciam respectu sui. Et potestas presbiteratus cum adiuncta potestate ordinandi presbiteros est maior; ideo restat episcopatus, qui secundum Magistrum in litera est quadripartitus, sc. in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis et episcopis, qui qualiter debent esse dispositi, in Magistri litera satis claret.

<4.> *Utrum in sacramento ordinis* ‖ *gracia conferatur?* ‖ *I* Dicitur, quod sic, sed dispositis. Quando enim datur aliqua po- *226 C* tencia a Deo ad prodessendum ecclesie, dantur et ea, quibus congrue posset fieri execucio illius potencie. Et quia sacramentum ordinis datur ad sacramentorum aliorum dispensacionem, que ut bene fiat, requirit graciam gratumfacientem, inde est, quod qui bene se disponit ad dispensacionem huiusmodi, quod gracia sibi a Domino datur in ordine, quem assumit.

<5.> *Utrum promovens indignos ad ordines ut sic peccet?* Dicendum, quod sic. Infidelitatis enim reus est, qui graciosissimo suo Domino in magis arduo officio ineptos ad assumendum[16] illud officium et inhabiles ad exercendum subministrat. Qui autem sunt indigni, ibi sciendum primo, quod omnis peccans mortaliter, ut sic et pro tunc est indignus.

Unde distingwitur communiter de condicione ordinandi, quod aliqua ad ordinandum requiruntur de honestate et congruitate, aliqua vero de necessitate, et hoc dupliciter. Nam quedam requiruntur de necessitate sacramenti, puta illa, quibus dum caret homo, non recipit sacramentum ordinis. Aliqua vero requiruntur de necessitate precepti, puta illa, que affirmative vel negative in iure precipiuntur observari, ex parte ipsius ordinandi.

Ex[17] primo patet, quod puer ante usum racionis non debet ordinari, quia etas et discrecio est de honestate et de[18] congruitate ordinis. Quedam tamen opinio est, dicens, quod usus racionis est de necessitate in recepcione cuiuslibet ordinis, cuius oppositum videtur Extravag. De clerico ordinato per saltum[19].

Quoad secundum: sexus virilis est de necessitate sacramenti, eo quod sexus femininus sive muliebris non est capax sacramenti ordinis, cum nec ex veteri lege, nec ex nova ostendit | *I* Dominus, | ut ille sexus ordinem acceptaret; quare autem est hoc, *226 D* ipse novit.

Ponuntur[20] quedam cause remote, primo quia non conpetit mulieri non velato capite orare, 1ª[21] Corinth. 11°; 2° quia non debet mulier predicare, 1ª Timoth. 2°. Sed iste condiciones sive

---

[14]) *Codd.*: perficitur *E.* — [15]) *Codd*: quia *BCEFM.* — [16]) *Codd.*: sumendum *I.* — [17]) *Codd.*: et *I.* — [18]) *IM*: *om. codd.* — [19]) *Codd.*: saltim *C.* — [20]) *Codd.*: tamen *add. E.* — [21]) *Codd., Vulg.*: 2ª *CIE.*

cause non sufficerent quia alias ante Pauli prohibicionem non fuissent sufficientes. Similiter quereretur iterum[22], quare mulieres non possent[23] predicare et non velato capite orare. — Sto ergo ad primam causam, sc. quia Deus, cum hoc non expressit nec exemplavit[24], et de post Paulus actus sacri ordinis mulieribus prohibuit, ergo non possunt ordinari.

Quidam tamen dixerunt oppositum, capientes erroris incitamentum, quia 27 quest. prima precipitur, ut dyaconissa non ordinetur, antequam sit annorum 40; ergo dyaconatus ordo potest competere mulieri; et in eadem questione precipitur, ne aliquis rapiat vel solicitet dyaconissam.

Item distinccione 32ª instruitur presbitera, qualiter debeat regere domum; ergo videtur, quod ordo presbiteratus conpetit mulieri. Sed propter ista benedictus sit Christus Dominus, qui Sanctissime Virgini ordines non contulit, sed pocius Jude viro[25] Scariothis, quem dampnavit.

Ad primum motivum dicitur, quod antiquitus alique moniales dicebantur dyaconisse, non pro ordine, sed quia fuerunt ad legendum Omeliam in matutinali officio licenciate.

Similiter ad secundum; nam presbitera in regno[24] Grecorum dicitur uxor presbiteri; in ecclesia vero Romana presbitera solebat dici abbatissa, vel quelibet matrona honesta, que aliis prebet
I iter moribus et exemplis. Et nunc presbitera concubina presbiteri
227 A dicitur

Item de necessitate precepti, quamvis non de necessitate sacramenti. est, quod ordina dus non paciatur aliquam penam canonicam, sc. quod non sit excommunicatus, irregularis, infamis. depositus. interdictus vel degradatus.

Et de irregularitate sunt nimis multi casus, quorum aliqui figurati sunt Levitici 21°, ubi dicitur: »Locutus est Dominus[25] »ad Moysen, dicens: Homo de semine tuo per familias, qui ha»buerit maculam, non offerat panem Deo suo, nec accedat ad mini»sterium eius, si cecus fuerit, si claudus, si[26] parvo vel grandi vel »torto[27] naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, vel lippus, si »albuginem habens in oculo, si iugem[28] scabiem, si impetiginem »in corpore, vel herniosus. Omnis, qui habuerit maculam de semine »Aaron sacerdotis, non accedet[29] offerre hostias Domino, nec panes »Deo suo.«

Ecce quantos enumerat Dominus indignos sacerdocio, que sive ad literam precise[27] sic intelligantur, ut homini intelligenciam inferunt, sive ad sensum misticum: quem principaliter, qui loquebatur, Dominus intendit, novi testamenti ecclesiam habet informacionem. Mistice autem illa exponere foret nimis longum.

---

[22]) *Codd.*: *om. EKP* — [23]) *Codd.*: possunt *M.* — [24]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [25]) *Codd.*: *in marg. ab* t²; *om. E.* — [26]) *I*: sive *codd.* — [27]) *Codd.*: *ex corr. B.* — [28]) *Codd.*: alias ingentem *add. EKP.* — [29]) *Codd.*: accedat *I.*

<6.> Notandum, quod in genere potest quis esse irregularis tripliciter iuxta canones. Uno modo ex crimine, 2° non ex crimine, 3° ex indifferentibus. Puta, quod aliquando sunt criminosa, aliquando non.

Ex crimine, ut si est symoniacus vel homicida iniustus, vel aliter multipliciter criminosus.

Secundum contingit multipliciter; sequitur enim irregularitas bigamiam, que de se non est crimen; sequitur eciam illegitime natum. Primum Extravag. de bigamis, secundum Extravag. de filiis presbiterorum | non ordinandis. Se- | I
quitur eciam iudicem iuste abiudicantem hominem ad mortem. 227 B
Sequitur eciam in$_{30}$ corpore viciatum, vel in aliquo membro mutilatum vel enormiter lesum$_{25}$, vel gravi morbo laborantem, ut epilepticum. Tales enim sunt irregulares, ut patet Extravag. de corpore viciatis et Extravag. de clerico debilitato.

3um contingit dupliciter, ut patet de homicidis et bigamis, quia tales fiunt aliquando$_{31}$ cum peccato, aliquando sine peccato. De hiis habetur Extravag. de homicidio voluntario et eciam distincc. 7^{a} ca° 'Miror'$_{32}$ et distincc. 55^{a} ca° ultimo.

Et ad istorum aliqua concipienda sunt hii *versus*:

Corporis integritas, viciosum, sexus et etas,
litera, libertas, baptismus, vita, voluntas,
fama, fides, titulus, intencio, forma, potestas,
tempus. In ordinibus prestandis ista requires.

Et quia currunt in istis irregularibus nimis multa, igitur sufficiant hec iam dicta$_{33}$.

<Distinccio XXV.>

<1.> **Solet queri, si heretici ab ecclesia precisi et dampnati possint$_{1}$ tradere sacros ordines, et si ab eis ordinati, redeuntes ad ecclesie unitatem, debeant$_{2}$ reordinari ...**

Ista$_{3}$ *distinccio 25^{a}* tractat de ordinum collacione et recepcione, et primo continet, quod aliqui dicunt, quod sacramenta ecclesiastica, precipue corporis et sangwinis Domini, ordinacionis et confirmacionis, per hereticos non posse ministrari. Alii dicunt in omnibus

---

[30]) *I; om. codd.* — [31]) *Codd.*: *om. M.* — [32]) *Codd.*: Maior *D.* — [33]) *Codd.*: Amen *add. EKP.* — [1]) *Codd.*: possunt *D.* — [2]) *Codd.*: *in marg.* x^{2}; *post* reordinari *E.* — [3]) *Codd.*: est *add. D.*

impiis, eciam in hereticis precisis et dampnatis Christi sacramenta permanere cum iure dandi; possunt enim dare, sed perniciose, et quibus dederint, non sunt iterum ordinandi. Alii dicunt, quod talia sacramenta secundum morem ecclesie celebrata sunt bona
‖ *I* in esse, sed mala in effectu, male danti et male accipienti. ‖ —
227 C 2°, quod de symoniacis non est ambigendum, quin sint heretici, qui tamen ante sentenciam degradacionis ordinant et consecrant, et quod Symoniaci dicuntur proprie, qui ad instar Symonis Magi inpreciabilem graciam precio conducere volunt. Et qui pro ministerio sacro precium recipiunt in modum Gezi, Gezite vocandi sunt, omnes tamen et dantes et accipientes Symoniaci dicuntur et utrique eadem sentencia percelluntur. — 3°, quod qui scienter permiserint[4] se ordinari a Symoniacis, consecracio omnino irrita est; qui vero ordinantur a Symoniacis, quos, cum ordinantur[5], nesciunt esse Symoniacos, qui et tunc pro katholicis habentur, eorum ordinacio misericorditer sustinetur. — 4°, quod quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non[6] habetur, neutrum vendere derelinquit; et ideo, qui rem consecratam emit, consecracionem emere probatur. — 5°, quod symoniaca heresis est tripartita. Alii enim symoniace a Symoniacis ordinantur, supple, ut cum promovendus promoventem corrumpit. Alii symoniace a non Symoniacis, ut cum promovendus familiares episcopi ipso[7] ignorante[8] corrumpit. Alii non symoniace a Symoniacis, ut dum amici promovendi ipso nesciente corrumpunt episcopum promoventem. — 6°[9] et ultimo, quod sacri inquiunt canones, ut subdyaconus non ordinetur ante 14 annos, nec dyaconus ante 25, nec presbiter ante 30.

<2.> Super hiis sunt isti[10] *versus*:

congregacio[12] fidelium[12] sc. symoniaca[12]
lecit[11] ab ecclesia plures heresis manifesta.

sacramenta[12] conficere[12]
symoniacos[12] et hereticos[12] doctores[12] consecrare[12] vel[12] alii[12] doctores[12]
Hos dicunt aliqui non posse sacrare, secundi

esse[13] a[13] cum[12] illi[12] redierint[12] ad[12]
sc. que[12] porrigunt[12] symoniacis[13] ecclesie[12] unitatem[12], qui[12] ordinati[12] sunt[12]
Sacramenta fore dicunt et non iteranda ab[12] eis[12]

sicut[12] alii[12]
catholici[12] dant[12] sed[12] sc.[12] sacramenta[12]
I Ecclesie more | que tales dant; tamen ipsa
227 D

homini[13] sacerdoti[13]
sacramenta[12] pernicioso[12] existunt[12]
ordinis[12] sc. male[12] sc. male[12]
Et mala sumenti mala fiunt et male danti.

---

[4]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [5]) *Codd.*: *male* ordinant et *CM.* — [6]) *Codd.*: *inscrip. ab* t[2]. — [7]) *Codd.*: *ex corr. K*; episcopo *E.* — [8]) *Codd.*: ignoranti *CDFK*: *ex corr. I.* — [9]) *I*; 5° *codd.* — [10]) *Codd.*: hii *CEM; om. K.* — [11]) *Codd.*: Eicit *I.* + [12]) *E*; *om. codd.* — [13]) *CF*; sacerdoti, vanus *om. D. glossas prorsus om. codd.*

degradacionem$_{12}$ potest$_{12}$
Symoniacus$_{13}$ degradatus$_{12}$ non$_{12}$ potest$_{12}$ ordinare$_{12}$ quam$_{13}$ sciatur$_{13}$ esse$_{13}$
Symon depositus non quit sacrare, sed ante; symon$_{13}$
quicunque$_{12}$ irritus$_{12}$ a$_{12}$ symoniaco scienter
vanus$_{13}$
Est ordo cassus a symone sponte receptus.
Si$_{13}$ tamen$_{13}$ qui$_{13}$ recipitur$_{13}$ ignoranter$_{15}$, dispensabile$_{13}$ est$_{13}$ symoniaco$_{13}$

<3.> Queritur$_{14}$: *Quid est symonia?* Et dicit Parisiensis 1ª questione et communiter doctores dicunt, quod symonia est studiosa voluntas vendendi vel emendi$_{15}$ spirituale vel spiritualis annexum. Ubi symonia primo diffinitur per actum interiorem, cum dicitur studiosa voluntas, i. e. volicio; 2° per actum exteriorem, cum additur emendi vel vendendi; 3° per obiectum, cum dicitur spirituale vel spirituali annexum.

Sed videtur, quod melius sic describatur: Symonia est inordinata voluntas commutandi$_{16}$ spiritualia pro temporalibus; nam inordinata voluntas$_{16}$ clarius ostendit defectum, quam studiosa voluntas, quia nedum licet omni homini, sed debet omnis homo emere beatitudinem et per consequens debet studiose emere spirituale pro temporali, sicud loquitur Deus in propheta, Ysaie 55°, dicens: »Venite, emite absque argento«: et Salvator Matth. 10° docet emere mercedem prophete pro potu calicis aque frigide; et cum merces prophete sit vita eterna, que est spiritualis res, patet intentum. Et docent sancti Augustinus, Gregorius, Beda et sancti ceteri studiose instare pro empcione regni Dei. Item magister debet studiose commutare suis discipulis scienciam. Similiter predicator, vel sacramentorum ministrator studiose debet commutare pro parvo$_4$ temporali$_{17}$ subsidio officium spirituale.

Ideo non per se in tali commutacione est vicium, cum dicat Apostolus 1ª Corinth. 9°: »Si nos ||| vobis spiritualia mini- *1*
»stramus$_{18}$, non magnum est, quod carnalia vestra metamus.« *228 A*
Debet spiritualis ministrator cum temporalium ministratore se studiose respicere et velle studiose mutuo sese$_{19}$ iuvare et mutacione sancta mutuo sese reficere. Et per consequens in commutacione non per se, sed in deordinacione commutacionis consistit peccatum. Et quia non per se in actu extrinseco, sed radicaliter in actu volendi consistit peccatum, ideo dicitur symonia consistere in actu potencie volitive, cum dicitur: 'symonia est inordinata voluntas'.

Et tali actu inordinato Symon, a quo dicitur symonia, peccavit; voluit enim inordinate commutare pecuniam pro potestate spirituali dicens Actuum 8°: »Date michi potestatem hanc, ut »cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum« Prius

---

[14]) *Incipit MS. N fol. 25r.* — [15]) *Codd.*: aliquod *add. N.* — [16]) *Codd.*: commutandi ∽ voluntas *om D.* — [17]) *Codd.*: corporali *M.* — [18]) *Codd.*: sciamus *M*: seminamus *Vulg.* — [19]) *Codd.*: se *BEFNP*; *ex corr. K.*

inordinatam volicionem habuit et post obtulit pecuniam dicens: »date michi« etc. — Ecce, nichil emit et tamen nequiciam gravem incurrit, propter quod Petrus dixit ad eum: »Pecunia tua tecum »sit in perdicionem, quoniam donum$_{20}$ Dei existimasti pecunia pos- »sideri.«

Patet ergo, quod sine inordinata volicione non perficitur symonia, sed$_{21}$ per voluntatem inordinatam sine actu extrinseco perficitur symonia$_{21}$. Sicud enim luxuria, homicidium, falsum testimonium primo in corde habent esse, tamquam in nido$_{4}$ dyaboli, et post in effectu perficitur$_{22}$, sic est de symonia et de quolibet crimine, ut patet Matth. 15°.

Sed contra ultimam particulam diffinicionis obicitur: Videtur enim, quod$_{23}$ quilibet peccans mortaliter sit symoniacus, cum vendit dyabolo animam, rem spiritualem, pro peccato brevi temporali. | I Dicitur hic negando | consequenciam, ex$_{24}$ eo, quod non studiose 228 B vult commutare animam pro peccato$_{24}$, ex eo, quod non vult animam dare dyabolo pro peccato, et nec intendit peccatum habere, sicud symoniacus ex directo vult dare unam rem pro alia. Posset tamen concedi, quod omnis peccans mortaliter committit symoniam communiter dictam; specialiter autem et famose dicitur symonia inordinatus contractus circa spirituale officium Dei, qui contractus cum sit periculosus circa tam periculosum ministerium$_{25}$, consequitur communiter ad quodlibet peccatum circa illud officium. Unde debent clerici valde esse solliciti, ne vendant primo animam pro peccato$_{26}$.

<4.> Dubitatur: *Utrum symoniaci sunt heretici?* Videtur, quod non, quia cum omnis$_{26}$ heresis dogma sit falsum, scripture sacre contrarium, pertinaciter defensatum, ut dictum est supra circa distinccionem 13am, sed nulla symonia est dogma falsum etc.. igitur nulla symonia est heresis. Consequencia tenet in Camestres; minor patet, quia nulla symonia est doctrina, cum sit solum inordinata volicio, ut in precedenti questione dicitur.

In oppositum est Magister dicens in litera: »De Symoniacis »non est ambigendum, quin sint heretici.« Et si sic, igitur symonia est heresis. Patet eciam in Canone ex auctoritate pape Pascasii 1 quest. ultima, ubi dicitur: »Patet symoniacos »veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus esse »respuendos.« Et 1 questione 1a dicitur: »Tolerabilior est Ma- »cedonii et eorum, qui circa ipsum sunt, Sancti Spiritus inpugna- »torum inpia heresis. Illi enim (sc. sequaces Macedonii) creaturam »et servum Dei Patris et Filii Spiritum Sanctum delirando fatentur; »isti (sc. symoniaci) suum eundem Spiritum Sanctum efficiunt »servum.«

---

[20]) *Codd.*: domum *D.* — [21]) *Codd.*: sed ∾ symonia *om. N.* — [22]) *Codd.*: perficiuntur *BE.* — [23]) *Codd.*: *om I.* — [24]) *Codd.*: ex ∾ peccato *om. C.* — [25]) *Codd.*: misterium *E.* — [26]) *Explicit MS. N fol. 25v.* — [27]) *Codd.*: *om. B.*

Patet eciam per b. Gregorium, dicentem in registro; »Altare et decimas et Spiritum Sanctum emere vel vendere sy- I
»moniacam heresim nemo ambigit.« Idem ibidem: »Cum omnis 22S C
»avaricia sit ydolorum servitus, quisquis hanc in ecclesiasticis
»dignitatibus dandis non precaveat[28], infidelitatis perdicioni subicitur.
»eciam si fidem, quam negligit, tenere videatur.«

In ista questione tenenda est pars affirmativa, cum symonia sit species heresis, ut supra dictum est circa distinccionem 13am. Verum tamen S. Thomas quest. 4a articulo 2° dicit: »Symoniaci proprie non sunt heretici.« Sed quis potest negare, quin pertinax symoniacus vult infringere ordinem Spiritus Sancti, docens verbo vel opere contrarium sacre scripture? Et per consequens habet dogma falsum, scripture sacre contrarium, que dicit Matth. 10°: »Gratis accepistis, gratis date.« Unde quia Symon estimavit[29] donum Dei pecunia possideri ex inordinata volicione, qua nequiciose voluit emere et postremo carius vendere, et Spiritus Sanctus docet gratis pro Deo donum Dei dare, manifestum est, quod ut sic fuit scripture et Spiritui Sancto contrarius. An ante fuit pertinax vel non, ego nescio, estimo tamen, quod non fuit pertinax, quia ad correpcionem Petri statim dixit Actuum 8°: »Precamini vos pro me ad Dominum, ut nichil veniat horum super »me, que dixistis.«

Ab isto Symone dicuntur generaliter Symoniaci, quamvis specialiter a diversis secundum imitacionem operis[30] eorum nomina sorciantur.

Unde quicunque accipiunt pecunias, ut accipiant aliquem[31] in dignitatem ecclesiasticam, dicuntur Ieroboamite[4], quia more Ieroboam vendunt ecclesiasticam dignitatem, quia dicitur 3i Regum 13°[32]: »Quicunque volebat, inplebat manum suam, et fiebat sacerdos »excelsorum.« Sed quid sequitur ibidem propter hanc causam, ait scriptura: »Peccavit domus Ieroboam, et eversa est, et deleta »est de superficie terre.«

Item: quicunque accipiunt pecuniam, ut dent consilium I
contra iustam causam, aut ut maledicant bonis, dicuntur Balaamite 22S D
a[4] Balaam, de quo Numeri 22°. Sed quid boni consecutus est Balaam, qui contempta Dei fide dedit consilium in ruinam Israelitici populi, dicit Petrus Damiani: »Balaam, filius Beor, qui dum »ad pecunie, que offerebatur, inhiabat questum, Dei fide contempta »de Israhelitici populi ruina dedit consilium«, et infra »Propheta »fuit et spiritualis gracie revelacione pollebat. Sed dum avaricie »paulatim declinasset in vicium, de propheta factus ariolus, de ariolo »conversus perhibetur magus.« Quod autem sint aliqui Balaamite, videtur Petrus Apostolus asserere 2a Petri 2° dicens: »Cor

---

[28]) *CM;* precavet *codd.* — [29]) *Codd.*: existimavit *CM.* — [30]) *Codd.*: *male* temporis *M.* — [31]) *Codd.*: *male* aliquam *C.* — [32]) *Vulg.*: 12° *codd.*

»exercitatum avaricia habentes, maledicionis filii; derelinquentes[33] »rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bozor, qui mer- »cedem iniquitatis amavit, correpcionem vero[34] habuit sue vesanie, »subiugale animal mutum, hominis voce loquens, prohibuit pro- »phete insipienciam.«

Non ergo mirum, si layci simplices, sub iugo militantes Domini, humana voce, i.[35] e.[35] benigna[35] prohibent Balaamitarum insipienciam, qui propter usurpacionis questum Dei populo maledicunt

Item a Gezi dicuntur Gezite. Qui Gezi precium tulit de virtute prophete, ut habetur 4° Reg. 5°. Qui ergo post exhibicionem spiritualis gracie avare exigunt munera, Gezite dicuntur, quibus lepra gezitica adheret; de quibus Petrus Damiani dicit: »Et quia »sunt nonnulli, qui vel antequam consecracionis exhibeant mini- »sterium, vel ante decise cause negocium nullum pacti[36] sunt
I »commodum, post modum vero tamquam a debitoribus exigunt |||
229 A »et extorquendis remuneracionibus vehementer insistunt, hii se »Gezi crimen non dubitent incurrere, qui postquam Naaman curatus »est, iamque[37] revertens, de dono Sancti Spiritus pecuniam[38] ausus »est postulare; et sicud ille non alia quam lepre plaga percussus »est, que homines removebat a castris, sic iste non levi, sed illius »labe perfunditur criminis, quod ab ecclesie separat sacramentis.« — Hec ille.

Item: Scariothite proprie dicuntur, qui more Iude Scariothis pactant pro sacris, dicentes: »Quid vultis michi dare?« Sed audire debent hii, quia dicit Veritas: »Bonum erat ei, si natus non fuisset »homo ille.« Matth. 26°.

Item a Symone dicuntur Symonite vel Symoniaci, qui instar Symonis Magi munera offerunt, ut spiritualem accipiant potestatem, quorum cuilibet per Petrum, Christi vicarium, in Symone dicitur: »Pecunia tua tecum sit in perdicionem, quoniam donum Dei existi- »masti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone »isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitenciam »itaque age ab hac nequicia tua, et roga Deum Patrem, si forte »remittatur tibi hec cogitacio cordis tui. In felle enim amaritudinis »et obligacione iniquitatis video te esse.«

Ecce quinque genera Symoniace heresis distincta sunt, sc. Jeroboamitarum, Balaamitarum, Gezitarum, Scariothitarum et Symonitarum, que omnia Magister in duobus generaliter conprehendit, sc. in Gezitis et Symonitis, sicud in duobus actibus generaliter symonia committitur, quia aut in deordinata[39] volicione, qua quis vult assequi per commutacionem boni temporalis pro spirituali

---

[33]) *Codd.*: delinquentes *I.* — [34]) *Codd.*: *incrip. a* γ^2. — [35]) *Codd.*: *locus omissus in E.* — [36]) *Codd.*: *a rubr. inscrip.* i. e. adepti *K.* — [37]) *Codd.*: itaque *I.* — [38]) *Codd.*: *om. E.* — [39]) *Codd.*: de- *inscrip. in B;* inordinata *C; in C ante* inordinata *add.* de.

vel e contra donum, aut secundo, quia pro bono spirituali iam exhibito querit temporale lucrum, ut Gezi.

Et utramque volicionem debent evitare presertim | clerici, tam *I* in sacramentorum vel dignitatum assecucione, quam eciam in *229 B* sacramentorum exhibicione. Nam dicit Sancta Triburiensis synodus 1ª quest. prima: »Dictum est solere in quibusdam »locis pro percepcione crismatis nummos dari, similiter pro baptismo »et communione. Hec symoniace heresis esse, detestata est sancta »synodus et anathematisavit[40], ut de cetero nec pro ordinacione, »nec pro crismate vel balsamo, nec pro sepultura vel communione »quidquam exigatur, statuit, sed gratis dona Christi gratuita[41] dis»pensacione donentur.«

Et quantum pro assecucione dignitatum dicit b. Gregorius in Registro et[38] ponitur 1 quest. 1ª: »Si quis neque sanctis »pollens moribus, nec a clero populoque vocatus, vel pulsative »coactus, inpudenter Christi sacerdocium assumit[42] quolibet facinore »pollutus, in iusto cordis amore[43] vel sordibus precibus oris, sive »comitatu, sive manuali servicio, sive fraudulento munusculo epi»scopalem, seu sacerdotalem, non lucro animarum, sed innanis »glorie avaricia fultus, dignitatem acceperit et in vita sua non »sponte reliquerit, eumque in aspera penitencia mors non invenerit, »procul dubio in eternum peribit.«

Et quoad utraque simul, sc. quoad dignitatis assecucionem et sacramentorum exhibicionem dicit Innocencius et ponitur 1 quest. 3ª caº finali: »Si quis prebendas, vel prioratum, »vel decanatum, vel promocionem aliquam ecclesiasticam seu quod»libet sacramentum ecclesiasticum, ut puta crisma, vel oleum »sanctum et consecraciones altarium, vel ecclesiarum interveniente »execrabili ardore avaricie per pecuniam acquisivit; honore male »acquisito careat; et emptor atque venditor et interventor nota in»famie per||cellantur; et nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius | *I* »consuetudinis ante vel post aliquid exigatur, vel ipse dare pre- *329 C* »sumat, quoniam symoniacum est.«

Ecce quam plane dicit, quod nec ante, nec post aliquid exigatur, quoniam symoniacum est, nec sub obtentu alicuius consuetudinis, ut »putant ex hoc licere, quia[44] legem mortis de[45] »longa invaluisse consuetudine arbitrantur, non attendentes, quod »tanto graviora sunt crimina, quanto diucius tenuerunt infelicem »animam alligatam«, Extravag. de Symonia caº 'Cum in ecclesie corpore'.

Idem ibidem: »Ad apostolicam audienciam pervenit, quod »quidam clerici pro exequiis mortuorum, benediccionibus nuben»cium et similibus pecuniam exigunt et extorquent; et si forte eorum

---

[40]) *Codd.*: anathematisat *I.* — [41]) *Codd.*: *male* statuita *D.* — [42]) *Codd.*: *del. E.* — [43]) *Codd.*: *in marg. ab* ι^2; *a* $\varkappa^2$; *om. BC.* — [44]) *Codd.*: quare *EKP.* — [45]) *Codd.*: ex *E.*

»cupiditati non fuerit satisfactum, inpedimenta ficticia fraudulenter »opponunt. E contra quidam layci laudabilem conswetudinem erga »sanctam ecclesiam pia devocione fidelium introductam, ex fermento »heretice pravitatis nituntur infringere sub obtentu canonice pietatis. »Qua propter super hiis pravas exacciones fieri prohibemus, et »pias conswetudines precipimus observari: Statuentes, ut libere »conferantur ecclesiastica sacramenta. Sed per episcopum loci »veritate cognita conpescantur, qui maliciose nituntur laudabilem »conswetudinem inmutare.«

Ecce neutri parti preiudicans posui istud totum capitolum, sc. 'Ad Apostolicam', per quod clerici avari volunt$_{46}$ fulcire suam avariciam vocantes laudabilem conswetudinem exaccionem. Sed pius Christi discipulus$_{47}$ scit, quod laudabilis conswetudo est gratis dona Dei pro Deo hominibus dispensare, ut dicit pius *I* Salvator Matth. 10°. Per hoc tamen non prohibeo, quin sacerdos *229 D* non avare, sed moderate ad sui | necessitatem recipiat oblatum a divite, pauperi autem et non habenti, si et ipse habuerit, prestet donum. Illa enim est laudabilis conswetudo in viris apostolicis, quam Salvator et sui discipuli docuerunt.

Plura de symonia essent dicenda, sed propter brevitatem temporis sunt ad alia tempora reservanda.

<Distinccio XXVI.>

<1.> CUm alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserunt, ...

Ista est *distinccio 26ª*, de septimo sacramento, sc. matrimonio tractans. Et primo continet, quod sacramentum matrimonii ante lapsum fuit institutum$_{2}$ causa prolis, sed post lapsum ad remedium propter vicium evitandum. — 2°, quod prima institucio habuit preceptum, sed secunda habuit indulgenciam. Hoc tantum sonat: Ade$_{3}$ et Eve Deus iniunxit matrimonium, sed Apostolus indulsit, ut, qui vult, nubat, et qui non vult, dimittat, et ista indulsio venit primo post multiplicacionem hominum. Sed ante fuit semper mandatum, eciam post peccatum, quo dicitur: »Crescite »et multiplicamini et replete terram.« — 3° quod quidam heretici, sc. Taciani nupcias dampnant. Sed quod sit bona res coniugium, ostenditur: primo quia Deus illud$_{4}$ instituit Genesis 2°; Salvator

---

[46]) *Codd.*: pulcre *add. EKP*; *male* sulcre *del. in F.* — [47]) *Codd.*: apostolus *M.* — [1]) *EIM*; supreserunt *codd.* — [2]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [3]) *Codd.*: Adam *E.* — [4]) *Codd.*: constituit vel *add. D.*

visitacione propria et miraculo confirmavit Johan. 2°; uxorem non adulteram dimittere prohibuit Matth. 19°. Et Apostolus 1ª Corinth. 7° dicit, quod virgo, si nubit, non peccat. — 4°, quod[5] coniugium est signum coniunccionis Christi et ecclesie, que ecclesia coniungitur Christo spiritualiter per caritatem et corporaliter per nature conformitatem. Consensus in coniugio signat primam copulam et conmixtio secundam, et consensus et conmixtio perfectum faciunt matrimonium, quia plenam et expressam coniunccionis Christi et ecclesie tenent figuram. Sed consensus sive conmixtio est plenum matrimonium, sed non plenam et expressam tenet figuram, quia tantum spiritualem.

<2.> Pro quibusdam horum sunt hii[2] *versus*[6]: ||| | *I* *230 A*

Sumere coniugium sed in generacionis[7] officium fuit ante
Culpam peccatum[8] vel[8] casum[8] ut[8] Ade[7] et[8] Ewe[8] preceptum, sed culpam[7] sc. in[9] remedium[9] coniugium[8] post conceditur. Ipsum
Per se[10] coniugium ex se[10] matrimonium[8] bona res est quia[8] sacramentum[8] et bona signat. quia[7] coniunccionem[7] Christi[7] et[7] ecclesie[7]

<3.> *Utrum matrimonium habeat institucionem?* Dicendum, quod sic. Matrimonium enim secundum quod ordinatur ad prolis procreacionem, institutum fuit tempore innocencie. Unde tunc fuit in officium nature; secundum autem, quod ordinatur in remedium post peccatum, fuit institutum tempore legis nature. Quantum ad determinacionem personarum fuit institutum tempore legis Moysi. Sed in quantum est signum coniunccionis Christi et ecclesie, potest dici institutum fuisse tempore legis nove suppositis primis institucionibus.

Et notandum, quod officium in proposito est congruus actus uniuscuiusque persone secundum instituta Dei. Unde matrimonium ante peccatum fuit institutum ad congruum actum, per quem sine peccato propagaretur genus humanum in servicium Dei. Post peccatum vero institutum est non solum ad officium, sed eciam ad remedium contra peccatum, quia, nisi bono coniugii excusaretur actus ille, mortale peccatum esset.

<4.> *Utrum matrimonium sit naturale?* Pro quo dicit S. Thomas quest. 1ª: »Naturale dicitur dupliciter: uno modo »quasi naturaliter ex necessitate tantum, sicut ignem ferri[2] sursum, »et sic matrimonium non est naturale. Alio modo naturale dicitur, »ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio conpletur, »et sic eciam matrimonium dicitur naturale[11], et hoc dupliciter: »Uno modo, quantum ad finem principalem, qui est generacio

[5]) *Codd.*: *in marg. ab t*[2]. — [6]) *Codd.*: *repet. K.* — [7]) *Codd.*: *om. DFKL.* — [8]) *E; om. codd.* — [9]) *Codd.*: *om. E; glossas prorsus om. DFKL.* — [10]) *BC*; uxore *I*; *om. codd.* — [11]) *Codd.*: *in marg. ab t*[1].

»prolis, educacio et promocio usque ad perfectum statum, qui »in hominibus est status virtutis vel viriditatis; filius autem a pa- | *I* »rentibus educari non posset, nisi determinatos et certos parentes *230 B* »haberet, quod fit per obligacionem viri et mulieris, | que obligacio »facit matrimonium; 2° quantum ad effectum secundarium, qui »est mutuum obsequium. Racio enim naturalis dictat, ut homines »mutuo cohabitent et se iuvent.«

Ex quibus patet, quod matrimonium quodam modo est naturale.

<5.> *Utrum matrimonium est sacramentum?* Dicitur, quod sic. Nam Apostolus dicit Ad Ephes. 5°: »Sacramentum hoc »magnum est.« Qualiter autem sit sacramentum, quia sacre rei signum, sc. coniunccionis Christi cum ecclesia, patet per Magistrum in litera.

Sed diceres: Medicina applicative non debuit precedere morbum, ergo nec matrimonium debuit precedere remedium; et per consequens non est sacramentum, cum omne sacramentum datum est in remedium, sed quia matrimonium precessit morbum, quia institutum fuit ante omne$_{12}$ peccatum, ut dictum est iam in prima questione, ergo etc.... Dicitur negando primam consequenciam. Unde matrimonium, quamvis precessit morbum, non tamen sub racione medicine et remedii; sed post peccatum datum est sub racione remedii et medicine, et hinc est, quod matrimonium prius fuit preceptum, nunc autem excidit a precepto. Nam Deus primis$_2$ hominibus dedit preceptum Genesis 1°: »Crescite et multi- »plicamini« et eodem modo precepit Noe et filiis eius Genesis 9°. — Ergo tunc inplicite et aliis hominibus precepit illorum temporum contrahere matrimonium.

Unde tunc matrimonium non fuit minus bonum virginitate, sicud iam est, quia ibi necessaria erat multiplicacio hominum, et hinc dicit Augustinus, quod celibatus Johannis non est preferendus coniugio Abrahe.

Et si obicitur: Abel non fuit coniunx et mortuus est, ergo non inplevit preceptum matrimonii et per consequens dampnatus est, si non fuit contritus, dicitur, quod non fuit obligatus$_{13}$ tunc$_{14}$ ad$_{14}$ matrimonium.

Unde preceptum affirmativum non obligat ad semper, || sicud *I* *230 C* negativum obligat, sed$_{12}$ obligat$_{12}$ secundum congruenciam et oportunitatem temporis et loci. Ex isto apparet, quod nunc non obligat hominem preceptum matrimonii, quia tempus quoad prolificacionem est multipliciter variatum.

<6.> *Utrum omnis actus coniugalis in conmixtione sit peccatum?* Dicitur, quod non. Supponendo enim, quod natura corporalis est a bono Deo, sicud fides confitetur katholica, tunc$_{15}$

---

[12]) *Codd.*: *om. E.* — [13]) *Codd.*: *inepte* oligatus *I.* — [14]) *I;* ad tunc *CM;* ad tunc ad *codd.* — [15]) *Codd.*: non *EKP.*

inpossibile est dicere, quod illud, ad quod natura inclinat et per quod nature species conservatur, sit malum universaliter et quod non possit fieri bene. Unde cum natura inclinet ad actum coniugalem et[16] per ipsum fit conservacio speciei ex mandato Dei, non est verum dicere, quod semper sit malum.

<7.> *Utrum actus coniugalis sit meritorius?* Pro quo dicit S. Thomas quest. 3ª articulo quarto: »Cum nullus actus »ex deliberacione procedens sit indifferens, ideo actus talis frequenter »est meritorius in eo, qui habet graciam, quando sc. inducitur ex »iusticia, ut debitum reddat, vel ex religione, ut proles ad cultum »Dei procreetur. Si autem moveat[17] libido sistens inter bona matri»monii, sic quod nullo modo vellet ad aliam accedere, est peccatum »veniale. Si autem extra bona matrimonii referatur, ut sc. cum »quacunque muliere idem facere vellet, est peccatum mortale. »Natura autem monere non potest, quin ordinetur racione, vel non »ordinetur. Si primum, est motus virtutis, si secundum, est motus »libidinis. Et est institutum ante peccatum ad procreacionem prolis, »sed prout est remedium contra vulnus peccati, in lege nature in»stitutum fuit, sed cum determinacione personarum in lege Moysi. »Sed secundum quod representat coniunccionem Christi et ecclesie, »in nova lege, et sic est sacramentum, in quo quidem confertur »gracia ad illa adiuvans | opera, que in matrimonio[2] requiruntur, | *I* »quia ubicunque divinitus datur facultas, dantur eciam auxilia, *230 D* »quibus homo potest convenienter uti illa facultate; sed in matri»monio datur divinitus facultas utendi uxore, per consequens »datur gracia, qua illud convenienter fieri possit« — Hec sanctus Thomas.

<8.> *Utrum conmixtio carnalis*[18] *sit de integritate matrimonii?* Ibi sciendum, quod integritas est duplex: Una, que attenditur secundum primam perfeccionem, que consistit in primo esse rei, et sic non conmixtio de integritate matrimonii. Alia est integritas, que attenditur secundum perfeccionem secundam, que est in opere rei, et sic conmixtio carnalis est de integritate matrimonii.

Et scito, quod materia huius sacramenti possunt dici ipse persone vel distinccio sexuum in[19] personis[19]. Mas enim signat Christum, femina vero ecclesiam.

Forma autem huius sacramenti est verba consensum exprimencia; hoc autem fit aliquando per verba de futuro, 2° per verba de presenti. Unde iuxta[20] primam expressionem verborum fit primus gradus matrimonii, iuxta secundam secundus gradus; et quando post verba matrimonium exprimencia subsequitur carnalis copula, fit tercius gradus. Unde primus gradus secundum aliquos dicitur iniciatum matrimonium, sed non verum, vel ratum, quia ibi fiunt sponsalia et non matrimonium, secundus gradus est matri-

---

[16]) *Codd.*: *inscrip. I.* — [17]) *Codd.*: maneat *B.* — [18]) *Codd.*: corporalis *CM.* — [19]) *Codd.*: *om. I.* — [20]) *Codd.*: *male* extra *D.*

monium verum et ratum, quamvis non consumatum, tercius$_{21}$ gradus facit matrimonium consumatum$_{21}$.

Quando ergo dicit Augustinus: »Non est coniugium perfectum sine conmixtione sexuum«, videtur, quod verba illa referenda sunt$_2$ ad tercium gradum, qui directe signat coniunccionem Christi et ecclesie tam spiritualem, quoad caritatem, quam corporalem, quoad humanitatis unionem, qua Verbum humanam naturam sibi pro perpetuo copulavit etc.$_{22}$

<Distinccio XXVII.>

<1.> **POst hec advertendum est, quid sit coniugium . . .**

I 231A Ista$_1$ *distinccio 27ª*, tractans de consensu a voluntate coniugum procedente primo continet, || quod matrimonium est viri et mulieris coniunccio maritalis, individuam vite conswetudinem retinens. — 2°, quod coniunx absque consensu alterius non potest continenciam profiteri. — 3°, quod causa efficiens matrimonii est consensus, supple mutuus, per verba de presenti expressus. — 4°, quod est quedam paccio nupcialis facta de futuro, ex quo sponsi et sponse vocantur, nec ex eo veri coniuges sunt, et est quedam paccio coniugalis de presenti, que sponsum et sponsam eciam coniuges facit; et utraque paccio desponsacio vel sponsalia dicuntur$_2$; interdum proprie vero sponsalia dicuntur quedam solempnia pacta nupcialia. — 5°, quod si quis contraxerit$_3$ cum aliqua per verba de futuro, si eo mortuo alius contraxerit cum ea de presenti, non prohibetur ad sacros ordines promoveri, quia non duxit viduam. Si vero contraxerit$_4$ per verba de presenti, eo mortuo remanet$_5$ vidua, et alter, qui cum ea coniugio copulatus fuerit, ulterius ad sacros ordines non ascendet, cum viduam duxerit. Et nota, quod Magister non tenetur in illo, nisi intelligatur, quod sit cognita ab utroque, Extravag. 'De bigamis non ordinandis'; <ca°> 'Debitum'. — 6°, quod solus consensus de presenti efficit coniugium, post quem consensum, si alii se copulaverit, eciam si carnis$_6$ conmixtio illic sequatur, ad priorem copulam revocandus est.

---

[21]) *Codd.*: tercius ∾ consumatum *in marg. ab* t². — [22]) *Codd.*: *om. B.* — [1]) *Codd.*: est *add. D.* — [2]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [3]) *Codd.*: contraxit *E.* — [4]) *I*: contraxit *codd.* — [5]) *Codd.*: remaneat *CM.* — [6]) *Codd.*: *in marg.* carnis, *in textu* carnalis *B.*

<2.> Super$_7$ hiis sunt hii$_7$ *versus*$_8$:

quia$_9$ matrimonium est coniunccio viri et mulieris individuam vite$_{10}$ conswetudinem retinens$_9$
Viventes nequeunt disiungi, vir mulierque,
nec oracioni vacare$_{11}$ post$_9$ copulam$_9$
Nec claustrum petere, nisi consensum det uterque.
matrimonium per$_9$ verba$_9$ de presenti
Coniugium faciens est acceptacio presens,
per verba de presenti$_{12}$
Promissa namque$_{13}$ fide statim coniunx fit | uterque, | *I 231 B*
i. e. quamvis promissis conmixtionis
Etsi post pactum nunquam$_{14}$ veniatur ad actum.
i. e. per verba de futuro
Est proprie tamen sponsus spondendo futurum,
per verba de presenti i. e. et$_{15}$
Si presens spondes, sponsus, coniunx quoque mox es.

<3.> Dubitatur: *Quid est matrimonium*? Et respondet Magister, quod matrimonium est viri mulierisque$_{16}$ coniunccio$_{17}$ maritalis inter legitimas personas individuam vite conswetudinem retinens. Ubi sciendum secundum Petrum questione 1ª, quod Magister intendit diffinire solum conpletum matrimonium, ad quod tria concurrunt. Oportet enim primo, quod sit iniciatum per consensum animorum, 2° verbis expressum et 3°, quod sit consumatum per conmixtionem et ratum per fidem contrahencium, i. e. fidei sacramentum.

Et tangit in$_2$ diffinicione$_2$ quadruplicem$_{18}$ causam, sc. formalem, ibi coniunccio; 2° materialem, ibi viri et mulieris, 3° efficientem, ibi maritalis, i. e. maritali consensu seu affectu contracta, finalem, ibi individuam vite conswetudinem retinens. Inseparabilitas enim est bonum in matrimonio, bonum autem habet racionem finis

Exponitur autem diffinicio matrimonii per Raymundum sic, quod matrimonium est coniunccio, sc. animorum, viri et mulieris, et$_{19}$ non virorum et mulieris, nec viri et mulierum, quia nec unus vir plures uxores, nec una mulier plures viros matrimonialiter habere potest. Individuam vite conswetudinem retinens, hoc est, quod neuter absque consensu alterius potest continenciam profiteri.

---

[7]) *Codd.*: Super ∾ hii *om. E*; unde *add. K.* — [8]) *Codd.*: duplicatum *I.* — [9]) *Codd.*: quia ∾ retinens om. *B.* — [10]) *C; om. I.* — [11]) *Codd.*: vacari *I.* — [12]) *Codd.*: preterito *M.* — [13]) *I*; que *tantum codd.* — [14]) *Codd.*: *male* quandoque, *a rubr. inscr.* numquam *in B.* — [15]) *DFI; glossas prorsus om. EKL.* — [16]) *Codd.*: que *om. I.* — [17]) *Codd.*: conmixtio *I.* — [18]) *Codd.*: *in marg. ab* c[1]. — [19]) *I; om. codd.*

Potest eciam dici, quod matrimonium est coniugum legitima copulacio, quia secundum Dei legem licet eis sine$_{20}$ crimine$_{20}$ filios procreare; ordinavit enim Deus, quod Adam et Ewa et per consequens quod cuncti duo coniuges in procreacione carnali taliter copulentur.

Et notandum, quod aliud est matrimonium, aliud con- || *I* tractus, || aliud sacramentum matrimonii. — Matrimonium quid *231C* sit, iam dictum est.

Contractus autem matrimonii est maris et femine mutua translacio suorum corporum pro suo perpetuo <ad> procreandum prolem debite educandam.

Sacramentum autem matrimonii est expressio certorum verborum maris et mulieris$_{21}$ ad se$_{16}$ invicem, signancium tradicionem mutue potestatis corporum ad prolem debite procreandam, ex institucione divina efficaciter signans graciam conferendam mutuo contrahentibus ad coniunccionem mutuam animarum graciosam; vel si verba certa non sunt, est exhibicio signorum certorum signancium tradicionem mutuam potestatis corporum.

Primum istorum est permanens in animabus, secundum est tantum in fieri, tercium simpliciter consistit in actu tantum in fieri. Sic distingwit Scotus.

<4.> *Utrum consensus est causa matrimonii?* Dicitur, quod sic, quamvis non totalis, sed cum institucione divina; consensus autem utriusque persone, non unius tantum, et consensus per verba de presenti, non autem de futuro, ut communiter dicitur. Unde consensus de presenti facit matrimonium, sed de futuro facit sponsionem$_{22}$, que sponsalia nominantur.

Unde S. Thomas quest. 4^{a}: »Sponsalia sunt futurarum »nupciarum promissio$_{23}$. Et fiunt quatuor modis: primo nuda pro- »missione; 2° datis arris sponsalitatis, ut pecunie vel huiusmodi; »3° anuli subarracione; 4° interveniente iuramento, unde non solvens »illud promissum peccat mortaliter, nisi legitimum inpedimentum »interveniat; tunc in foro contencioso non conpellit ecclesia, quia »matrimonia coacta solent malos exitus habere, nisi forte iura- »mentum intervenerit, quia tunc secundum aliquos cogendus est, »quamvis aliis non videatur propter dictam causam, precipue si »uxoricidium timeretur. Et communiter fit aliquando$_{7}$ talis pro- | *I* »missio sub | condicione, et tunc, si condicio est honesta, sicud *231D* »si dicit: Accipiam te, si placebit parentibus, et tunc stante con- »dicione stat promissio et non stante non stat. Si autem sit con- »dicio inhonesta, hoc dupliciter: vel est contraria bonis matri- »monii, ut si dicatur: Accipiam te$_{24}$, si venena sterilitatis$_{2}$ pro- »cures, et tunc non contrahuntur sponsalia; vel non est contraria

---

[20]) *Codd.*: *om. M.* — [21]) *I;* femine *codd.* — [22]) *Codd.*: *ex corr. I;* suspensionem *M.* — [23]) *Codd.*: promissa *EF.* — [24]) *Codd.*: ut *add. M.*

»bonis matrimonii, ut si dicat$_{25}$: Accipiam te, si fureris, et tunc stat »promissio, sed tollenda est condicio.« — Hec sanctus Thomas.

<5.> *Utrum consensus per verba expressus, si desit consensus$_2$ interior, faciat matrimonium?* Dicitur, quod non in foro consciencie, licet faciat in foro ecclesie, que iudicat de apertis. De$_{26}$ quo$_{26}$ sequitur$_{26}$ etc.$_{26}$

<Distinccio XXVIII.>

<1.> **Hic queri solet, utrum consensus de futuro, addito eciam iuramento, coniugium efficiat . . .**

Ista *distinccio 28^a*$_1$, ostendens, qualis debet esse consensus, ut matrimonium efficiat, primo continet, quod consensus de futuro iuramento firmatus non efficit$_2$ matrimonium. Unde si vir post uxorem duxerit et mulier marito nupserit, coniugium utriusque fit, et precedens periurium est penitencia corrigendum, et sequens coniugium non est dissolvendum. — 2°, quod in isto sacramento quedam sunt pertinencia ad solempnitatem et decorem, ut parentum tradicio, sacerdotum benediccio et huiusmodi. Quedam vero sunt pertinencia ad substanciam sacramenti, ut consensus de presenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium eciam in occulto factus$_3$; sed si alter alterum dimiserit, non cogitur redire iudicio ecclesie, quia non potest testibus probari contractus occultus. — 3°, quod mulier non fuit facta de capite Ade, ut non$_4$ domina, nec de pede, ut non$_4$ ancilla, ||| sed de medio, i. e de latere, ||| *I* quia socia debet uxor esse. — 4°, quod cum vir dicit: »Accipio *232 A* »te in meam coniugem,« mulier eciam: »Accipio te in meum virum«, hiis verbis, vel aliis idem signantibus exprimitur consensus, non copule carnalis, nec cohabitacionis corporalis, sed coniugalis societatis. Ex quo oportet eos cohabitare, nisi forte pari voto religionis separentur corporaliter vel ad tempus, vel usque$_5$ finem.

<2.> Unde$_6$ *versus*$_4$:

Te demutari possunt, si verba futuri
periurium faciens$_8$ verba promissionis
Firmes iurando$_7$, peccas tamen hec violando.

---

25) *Codd.*: dicatur *CD.* — 26) *Codd.*: *om. E.* — 1) *Codd.*: *inscr. IK.* — 2) *Codd.*: efficiat *E.* — 3) *Codd.*: *inscrip. ab* 1^2. — 4) *Codd.*: *om. E.* — 5) *Codd.*: ad *add. B*, in *E.* — 6) *Codd.*: *om. BEF.* — 7) *Codd.*: iuramento *I.* — 8) *I;* faciendo *codd.*

occulte verum non tamen[9] honeste[9]
Consensus, qui fit clam, coniugium facit, et dic
sc. cohabitacionis[10]
Consensum fieri de coniugio sociali.

<3.> *Quid est consensus, qui matrimoninm facit*? Dicitur, quod est consensus in copulam coniugalem, que copula est associacio viri et mulieris ad copulam carnalem et ad alia consequenter, quoad virum et mulierem, secundum quod eis datur potestas mutua. Unde bene[11] videntur dixisse illi, qui dixerunt, quod consensus in matrimonium[12] est consensus in copulam carnalem inplicite vel explicite, et istud dictum debet rectificare prima intencio hominum, que primo et principaliter ad copulam carnalem recurrit, dum coniuges consenciunt mutuo, vel dum desponsantur, aut per sacerdotem copulantur.

<4.> *Utrum coaccio potest cadere in consensum*? Notandum, quod duplex est coaccio, sc. una oportuna, ut cum quis inpellit aliquem ad currendum corporaliter ad motum, vel retinet ligatum in loco, et hoc modo cadit in consensum. Alia est coaccio condicionata, ut: 'Si vis non mori, proicis merces in mari', vel: 'Das divicias latroni', et talis coaccio cadit in consensum. Huiusmodi autem coaccio est metus, prima autem non est metus.

| *I* <5.> *Utrum carnalis copula post verba de | futuro con-*
232 B sensum exprimencia facia[n]t matrimonium? Pro quo S. Thomas quest. 2ª: »Quantum ad forum consciencie, si desit interior con»sensus, eciam per verba de presenti non esset matrimonium, sed »quantum ad iudicium ecclesie carnalis copula consequens spon»salia matrimonium facere iudicatur, cum nichil possit expressius »signare consensum, quam carnalis copula, nisi aliqua signa ex»pressa doli vel fraudis appareant.« Et infra »Sponsa admittens »sponsum, credens eum velle matrimonium consumare[13], excusatur »a peccato, nisi signa fraudis appareant, sc. si sint distantis con»dicionis in dignitate, vel in forma vel in aliis, sed sponsus peccat »fornicando.«

Item nota, quod sponsus, si violat sponsam, tenetur eam ducere uxorem, si sint equalis condicionis, vel sponsa melioris; si autem duxerit aliam, efficitur inpotens ad solvendum, quod tenetur, ideo sufficit, si ei de nupciis provideat, et ad hoc eciam non tenetur secundum aliquos, si sponsus sit melioris condicionis, quia presumi potest probabiliter, quod sponsa non fuit sponsa sua, sed quod decipi finxerit

Et quia multa sunt, que currunt in ista materia et deest efficax scriptura, ideo sunt racionabiliter subticenda.

---

[9]) *Codd.*: inhoneste *I.* — [10]) *Glossas prorsus om. EKL.* — [11]) *Codd.*: tantum *EKP.* — [12]) *Codd.*: matrimonio *E.* — [13]) *Codd.*: confirmare *EKP.*

<Distinccio XXIX.>

<1> OPortet autem consensum coniugalem liberum esse a coaccione . . .

Ista[1] *distinccio 29ª*, tractans de inperfeccione consensus primo continet, quod oportet, ut consensus coniugalis sit non coactus. Unde inter renitentes non fit matrimonium. Sed si postea sine reclamacione cohabitaverint, consentire videntur et consensus ille supplet, quod precedens coaccio tulerat. — 2°, quod filia semper patri consentire intelligitur[2], nisi evidenter dissenciat. — 3°, quod tam in sponsalibus, quam in nupciis contrahencium oportet filiam || *I* patris familias consentire; que si patris voluntati non repugnet, *232 C* consentire intelligitur.

<2.> *Versus*[3]:

Cogeris, ut nubas, semper pro posse reclamas,
Non est coniugium, quia non consentis in ipsum.

<3.> *Utrum consensus coactus tollat matrimonium*? Dicendum, quod sic secundum Magistrum. In matrimonio autem est quidam contractus[4] perpetuus, cum matrimonium sit vinculum indissolubile, coaccio autem repugnat perpetuitati contractus, quia potest[5] peti restitucio, et ideo coaccio metus, qui cadit in virum constantem, et non alius, tollit matrimonium. Constans autem vocatur, qui committit minus malum evitando maius malum. Inconstans autem, qui pro modico malo non dubitat committere maius. Unde constans sequitur semper racionem: ideo ad minus malum sustinendum cogitur racione maioris mali evitandi. Sed inconstans cogitur ad maius malum propter metum minoris mali, sicud ad peccatum propter metum pene corporalis. Sed e converso pertinax non potest cogi ad minus malum sustinendum, vel faciendum, ut vitet maius malum. Unde constans est medius inter inconstantem et pertinacem. Hec Thomas quest. 4ª articulo 2°.

<4.> *Utrum filius possit conpelli precepto patris ad matrimonium*? Dicitur, quod cum in matrimonio sit quedam servitus perpetua et filius sit libere condicionis, non potest pater filium cogere ad contrahendum[6], sed potest eum inducere ex causa racionabili, et tunc, sicud se habet filius ad causam illam, ita se habet ad preceptum patris, ut sc. causa illa cogat de necessitate, vel de honestate, et preceptum patris similiter.

Et de illis coaccionibus valde magne brige currunt, sed tantum michi videtur per exempla sanctarum virginum, que non sunt coacte

---

[1]) *Codd.*: est *add D.* — [2]) *Codd.*: videtur *E.* — [3]) *Codd.*: unde *add. CDKM.* — [4]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [5]) *Codd.*: *errore duplicatum I.* — [6]) *Codd.*: matrimonium *add. E.*

| *I* eciam per mortem ad matrimonium, | quod nullius voluntas ad
232 D illud potest cogi simpliciter.

Unde dicit doctor subtilis: »Contradiccio est voluntatem »simpliciter cogi, quia violentum est, quod est totaliter a principio »extrinseco, quod est contra inclinacionem passi, et nolle non potest »sic inesse voluntati, quia tunc nolens vellet. Potest ergo habens »voluntatem ad aliam passionem cogi, ut pote ligatus hic manere, »sed ad accionem, que est propria accio, humana voluntas cogi »non potest, nisi secundum quid, sc. motu maioris mali, quam »sit ille actus.«

Et ista coaccio est possibilis in homine virtuoso, ut dictum est de constanti viro, sed nullus metus potest inducere aliquem in peccatum mortale secundum[7] rectam racionem, quia non potest maius malum esse, quod inmineret, quam sit peccatum mortale[7], cum nulla pena sit peior culpa mortali. Unde nullus homo dicitur vir constans, qui propter mortem evitandam peccatum mortale admitteret contra[8] Christum[8].

<Distinccio XXX.>

<1.> NEc solum coaccio inpedit vel excludit consensum, sed eciam error . . .

Ista[1] *distinccio 30ª*, tractans de inpedimento consensus propter fraudacionem in contrahendo, ostendit primo, quod multiplex[2] est error, sc. error persone, fortune, condicionis et qualitatis. Error persone est, quando putatur esse ille homo et est alius. Error condicionis, quando putatur esse liber et est servus. Error fortune, quando putatur esse dives et est pauper. Error qualitatis est[3], quando putatur esse[3] bonus et est malus. Error persone et error condicionis consensum coniugalem evacuant, non autem error fortune et qualitatis. — 2°, quod inter Mariam et Jozeph
I verum fuit coniugium et consensus in societatem || coniugalem,
233 A sed non in copulam carnalem, nisi Deus aliter revelaret. Unde virginitatem servaturam beata Virgo proposuerat, sed ore non expresserat. Postea vero labiis expressit et uterque in virginitate permansit. — 3°, quod inter Mariam et Jozeph verum fuit coniugium in sanctitate et perfectum secundum triplex bonum coniugii, sc. prolem, fidem et sacramentum, solus ibi concubitus non

---

[7]) *Codd.*: secundum ∞ mortale *om. E.* — [8]) *Codd.*: *om. E;* Amen dayto *add. D.* — [1]) *Codd.*: est *add. D*; *a rubr. del. I.* — [2]) *Codd.*: *in marg.* Error quadruplex *add. t¹.* — [3]) *Codd.*: *om. E.*

fuit. — 4°, quod coniugium Marie et Jozeph habuit alias causas speciales, ut sc. Virgo solacio viri sustentaretur et ut dyabolo[4] celaretur, et ut Jozeph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspicionis, ne ut adultera dampnaretur. — 5°, quod finalis[5] causa matrimonii contrahendi est procreacio prolis, 2ª post peccatum Ade vitacio fornicacionis. Sunt et alie honeste cause, ut inimicorum reconciliacio et pacis reintegracio. Sunt[6] et alie minus honeste, ut pulcritudo, que animos inflammatos pellit inire coniugium, questus quoque et diviciarum possessio et huiusmodi. — 6°, quod non est assenciendum dicentibus non esse coniugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur, nam vita mala vel intencio mala sacramentum non contaminat.

<2.> Unde pro hiis sunt hii *versus*:

i. e. diviciassc. habere
et virginitatem qualitative[7]
Dextra putans nubis vel forte bonam esse[8] credis,
i. e. contraria
invenis[9] prioribus contra primum contra secundum
Reperis adversa, quia pauper, vel violata[10],
Coniugium stabit[11], nec poterit revocari,
ita, quod alia
supponatur quia servus[12]
Si de persona vel condicione sit error.
quia habebat[14] prolem,
fidem et sacramentum;
Maria mater ipsi[13] Joseph[15]
Virgo[13] Jesu vere nupsit, sed uterque manere[13]
nisi aliter Deus[16] sed[15] voce[15]
disponeret non[15] expressit[15]
Virgo proposuit, quod utrique Deus patefecit.
supple: et[17] inimicorum reconciliacio et pacis reformacio[17]
Proles gignenda vel luxurie medicina.
Coniugii cause | finales sunt et honeste; | *I 233 B*
inhoneste[17] pulcritudo et[19]
Cause vero male[18] sunt divicie speciesve,
verum in se. quia vita mala et intencio mala sacramentum[20] non contaminant[21]
Coniugium bonum faciunt nichilominus ipse.

<3.> Queritur: *Quot sunt cause matrimonii?* Dicitur, quod quatuor in genere, sc. efficiens, materialis, formalis et finalis.

---

[4]) *Codd.*: partus *add. E.* — [5]) *Codd.*: filialis *CM*; *ex corr. a rubr. F.* — [6]) *Codd.*: autem *add. M*; *inscrip. a* γ^1. — [7]) *DFI*: qualitatem *codd.*. — [8]) *Codd*: fore *E.* — [9]) *Codd.*: invenies *B.* — [10]) *Codd.*: violenta *KP; ex corr. E.* — [11]) *Codd.*: sed *add. E.* — [12]) *Codd.*: serva *B.* — [13]) *Codd.*: Virgo ∾ manere *in marg. ab* ι^1. — [14]) *Codd.*: habuit *B.* — [15]) *Codd.*: *om. B.* — [16]) *Codd.*: *om. D.* — [17]) *Codd.*: hic supple ∾ reformacio *in marg. a* β^2. — [18]) *Codd.*: honeste *pessime D.* — [19]) *D*: *om. codd.* — [20]) *Codd.*: tamen *add. C.* — [21]) *Codd.*: violat *B*; *glossas prorsus om. EKL.*

Causa efficiens est consensus utriusque persone animorum per verba de presenti.

Causa materialis sunt ipse persone, legitime copulate.

Causa formalis benediccio et anuli subarracio.

Causa finalis duplex: est una principalis, sc. prolis procreacio, secunda minus principalis, sc. fornicacionis vitacio; matrimonium enim institutum est non solum in officium procreandi, sed eciam in remedium a peccato evitandi.

Alie sunt cause multe secundarie, ut inimicorum reconciliacio, pacis reformacio, ad fidem reduccio, ut dum christianus desponsat sibi Paganam, vel Judeam; ad viam[22] rectam reduccio, ut dum quis propter Deum ducit meretricem. Et quamplures sunt cause, quas longum foret enumerare.

<4.> Notandum eciam, quod quadruplex est matrimonium: Primum est carnale, ut inter virum et mulierem, secundum morale, ut inter Deum et animam in ecclesia militante per graciam, tercium allegoricum, ut inter Christum et ecclesiam militantem, quartum est anagoicum, ut inter Deum et ecclesiam triumphantem per coniunccionem glorie.

Item sciendum, quod matrimonium secundum essenciam includit duo, sc. personas, que coniunguntur, et mutuam potestatem personarum ad invicem. Et quia error in persona disiungit[23] personas quoad velle, et condicio servilis potestatem inpedit libertatis in corpore, inde est, quod illi duo errores principaliter inpediunt matrimonium. Error vero qualitatis et error fortune non sic inpediunt, quia bonitas persone et divicie non sunt de essencia matrimonii.

Sunt[24] autem 12 inpedimenta matrimonii, que continentur in hiis *versibus*:

I Error, condicio, votum, cognacio, crimen,
233 C Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hec socianda vetant connubia, iuncta retractant.

Error, sc. persone, de quo Magister in presenti distinccione dicit, si alia persona, quam fuit volita, supponitur. Condicio, sc. si serva vel servus pro libera vel libero datur. Votum sc. Deo factum ad continenciam conservandam. Cognacio consanguineitatis usque ad quintum gradum inclusive. Cultus disparitas, quia fidelis non potest habere matrimonialiter Paganam vel Judeam. Vis, i. e. violencia, quia virgo vel mulier violenter desponsata potest abire. Ordo, quia clericus in maioribus ordinibus non debet matrimonium contrahere. Ligamen,

---

[22]) *Codd.*: *ex corr. FI.* — [23]) *Codd.*: distingwit *M.* — [24]) *In MS. N fol. 43v excerpta tantum.*

quia alligatus alicui mulieri per$_{25}$ contractum$_{25}$ non potest aliam ducere. Honestas, que est propinquitas ex sponsalibus proveniens, eciam prohibet matrimonium, ut amicus sponsam amici non possit ducere. Affinis, ut conpater vel conmater, vel pater adoptivus, vel filia adoptiva, et sic de aliis, non possunt contrahere. Coire: i. e. inpotencia illa omnino prohibet matrimonium, quia non potest ad causam principalem, sc. ad prolem deducere. Crimen duplex inpedit matrimonium contrahendum et dirimit$_{26}$ contractum: primum est machinacio in mortem alicuius mulieris, vel e contra alicuius viri, cum in effectu sequitur mors, ut illam ducat in uxorem, vel mulier illum in virum; tales si contraxerint, sunt penitus separandi, 31 quest. prima 'Si quis vivente'; secundum crimen est adulterium, quando adulterantes prestant sibi fidem promittendo sive iurando, quod contraherent$_{27}$, seu de facto contrahunt.

Sunt eciam septem crimina, que inpediunt matrimonium contrahendum, sed non | dirimunt$_{28}$ contractum. Primum est incestus 32 quest. 7ª 'Si quis viduam' et caº 'Qui dormierit'. — 2um crimen est de illo, qui interficit ex malicia propriam uxorem 33 quest. 2ª 'Admonere' et caº 'Interfectores'. — 3um quando quis$_{29}$ rapuit sponsam alterius 27 quest. 2ª 'Statutum'. — 4um$_{13}$, quando quis insidiando matrimonio proprium filium de sacro fonte recipit$_{22}$, ut posset privare uxorem debito coniugali 30 quest. prima 'De eo'. — 5um, quando quis interficit sacerdotem, Extravag. De penitenciis et remissionibus <caº> 'Qui presbiterum'. — 6um solempniter penitens 33 quest. 2ª 'De hiis' caº 'Antiqui'. — 7um est, si quis monialem scienter uxorem capiat 27 quest. 1ª$_{30}$ 'Hii <ergo> qui' Omnes predictos casus ponunt Raymundus, Thomas, Altisidorensis, Petrus et eciam Hostiensis, preter ultimum, quem solus Hostiensis addit. | *I* *233 D*

In hiis tamen casibus, si timetur incontinencia, debet eis episcopus concedere licenciam nubendi articulo$_3$ 32 quest. 2ª 'Antiqui' et caº 'In adolescencia', Extravag. 'De eo, qui cognovit consangwineam'. Et secundum quod addit Vilhelmus, sufficit licencia proprii sacerdotis, ymmo quod de conswetudine non conservatur iste rigor petendi licenciam. De inpedimentis istis et aliis patebit infra a distinccione 32ª.

<5.> *Utrum Virgo Maria debuit virginitatem vovere?* Dicendum, quod sic. In ipsa enim debet apparere omnis perfeccio pertinens sexui muliebri. Virginitas autem in se est magna perfeccio et presertim voto firmata. Ideo beata Virgo vovit virginitatem propter perfeccionem consequendam.

---

[25]) *Codd.*: per ∞ contractum *in marg. ab* i^2. — [26]) *Codd.*: dividit *I.* — [27]) *Codd.*: contrahent *C*; contraxerunt *L.* — [28]) *Codd.*: dividunt *I.* — [29]) *Codd.*: aliquis *I.* — [30]) *Explicit MS. N fol. 44r.*

Sed diceres, matrimonium preferebatur virginitati in lege veteri, ergo tunc beata Virgo non debuit per votum ad inperfeccius se obligare. Dicitur negando consequenciam: ipsa enim fuit inicium
I prime et dignissime virginitatis || in sexu femineo, a qua debent
234 A singule virgines capere exemplum, ut virginitatem servent, pro qua coronam accipere cupiunt spiritualem[31].

<Distinccio XXXI.>

<1.> POst hec de tribus bonis[1], coniugii, que sint et qualiter coitum excusent, dicendum est . . .

Ista[2] *distinccio 31ª*, tractans de bonis matrimonii primo continet, quod matrimonii[3] triplex est bonum, sc. fides, proles et sacramentum. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum alio vel cum alia coeatur. In prole, ut amanter suscipiatur et religiose educetur. In sacramento, ut coniugium non separetur[4], et ne dimissus vel dimissa causa prolis alteri coniugatur.

2°, quod duplex est separacio, sc. corporalis et sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicacionis, dum alter eorum adulteratur, vel ex communi consensu causa religionis, sive ad tempus, sive usque ad finem vite. Sacramentaliter vero separari non possunt, dum vivunt, si legitime sunt coniuncti.

3°, quod tercium bonum coniugii dicitur sacramentum, non quod ipsum sit coniugium, sed quia eiusdem rei sacre signum est, i. e. spiritualis et inseparabilis coniunccionis Christi et ecclesie.

4°, quod, si in matrimonio non sit fides nec proles, nichilominus est matrimonium, sed sine sacramento esse non potest.

5°, quod non omnes, qui prolem recipiunt, bonum prolis habent, nam bonum prolis dicitur non ipsa proles vel prolis spes, que[5] ad religionem non refertur, sed ad hereditariam successionem[5], sed bonum prolis est spes ac desiderium, quod proles ad hoc queritur, ut[6] religiose informetur[7].

6°, quod coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conveniunt, si tamen aliquo modo malo prolis generacionem non vitent. Qui vero venena sterilitatis procurant, si ambo tales fuerint, non per connubium, sed per stuprum conveniunt, si autem[8] ambo non
I | sunt tales, aut illa | est meretrix mariti, aut ille adulter uxoris.
234 B

---

[31]) *I;* specialem *codd.* — [1]) *E, Lomb.; om. codd.* — [2]) *Codd.*: est *add. D.* — [3]) *CEP*; *ex corr. ABFl*; *male* matrimonium *KL.* — [4]) *Codd.*: separaretur *D*; *ex corr. F.* — [5]) *Codd.*: que ∾ successionem *om. E.* — [6]) *Codd.*: vel *I.* — [7]) *Codd.*: reformetur *BEKP.* — [8]) *I*; vero *codd.*

7°, quod qui aborsum procurant, tunc sunt homicide. quando puerperium (i. e. fetus) formatum est et animam habet et non ante.

8°, quod quando servata fide thori causa prolis coniuges conveniunt, sic excusatur coitus, ut culpam non habeat, quando vero causa incontinencie conveniunt, habet culpam venialem. et quando exigenti debitum redditur, excusatur a peccato.

<2.> Unde$_{9}$ pro aliquibus sunt$_{10}$ hii$_{9}$ *versus*:

Hic bona coniugii tria pono: fidem sobolemque
(i.e. que deficit in adulterio; i.e. que deficit in sterilibus)
Et$_{11}$ sacramentum$_{11}$; quod$_{11}$ manet$_{11}$ et$_{12}$ soboles$_{12}$ fides$_{12}$ in coniugio
Qui steriles fuerint per se, sine coniugio sint.
(i. e. solitarie)
Qui partum perimit animatum, dic homicidam.
(volens; iniquum$_{12}$)
Si pro prole cois tantum, vel debita reddis,
(i.e. causa prolis coniunx$_{12}$; tu$_{12}$; i. e.$_{12}$ iuxta$_{12}$ preceptum$_{12}$ Apostoli$_{12}$)
Non peccas; peccas$_{13}$ coeundo libidine victus,
(in matrimonio; superatus$_{14}$)
Quod gravius per se, fit coniugio veniale.
(sine matrimonio)
Est tamen in coitu mala delectacio semper,
Idque malum pene, non culpe dicimus esse.

<3.> Dubitatur: *Utrum matrimonium contractum inter scientes se*$_{15}$ *ineptos ab inicio ad prolificandum sit peccatum.* Hic potest distingwi, quia vel tales contrahunt matrimonium solum quoad cohabitacionem socialem, et tunc non est peccatum, aut ad conmiscendum, et tunc videtur esse peccatum. Quamvis enim secundum Augustinum in$_{9}$ 'De bono coniugali' tria sunt bona coniugii, sc. fides, sacramentum et proles, ut iam dictum est, intencio tamen prolificandi est per se causa matrimonii legitimi. Aliter enim possent viri et feminei sexus in$_{12}$ qualibet$_{9}$ etate$_{9}$ matrimonialiter copulari, || quia ex liga possent tempore necessitatis voto *I* sibi reciproce suffragari. Fides enim per se non rectificat matri- *234 C* monium, nec requiritur prolificacio actualis, sed oportet, quod sit intencio prolis procreande.

Ex quo videtur ulterius, quod multi peccant solempnisantes coniugium ineptorum ab inicio, quia consenciunt peccato, ut eciam contingit in matrimonio propter voluptates, exemplum Thobie 6° de coniugibus Sare, quos Asmodeus iugulavit, vel eciam in coniugio propter avariciam celebrato. Unde propter talia obstacula

---

[9]) *Codd.*: Unde ∞ hii *om. E.* — [10]) *Codd.*: *om. K.* — [11]) *Codd.*: *in marg. a* β^1. — [12]) *Codd.*: *om. B.* — [13]) *Codd.*: *in marg. ab* ι^1. — [14]) *Codd.*: *om. D; glossas prorsus om. EKL.* — [15]) *Codd.*: esse *add. E.*

extirpanda$_{13}$ fiunt banna triplici solempnitate in ecclesia promulgata. Unde debet dici fidelibus, quod omnes nubentes debent principaliter habere intencionem ad prolem ad honorem Dei et$_{16}$ multiplicacionem ecclesie legitime procreandum$_{17}$ et per consequens, quod debent evacuare affectum avaricie et voluptatis carnalis.

<4.> *Utrum solum concubitus matrimonialis possit a peccato excusari?* Hoc ergo duo innuit: Primum, quod concubitus matrimonialis potest a peccato excusari; 2°, quod nullus alius concubitus potest a peccato excusari. Et pro utraque parte questio est vera, ut patet ex litera presentis distinccionis.

Quoad primum patet, quia alias Dominus non preciperet, dicens Genesis primo et 9°: »Crescite et multiplicamini.« Est ergo concubitus coniugalis ad observacionem humani generis licitus et necessarius, modo tamen, loco et ordine et tempore debite observatis. Et attende, quod dico et ordine, nam quinque modis peccat maritus et uxor se invicem abutentes, videlicet:

Tempore et mente, loco, condicione, modo.

Modus enim naturalis communiter usitatus tenendus est et non alius, vasque naturale et instrumentum debitum ad huius operis | *I* exercicium sunt solum modo aptanda, ne quidquam | fiat illicitum *234 D* a coniugibus contra naturalem disposicionem. Nam secundum Augustinum libro De nupciis et concupiscencia usus contra naturam in coniuge magis est dampnabilis quam in meretrice.

Nec in tempore vetito eciam naturaliter conmisceri debent, hoc est tempore menstrui, vel puerperii, ut distinccione 5ª 'Ad enixe', nec in die festivo, quando vacandum est oracioni iuxta consilium Apostoli: »Nolite fraudare$_{18}$ invicem.«

Nec in loco sacro propter reverenciam Dei, quia: »Si quis »templum Dei violaverit, disperdet illum Deus«, 2ª Corinth. 3°.

Nec ex ardore libidinis nimis voluptuose, quia omnis amator vehemens uxoris proprie adulter est, sc. in quantum recedit ab amore Dei, vel quia forte similis est in qualitate peccati adultero, vel si amor huiusmodi preponatur amori Dei, peccatum est mortale, patet 32 quest. 4ª 'Origo' per Jeronimum et quest. 7ª ca°$_{19}$ 'Adulterii' per Augustinum.

Solus itaque concubitus matrimonialis servatis quinque condicionibus supradictis est licitus et legalis, et habet triplicem causam, que reddit ipsum penitus excusabilem vel saltim venialem, nam solius causa generacionis humane, aut causa nupcialis debiti persolvendi, vel causa fornicacionis vitande in alterutro concubitus coniugalis legaliter est permissus.

Prima est pietatis et iusticie causa, sc., si agitur causa prolis generande, nec est peccatum omnino cum sit divinum mandatum,

---

[16]) *Codd.*: ad *E.* — [17]) *Codd.*: *male* procurandum *I, sed ab* t[2] *inscrip.* cre-. — [18]) *Vulg.*: fraudari *codd.* — [19]) *Codd.*: *om. I.*

ut dictum est per illud Genesis 1° et 9°: »Crescite et multi-
»plicamini.«

2ª est humilitatis et obediencie, quando sc. agitur ex causa legali debitum persolvendi, secundum illud Apostoli prima Corinth. 7°: »Uxori vir debitum reddat, et uxor viro«, subdit causam, »quia mulier sui corporis potestatem || non habet«, etc. || *I* et e converso. Aliud tamen est exigere[20] ultra generandi necessi- *235 A* tatem ex malo concupiscencie, et aliud est reddere ex lege iusticie vel bono obediencie; istud enim nullius criminis est, cum sit legis. aliud autem a culpa non est inmune, est tamen veniale propter bonum nupciale, quod est tripartitum, ut iam dictum est.

3ª est securitatis[21] et cautele, quando sc. agitur ex causa fornicacionis evitande secundum illud Apostoli 1ª Corinth. 7°: »Propter fornicacionem unusquisque habeat suam uxorem« etc Sed hoc dicit Apostolus, celestis medicus, ut ibidem ait »se- cundum indulgenciam«. Unde sequitur in litera: »Dico autem non »nuptis, et viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicud[22] et[22] »ego[22] (sc. caste), quod si non continent, nubant«, et causam istius consilii adiungit: »Melius est enim nubere, quam uri.« — Glossa: 'Melius', i. e. securius est nubere legitime, 'quam uri', i. e. angi vel vinci desideriorum libidine.

<5.> Et pro ista distinccione actus coniugalis sunt hii *versus*:

> Quatuor ex causis tibi fit coniunccio carnis,
> libidinem fornicacionem prolem coniugii
> Ut saciet, vitet, ut gignat, debitum[23] solvat.
> Primum mortale, sed[24] alterum[24] fit[24] veniale,
> i. e. sine culpa
> Sed duo postrema sunt prorsus[25] sine pena.

Et nota, ubi dicitur in versu alterum fit veniale, hoc est intelligendum, si coit causa fornicacionis proprie vitande. Si enim coit causa vitande fornicacionis in altero, tunc non est peccatum, quia est quedam reddicio debiti. Unde si mulier sentit virum esse inclinatum valde ad coitum et timens, ne adulteraretur, conpaciendo sue fragilitati[26] ipsa eciam cum tedio offert se paratam, | ipsa ex hoc meretur. Similiter e contra[28] de viro est di- | *I* cendum. *235 D*

<6.> *Utrum causa delectacionis coire sit peccatum semper mortale*? Dicendum, quod non, nisi ibi sit effrenata delectacio, que efferatur extra bona matrimonii; aliqui tamen dixerunt oppositum.

---

[20]) *Codd.*: exire *I.* — [21]) *Codd.*: *ex corr. C*; *male* securitas *I.* — [22]) *Codd.*: *locus rasus E.* — [23]) *Codd.*: debita *E.* — [24]) *Codd.*: *om., sed* reliquum quoque sit *add. E.* — [25]) *Codd.*: omnino *E*; *glossas prorsus om. BEKL.* — [26]) *Codd.*: infirmitati *BEKP.* — [28]) *Codd.*: e converso *BEKP.*

Ex hiis omnibus patet, quod matrimonium habet aliqua bona excusancia actum coniugalem, ut est bonum prolis, reddicio debiti et vitacio fornicacionis et quamplura alia et presertim institucio divina, que dicit: »Crescite et multiplicamini.«

Ex hiis eliciat[29] consiliarius coniugum, quid attinet ad coniugalem[30] coitum, ut a crimine excusetur etc.[31]

<Distinccio XXXII.>

<1.> **Sciendum est eciam, quod cum in omnibus aliis vir[1] ...** Ista[2] *distinccio 32ª*, tractans de bono fidei in matrimonio, et sic de solucione debiti, primo continet, quod licet in omnibus vir presit uxori, ut caput corpori, in solvendo tamen carnis debitum pares sunt, nec viro, nec mulieri corpus suum licet alteri tradere, sed alter alterius corporis potestatem habet, nec poscenti[3] alteri licet negare debitum. — 2°, quod reddere debitum coniugale nullius est criminis; exigere autem ultra generandi necessitatem culpe est venialis, fornicari vel mechari puniendi[3] est criminis. — 3°, quod vir vel mulier continenciam Deo offerre non potest sine communi consensu, nec alter alteri negare debitum potest. — 4°, quod quibusdam videtur, quod mulier non discedens a domo viri, que viro permittente continenciam promisit, eo prohibente solvere non potest, et hoc propter dignitatem viri, qui est caput uxoris; sed melius hoc intelligitur, quando vir concedit uxori[4] vovere continenciam, vel ante votum inplere. Si vero habitum mutaverit, non potest revocari secundum illud: »Qui uxorem suam »velare permisit, aliam non accipiat, sed similiter convertatur[5].« — || *I* 5°, quod licet debitum poscenti || sit semper solvendum, non tamen
235 C quolibet die poscere debet, sicud in diebus processionum, ieiuniorum, festivitatum. — 6°, quod non solum in opere carnali, sed eciam in celebrandis nupciis tempora sunt servanda; non enim debet a septuagesima usque in octavam Pasce, et tribus ebdomadis ante festum S. Johannis Baptiste, et ab Adventu Domini usque post Epyphaniam nupcias celebrare; quod si factum fuerit, separentur, intellige quoad tempus in[6] penam, quia preceptum ecclesie contempserunt; matrimonium tamen stat.

---

[29]) *Codd.*: eligat *CM.* — [30]) *Codd.*: *male* iugalem *D.* — [31]) *I*; *om. codd.* Amen *add. C.* — [1]) *Codd.*: *om. I.* — [2]) *Codd.*: est *add. D.* — [3]) *Codd.*: *ex corr. I* — [4]) *Codd.*: *om. EKP.* — [5]) *Codd.*: convertitur *BEKP.* — [6]) *Codd.*: ad *E.*

<2.> Super hiis sunt hii *versus*:

in solvendo carnis$_7$
debitum
Vir mulierque pares sunt iuris condicione.
Infringit votum retinendi vir mulieri,
Atque viro mulier$_8$, si contraxerit alter.
coire humiliter ex precepto
Poscere si non vis, tunc reddendo mereris.
sc.$_7$ solempnis$_7$ ut ieiunii$_9$ sc.$_7$ nupcie$_7$ et exhibencia$_7$ debiti$_7$ ad tempus differenda$_7$
Sed festi causa sunt talia dissimulanda.

<3.> *Utrum alter coniugum teneatur coniugi petenti semper reddere debitum?* Dicendum, quod sic, salva tamen incolumitate persone proprie, quia ille, qui infirmatur, si timet periculum ex debiti reddicione, non tenetur reddere debitum. Petere autem debitum dupliciter contingit, sc. directe et interpretative. Directe, sc. verbo, actu vel amplexu. Interpretative vero per signa$_3$ aliqua, que fiunt in coniuge$_{10}$ verecunda, vel simulata, que fingit se esse meliorem, quam est. Et utroque modo petenti debitum est solvendum.

<4.> *Utrum alter coniugum sine consensu communi$_{11}$ possit vovere continenciam?* Dicendum$_{12}$: posset in casu, quo Deus ab eo hoc explicite postularet, nam apostoli ad manifestam vocacionem Domini | relictis uxoribus Dominum sunt secuti. | *I 235 D*

<5.> *Utrum autem Petrus, vel alius discipulus$_{13}$ Domini post ultimam vocacionem uxori debitum reddidit vel reddere debuit?* Christus$_{14}$ novit. Sine autem manifesta Dei$_{15}$ innuicione$_{16}$ vel postulacione dicitur, quod non potest vovere, quia vovere debet esse de propriis et de illis, in quibus homo habet potestatem; continencia autem coniugis iam non est in potestate$_{17}$ unius tantum, quia vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, nec e contra, ut dicit Apostolus. Ideo non potest unus sine consensu alterius se ad continenciam obligare.

<6.> *Utrum$_{18}$ petens debitum tempore sacro peccet mortaliter?* Distingwendum est, quia vel petit urgente stimulo ad evitandam fornicacionem illicitam, et sic non peccat mortaliter, plus tamen peccat, quam si in simili casu in feria postularet$_{19}$; vel 2° petit ad explendam libidinem, et tunc iterum distingwunt quidam, quia vel facit effrenate nimis, et sic peccat mortaliter, vel quia passus fuit inpulsum ad delectacionem, sed non effrenate, et sic non peccat mortaliter, sed venialiter. Reddens autem debitum non

---

[7]) *Codd.*: *om. BD; glossas prorsus om. EKL.* — [8]) *Codd.*: quod *add. E.* — [9]) *Codd.*: vel ieiuniorum *B.* — [10]) *Codd.*: coniugio *BEKP.* — [11]) *Codd.*: *om. M.* — [12]) *Codd.*: quod *add. BEKP.* — [13]) *Codd.*: apostolus *E.* — [14]) *Codd.*: deus *BEKP.* — [15]) *Codd.*: *in marg. ab* i^2. — [16]) *Codd.*: *pessime* in nucione *I.* — [17]) *Codd.*: continencia *M.* — [18]) *Incipit MS. N fol. 44v.* — [19]) *Codd.*: peteret *E.*

peccat, si facit ex obediencia legis, cum tedio, timens, ne delinquat$_{20}$ contra Deum.

<7.> *Utrum menstruate licet petere debitum*? Dicendum, quod non, propter periculum prolis, quia tunc concipiuntur strabones, gibbosi, claudi, monoculi, epileutici et demoniosi$_{21}$, sicud legitur dixisse S. Thomam Apostolum in sua legenda de coniugio, et sicud dicit Augustinus in quodam sermone De abstinencia coniugali, similiter et Jeronimus; et hoc est verum, cum sit conmixtio in fluxu naturali et eciam propter peccatum, quo homines peccant, sese mutuo abutentes.

I 236 A <8.> *Utrum menstruate* | *licet reddere debitum*? Dicendum secundum quosdam, quod non, primo propter mandatum Dei, de quo Ezechiel 18°, ubi dicitur »mulierem menstruatam non ac»cesserit«, 2° propter periculum prolis. Quidam autem dicunt, quod debet reddere, sed primo debet monere et precibus resistere, non tamen ita fortiter, ut sit occasio fornicandi. Unde, quia reddere debitum est preceptum affirmativum, ad iusticiam commutativam pertinens, ideo obligat semper, sed non ad$_{15}$ semper$_{15}$ nec pro semper, sed quando potest actus esse debite circumstancionatus. Unde, si constat coniugi manifeste de adulterio sui coniugis, ipsa manente casta, ipsa non tenetur reddere debitum; 2°, quando obligatur maiori vinculo ad non reddendum, ut si vergat in vite proprie corrupcionem, tenetur enim plus se diligere; 3° si timet extinccionem fetus, et 4° tempore menstrui, quia Levitici 18° non sine causa accedens ad mulierem menstruatam debuit mori; et mors non infligebatur secundum legem, nisi pro peccato mortali.

Ecce, quante sunt brige in matrimonio; ergo virginitas sit benedicta.

<Distinccio XXXIII.>

<1.> **Queritur hic de antiquis patribus, qui plures simul leguntur habuisse uxores vel concubinas . . .**

Ista est$_1$ *distinccio 33ª*, que secundum aliquos incipit ibi superius: Nec solum in opere carnali observanda sunt tempora. Et sic incipiebat distinccionem ille, qui fecit metra, ut patebit infra in versibus.

Continet autem ista distinccio iuxta presentem incepcionem primo, quod a principio generis humani tantum una mulier

---

[20]) *I*: delinqueret *codd.*; *ex corr. CF*; derelinqueret *BK.* — [21]) *Explicit MS. N fol. 44v.* — [1]) *Codd.*: *post* distinccio *M*; *om. IB.*

uni viro tantum$_2$ in matrimonio iungebatur, et tunc fratres sororibus iungebantur, quia non erant alie mulieres | vel viri, quibus Ade filii vel filie iungerentur. *I 236 B*

2° quod primus omnium Lamech legitur habuisse simul duas uxores, et hoc in eo arguitur, quia pro explecione carnalis voluptatis illud fecisse perhibetur.

3°, quod sicud cibus est ad salutem hominis, sic est concubitus ad salutem generis humani, et uterque non est sine delectacione carnali, que tamen modificata per temperanciam, in usum naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem in sustentando vitam est cibus illicitus, hoc est in querenda prole fornicarius vel illicitus concubitus, et quod est in cibo licito inmoderatus appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille concubitus$_3$.

4°, quod sicud non est inpar meritum paciencie in Petro, qui passus est, et in Johanne, qui passus non est, sic non est inpar meritum continencie in Johanne, qui nullas expertus est nupcias, et in Abraham, qui filios genuit. Nam illius celibatus$_4$ (i.$_4$ e.$_4$ castitas) et istius connubium$_4$ (i.$_4$ e.$_4$ matrimonium) pro temporum distribucione Christo militaverunt. Sed continencia$_5$ (i.$_5$ e.$_5$ potencia) Johannis in opere, Abraham in solo habebat habitu. Melior autem est castitas$_5$ (i.$_5$ e.$_5$ castorum) celibum, quam nupciarum, quarum unam Abraham habebat$_5$ (i.$_5$ e.$_5$ potencia) in usu et ambas in habitu.

5°, quod tempore legis Moysi interdixit copulam carnalem cum matre, cum noverca, cum sorore, cum nepte, cum amita$_6$, cum matertera, cum nuru etc., permisit autem divorcium fieri dato libello repudii, in quo vir scribebat causas, pro quibus uxorem repudiabat$_7$. Permisit$_8$ eciam aliam ducere dato libello priori$_9$ (uxori$_{10}$), quod propter duriciam cordis eorum Christus permissum dicit. || *I 236 C*

6°, quod in lege multiplicacio uxorum generaliter prohibita est, permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare.

7°, quod veniente tempore plenitudinis, quo Christi gracia ubique est dilatata, reducta est lex nupciarum ad priorem et [in$_{11}$]honestiorem institucionem, ut una uni in figura Christi et

---

[2]) *Codd.*: *om. BE*; *in marg.* $\varkappa^2$.

[3]) Propere laute nimis ardenter studiose
1 Regum 14° Num. 11° Ezechiel 16° Gen. 27° 1 Regum 2°
Mel Jonatas Carnes heremus panes Sodomite Leus Ezau Finees arguit olla cibum

Codd. in marg.: *in textu I, in L post versus memoriales.* — [4]) *Codd.*: *in textu BCEFKP*; *om. D.* — [5]) *I*; *in textu CM*; *om. codd.* — [6]) *Codd.*: amica *BEIKP.* — [7]) *Codd.*: repudiaret *M.* — [8]) *Codd.*: *ex corr I.* — [9]) *Codd.*: priore *EKP.* — [10]) *AIL*; *om. DF*; *in textu C*; sc. *add. BEKP.* — [11]) *Codd.*: *om. E.*

ecclesie iungatur, et virginitas fecunditati preferatur et sacerdotibus continencia indicitur.

8°, quod melior est virginitas mentis quam carnis$_{12}$.

9°, quod »sicud sanccius est mori fame, quam vesci ydo-
»latria, ita sanccius est mori sine liberis, quam ex illicito coitu »stirpem querere«, dicit Augustinus.

10°, quod undecunque nascuntur homines, si parentum vicia non$_{13}$ secuntur$_{14}$ et Deum recte colunt, honesti sunt et salvi erunt.

<2.> Et pro aliquibus horum sunt hii *versus*$_{15}$:

Seiungi$_{16}$ debent, quos quadragesima iungit.$_{16}$
Abraham, Booz$_{17}$
Plures uxores habuere patres sine culpa
multiplicande
pro$_{18}$ divino$_{18}$ servicio$_{18}$
Utentes ipsis causa tantum modo prolis;
sc$_{18}$ quoad$_{18}$ premium$_{18}$
essenciale$_{18}$ maritus$_{18}$
Sunt idcirco pares Abraham vir, virgo Johannes.
vetus
et nova habendi uxores
Sed lex quando datur, conswetudo variatur.
Virginitas$_{8}$ dignitate
Integritas mentis carnis preit integritatem$_{19}$.

Nota$_{20}$, quod$_{21}$ primus versus deservit alteri divisioni, et iuxta divisionem hic positam ille versus pertinet ad finem precedentis distinccionis$_{20}$. |

I 236 D <3.> Dubitatur, *an fuit antiquis licitum habere*$_{22}$ *plures uxores*. Dicendum, quod sic, non secundum se, sed ex divina dispensacione, sc. propter multiplicandum genus$_{17}$ humanum ad divinum cultum, quando sc. pauci erant fideles, et secundum succ-
i.$_{23}$ e.$_{23}$ divini$_{23}$ cultus$_{23}$
cessionem sangwinis erat successio religionis.

<4.> *Utrum habere plures uxores sit contra ius naturale*? Dicendum$_{24}$, quod si ius naturale$_{24}$ dicatur, quod continetur in lege et in ewangelio, vel ius naturale, quod dictat racio naturalis, tunc dicendum est, quod sic, quia et lex et racio$_{24}$ naturalis dictat, quod non facias alii, quod tibi non vis fieri; vir autem nollet, quod uxor haberet plures viros, et ideo nec ipse secundum illud ius debet habere plures uxores. Sed si ius naturale dicatur illud, quod natura concedit brutis animalibus, sic non est contra illud ius naturale. Unde et natura indidit avibus, quod unus mas uni

---

[12]) *Codd.*: corporis *CM.* — [13]) *Codd.*: *om. CM.* — [14]) *Codd.*: sectantur *E.* — [15]) *Codd.*: unde versus *add. K.* — [16]) *Codd.*: Seiungi ∾ iungit *in marg. a* β^2. — [17]) *Codd*: *om. I.* — [18]) *Codd.*: *om. B; omnes glossas om. EKL.* — [19]) *Vide annot. 3am.* — [20]) Nota ∾ distinccionis *in marg. E.* — [21]) *Codd.*: iste *add. E.* — [22]) *Codd*: simul *add. E.* — [23]) *AHIL*; *in textu C*; *in marg. M*; *om. codd.* — [24]) *Codd.*: Dicendum ∾ naturale *in marg. ab* t^2; *om. M.*

femelle societur, dans exemplum hominibus, ut si volunt evolare alcius, societatem in matrimonio teneant unitatis.

Hinc est eciam, quod contra ius naturale est habere concubinam, cum ius naturale dictet, quod nullus debet accedere, nisi ad suam. Racio est[25], quia accedere ad concubinam repugnat bono prolis, cum bonum prolis non solum est eius procreacio[26], sed eciam educacio et instruccio. Concubine autem frequenter bonum prolis, ut procreacionem inpediunt, vel procreatam prolem interimunt, vel a se proiciunt et omnino ad legem Dei non instruunt, cum concubinis magis est intendere[27] de actu libidinis et questu, quam de honore Dei et prolis sanctificacione. — Exinde ulterius conicitur, quod numquam fuit licitum habere concubinas, nec umquam fuit dispensatum. Unde ille, que dicuntur fuisse concubine sanctorum || patrum, fuerunt uxores eorum, sed dicebantur *237 A* concubine, quia non recipiebantur ut socie quantum ad dispensacionem et regimen familie, et quia nascebantur eis filii non nomine suo, sed nomine dominarum. || *I*

<5.> *Utrum tempore legis licebat repudiare uxorem*? Dicendum, quod non, ut quidam dicunt. Unde peccabat, qui uxorem non adulteram repudiabat, sed tamen lex permittebat hoc, quia non puniebat repudiantem. Hoc autem erat propter maius malum vitandum[28], sc. uxoricidium. Et ista opinio est communior Aliqui tamen dicunt, quod cum lex ostenderet peccatum, si peccatum esset tunc repudiare uxorem, quod ostensum esset Judeis, vel per legem, vel per prophetas, et ideo[29] dicunt isti, quod tunc non fuit peccatum repudiare uxorem, et hoc propter divinam dispensacionem.

<6.> *Utrum uxori repudiate licebat ducere alium virum*? Dicendum, quod non, secundum illos, qui dicunt, quod peccatum esset repudiare uxorem, quia vinculum matrimoniale adhuc stabat inter repudiatam et repudiantem et non licebat uxori habere viros plures; vir tamen poterat aliam ducere, quia[8] licebat ei habere plures uxores ex divina dispensacione. Secundum eos autem, qui dicunt, quod tunc sine peccato licebat repudiare uxorem, uxor poterat alium ducere, quia solutum erat matrimonium ex divina dispensacione inter ipsam et virum

<7.> *Utrum virginitas sit melior matrimonio*, loquendo de virginitate, que est incorrupcionis carnalis perpetua meditacio[8] Et non est dubium, quin ista sit, cum illam Mater Christi et ipse Christus elegerint et concorditer sancti doctores virginitatem matrimonio preferunt. Dicit tamen Petrus 4° principali questione 2ª, quod »virginitatem coniugio comparare contingit aut secundum »idem[30] tempus, aut secundum diversa tempora. Si secundum | *I* *237 B*

---

[25]) *Codd.*: *om. BEKMP.* — [26]) *Codd.*: procuracio *male I, sed ab* ι^2 *inscrip.* cre-. — [27]) *Codd.*: attendere *E.* — [28]) *Codd.*: evitandum *M.* — [29]) *Codd.*: *inscrip. ab* ι^2. — [30]) *Codd.*: id *B;* illud *EKP.*

»tempus antiquum, sic coniugium melius erat, aut secundum »tempus novum, sic virginitas est melior. Si secundum diversa, »sic equantur, quia utrumque fuit optimum in tempore suo. Unde »celibatus Johannis non prefertur coniugio Abrahe.« — Hec Petrus.

Sed Bonaventura 2° principali questione 2ª dicit: »In virginitate est considerare habitum, statum et decorem inte»gritatis. Quantum ad habitum, habent se ut excedencia et ex»cessa, quia ex maiori virtute potest continere eciam coniugata »quam virgo et e contra. Sed quantum ad decorem, sic semper »virginitas prefertur continencie coniugali, quia in illa est corrupcio »feda, in virginitate incorrupcio sancta.«

Sed quantum ad statum, utitur distinccione Petri etc.[31]

<Distinccio XXXIV.>

<1.> **NUnc superest attendere, que persone sunt legitime ad contrahendum matrimonium . . .**

In precedenti distinccione determinatum est de bonis matrimonialibus, que sunt matrimonii causa finalis. In ista incipit tractacio de personis contrahentibus, que sunt matrimonii causa materialis.

Continet autem ista distinccio primo, quod persone ad contrahendum matrimonium quedam sunt plene legitime, quedam$_1$ omnino$_1$ illegitime$_1$, quedam medie. Legitime sunt, quibus non obviat votum continencie, vel ordo sacer, vel cognacio, vel disparitas cultus, vel condicio, vel nature frigiditas. Penitus vero illegi- ‖ *I* time sunt per votum, per ‖ ordinacionem, per cognacionem, per$_2$ *237 C* disparem$_2$ cultum$_2$. Medie vero sunt nec plene legitime, nec omnino ut$_3$ servus$_3$ et$_3$ libera$_3$ illegitime per frigiditatem, vel condicionem.

2°, quod si vir est$_4$ frigide nature, in tantum, quod uxorem non posset cognoscere, maneant ut frater et soror; quod si ipsa vult filios habere, uterque eorum$_5$ dextra manu iurent, se numquam fuisse vel potuisse effici una caro per conmixtionem carnis. Et ex$_2$ tunc mulier potest contrahere cum alio, ipse vero nullo modo, quod si contraxerit, secundum coniugium est separandum et priora coguntur recipere connubia.

---

[31]) *Codd.*: *om. Cl*, sequitur de legittimis personis *add CM.* — [1]) *Codd. om. E* — [2]) *Codd.*: *om BEKP.* — [3]) *IM*; *in textu codd.*: *in marg. a* δ^1, ζ^2, $\varkappa^2$ *om. BL.* — [4]) *Codd.*: esset *BEKP* — [5]) *Codd.*: ipsorum *BEKP.*

3°, quod si vir uxorem acceperit et habuerit[6] aliquo tempore, et ipsa dicit, quod nunquam cognovit eam, et vir dicit se coisse cum ea, viri est standum dicto, quod intellige, supple, nisi mulier per aspectum corporis sui probet virum esse mentitum.

4°, quod si coniuncti per matrimonium aliquo maleficio carnaliter[7] conmisceri nequeunt, possunt separari et aliis coniungi, quibus viventibus non valent ad invicem copulari. Nota, quod hoc non tenetur, sicud eciam dicit Magister. Unde si possent conmisceri, primum matrimonium staret, non secundum.

5°, quod furiosi, dum sunt in amencia, contrahere non possunt

6°, quod copulati legitime per matrimonium, ex quo carnaliter fuerint conmixti, quidquid eveniat[8] alteri eorum, vel ambobus, sive lepra, sive furor, sive seccio, separari non possunt

7°, quod si quis cum duabus sororibus dormierit, neutram potest habere in uxorem; quod si una ducta eciam aliam cognoverit, proprie uxori non licet debitum reddere, si vir incestum commisit[9] de consensu uxoris, alias non; et ea mortua aliam non potest ducere in uxorem, sc. adulteram.

<2.> Unde[10] *versus*:

Rupit[11] coniugium de frigiditate maritum
Convincens mulier, et ei conceditur alter.
sc.[12] ante[12] contractum[12]
Ac incantati poterunt[13] aliis sociari.
Amens contrahere non[14] quit[14], si vero facit, stat.
Uxoris proprie videtur si soror a te,
Tu nunquam nubes, nec nupte debita reddes.
Ipsa potest alii te defuncto sociari.
Membrorum macula connubia solvere[15] non quit.

<3.> *Utrum frigiditas impedit matrimonium?* Dicendum, quod sic, si sit perpetua. Cum autem debet videri, an sit perpetua, statuit ecclesia[13] ad cognoscendum tempus triennii infra quod debent operam bona fide dare operi carnali, et si infra illud tempus convenire non potuerint carnaliter, poterunt separari. Ille autem, ex cuius parte assignatur inpedimentum, erit absque spe coniugii Si autem contrahat cum aliqua et illam cognoscat, cogetur redire ad primam, quia ecclesia[17] fuit decepta. nec fuit inpedimentum perpetuum. Excusatur autem ibi ecclesia ignorancia facti, sed non iuris. Unde ecclesia, i. e. minister[18] ecclesie in hoc noc peccat, nec in hoc committit se discrimini, quia probabiliter credebat ita esse ex deposicione testium et coniugum iuramento.

---

[6]) *Codd.*: habuit *CEKP.* — [7]) *Codd.*: corporaliter *BEKP.* — [8]) *Codd.*: conveniat *M.* — [9]) *Codd.*: comiserit *E.* — [10]) *Codd.*: *om. MC.* — [11]) *Codd.*: *ex* rapuit *corr.* rupit *B*, rapit *male EKP. a rubr.* rumpit *I.* — [12]) *Codd.*: *om. BDEK.* — [13]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [14]) *Codd.*: nequit *BEKP.* — [15]) *Codd*: *inscrip. ab c*[2]. — [16]) *Codd.*: *ex corr. I*; *in marg. a* δ[2]; poterunt *C*; potuerunt *F.* — [17]) *Codd.*: *male* eciam *CI.* — [18]) *Codd.*: ministri *EK.*

Et sciendum est hic secundum Altisidorensem, quod duplex est inpotencia coeundi, sc. naturalis et accidentalis[19].

Naturalis est triplex, vel racione frigiditatis, vel defectu etatis, vel artacione mulieris vasis, que si scitur ante contraccionem matrimonii, eciam si post ei non possit subveniri, inpedit matrimonium contractum. Si vero post contraccionem scitur, tunc, si successione temporis potest alicui eorum subveniri, stat matrimonium. Si non, tunc taliter inpedimentum habens maneat in perpetuum[20] sine spe coniugii, alter vero nubat, cui vult, tantum in Domino.

Accidentalis[21] autem inpotencia fit dupliciter, vel per castra-
1 cionem, et sic dirimit, si precedit || matrimonium; si post matri-
238 A monium sequitur, tunc manet; 2° per maleficium, quod si est perpetuum respectu omnium mulierum, tunc inpedit contrahendum et dirimit contractum. Sed[40] quia hoc raro accidit, eo quod inpressio demonis in ymaginacionem viri vix potest esse respectu omnium mulierum, ut omnino detestetur quis omnes, ideo, quia fit respectu alicuius et non respectu omnium, tunc, si potest subveniri maleficiato per oracionem, debet conmanere[23] illi, respectu cuius est maleficiatus. Si autem oracionibus et devocionibus et medicinis non potest subveniri ei, posset[13] autem per[24] invocacionem demonis infestantis, tunc, quia invocacio demonum est simpliciter prohibita, a tali subvencione[25] est cessandum, et taliter maleficiato[13] datur licencia contrahendi cum alia, non autem frigido, qui est simpliciter inpotens ad omnes. Illa vero mulier, respectu cuius est maleficiatus[13], habebit simpliciter licenciam[24] contrahendi cum alio, sc. ordinando[26] si ipsa non fuerit scienter in culpa maleficii. Si vero placuerit ei[15], maneat cum maleficiato[13], serviens[27] in continencia[28] Deo suo[47].

<4.> *Utrum incestus, quo quis cognoscit consangwineam uxoris, inpedit matrimonium?* Dicendum, quod sic, si precedat contractum matrimonii, eciam post sponsalia, quia[13] contrahitur per incestum affinitas ad illam, que debebat esse uxor. Si autem consequitur matrimonium contractum, ille, qui commisit incestum, non debet debitum petere[29], sed reddere tenetur petenti.

Pro quo sciendum, quod sicud[24] in aliis sacramentis, sic in matrimonio sunt duo, sc. quedam de solempnitate, sc. que inpediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum,
1 sicud incestus, uxoricidium sine machinacione | in alteram, rapina
238 B aliene sponse, suscepcio proprie prolis de sacro fonte ad insidiandum matrimonio, interfeccio presbiteri, solempnis penitencia de quocunque crimine, quamdiu durat. Sed hec dirimunt iam contractum, cum adulter, vel adultera in mortem legitimi machinata est, ut post

---

[19]) *Codd.*: actualis *BEKP.* — [20]) *Codd.*: eternum *E.* — [21]) *Codd.*: *male* actualis *BEKP.* — [22]) *In marg.* nota o ostuzení *ab* ε^1. — [23]) *Codd.*: *male* comare *B, locus omissus E.* — [24]) *Codd.*: *in marg. ab* ι^1. — [25]) *Codd.*: invocacione *E.* — [26]) *FI; in textu CLM; om. codd.* — [27]) *Codd.*: serviens ∞ suo *om. M.* — [28]) *Codd.*: con- *om. I.* — [29]) *Codd.*: reddere *M.*

invicem contraherent; 2° cum adulter et adultera prestant sibi fidem vivente legitimo coniuge, quod post mortem contrahent invicem; 3° cum de facto contrahunt vivente marito; hoc tamen tenet utroque sciente inpedimentum et in$_{30}$ hiis solus papa potest dispensare.

Unde sufficiencia inpedimentorum matrimonii posset sic capi$_{31}$, nam dirimens matrimonium repugnat consensui aut personarum legitimacioni.

Si primum, hoc est dupliciter, secundum quod duo sunt de esse consensus, sc. scire in quid consentire et velle consentire; et hec tolluntur per errorem, i. e.$_{32}$ ignoranciam persone, cum Petro subponitur Margaretha pro Katherina, vel Katherine apponitur$_{33}$ Petrus pro Johanne; 2° per coaccionem violentam

Si vero repugnat personarum legitimacioni, hoc est dupliciter, quia vel tales simpliciter inpediuntur ab actu contrahendi propter simpliciter inpotenciam reddendi debitum et solvendi id$_{34}$, propter quod fit contractus, et sic est inpotencia coeundi; vel respective, et hoc dupliciter, quia vel ad se, vel ad alios.

Si ad se, hoc dupliciter, vel propter se et sic propter obligacionem matrimonialem, quia unus iunctus est uni, non valens contrahere pro tunc cum altera propter ligacionem matrimonii, vel propter indebitam coniunccionem ad ipsam prius facta[m], et sic inpedit crimen adulterii prius facti, sc. ex condicione post contrahendi; vel propter alios, et hoc quadrupliciter, vel propter Deum, ‖ *I* et sic est dispar cultus, vel ex propinquitate | duarum personarum *238 C* secundum se, et sic est cognacio, vel racione tercie, et hoc dupliciter, quia vel illa est in matrimonio iuncta, et sic est affinitas, vel per sponsalia tantum, et sic est$_{35}$ iusticia publice honestatis.

Si ad alios, hoc dupliciter, vel quia libere non potest reddere debitum, quod tamen oporteret, si contraheretur sub estimacione libertatis, et sic est condicio servitutis; vel quia propter obligacionem alteri non potest licite reddere, et sic sunt ordo, obligans ad perpetuam continenciam ex suscepto officio, et votum solempniter emissum, obligans ex$_{36}$ fide$_{36}$ facta Deo

<5.> Pro hiis iam$_{37}$ dictis sunt hii *versus*:

Error, condicio, votum, cognacio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hec socianda vetant, connubia facta retractant.

Et isti versus sunt superius declarati plenius$_{37}$ circa distinccionem tricesimam etc.$_{38}$

---

[30]) *Codd.*: *om. BEKP.* — [31]) *Codd*: accipi *BEKP.* — [32]) *Codd.*: per *add. D.* — [33]) *Codd.*: supponitur *EKP.* — [34]) *Codd.*: illud *BCEKP.* — [35]) *Codd.*: *om. D.* — [36]) *Codd.*: *om. BEP; ex corr. a* x[2]. — [37]) *Codd*: iam ∞ plenius *om., sed* patent circa distinc. tricesimam *add. BEKP.* — [38]) *Codd.*: *ab* t[1] *add.*

<Distinccio XXXV.>

<1.> **Hoc[1] eciam notandum est, quod cum Dominus concedit dimittere[2] uxorem causa fornicacionis viro, eadem licencia non tollitur[3] feminis . . .**

Ista est *distinccio 35ª*, tractans de inpedimentis contractum matrimonii sequentibus et incidentaliter concurrentibus. Et primo continet, quod Dominus concessit viro uxorem dimittere, cum fornicata fuerit, et hoc si ipse non fuerit fornicatus, et sic separatus ipsa vivente non poterit alteram[4] ducere, et quod potest eam sibi reconciliare et cum ea iterum manere; et eadem regula conceditur mulieri. — 2°, quod vir non potest ducere in uxorem, quam prius polluit per adulterium, si in mortem viri fuerint machinati, vel si | *I* ipse viro vivente fidem dedit adultere, quod eam duceret, | si super- *238 D* viveret.

<2.> Unde[5] *versus*:

Ire potest[6] coniunx[6] a[6] coniuge, vir muliere,
Atque viro mulier, quando mechabitur alter.
Ambo si peccent, neuter discedere debet.
Discedens rite redeat vel contineat se
Dimissam recipere[7], si peniteat caveatque.
Peccat, qui retinet et recipit, nisi cesset.
Nubere mecha nequit mecho, si coniuge vivo
Voverit aut mortem promoverit ipsa mariti[8],
Si neutrum fecit, sed penituit, bene nubit.

<3.> *Utrum liceat viro uxorem dimittere causa fornicacionis?* Dicendum, quod sic, sc. quoad thorum per se et quoad habitacionem, et hoc cum iudicio ecclesie. Fit autem dimissio huiusmodi in penam fornicarie et in favorem illius, qui fidem servat; et in signum, quod anima peccans a sponso legitimo, Christo, per crimen quoad cohabitacionem gracie separatur et quod non est digna[9] reaccipi, nisi per penitenciam humilietur et satisfaciat sponso suo.

Sunt autem plures casus, in quibus non licet uxorem adulteram viro dimittere vel accusare, qui per ordinem tanguntur in Summa de casibus libro 4° ca° 'De divorciis propter fornicacionem' et ponit S. Thomas questione prima articulo primo:

Primus, si uterque fuerit fornicatus et convinctus; illum tangit Magister[9] in litera per Augustinum;

---

[1]) *Codd., Lomb.*: hic *M* — [2]) *E, Lomb.*: *om. codd.* — [3]) *Codd.*: a *add. E.* — [4]) *Codd*: aliam *E.* — [5]) *Codd.*: *om. BCFLM.* — [6]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [7]) *Codd.*: *male* recipe *E.* — [8]) *Codd.*: *ex corr. B*; marito *CDEKP.* — [9]) *Codd.*: recipi et *add. BEKP.*

i.$_{10}$ e exponit$_{11}$ voluntarie ad fornicandum$_{10}$

2us, si vir uxorem prostituit;

3us, si ipsa credidit probabiliter virum mortuum et nupsit alii, quia maritus rediens tenetur eam recipere non obstante tali adulterio, nisi fuerit cum secundo marito scienter, postquam venit primus;

4us, si cognita fuit$_{12}$ latenter || ab alio, quem credebat esse suum; *239 A*

5us, si fuerit vi oppressa; hoc tamen intelligendum est de vi absoluta, nam si metu, vel precepto parentum, instancia consanguineorum, vel alia consimili causa fornicaretur cum aliquo, contrahendo cum illo, de facto non excusaretur;

6us, quando reconciliavit sibi eam post commissum adulterium, vel publice adulterantem retinet in consorcio maritali.

7us est, si in infidelitate matrimonio contracto vir repudiaverit uxorem et uxor alteri nupserit, tunc enim, si uterque convertatur, tenetur eam vir recipere non obstante, quod sit ab alio cognita, cui se coniunxit, nisi aliter$_{6}$ fuerit fornicata.

<2.> *Versus*$_{13}$:

i.$_{14}$ e. violencia$_{14}$ supple$_{15}$ pro$_{15}$ simpliciter,$_{14}$ dicta$_{14}$ adulterio$_{15}$ — fornicacio utriusque — si crediditeum mortuum

Fraus, vis, consensus, par crimen, mors opinata,

i. e.$_{14}$ reconciliacio$_{14\ 16}$

Pax et baptisma cogunt mecham retineri$_{17}$.

<3.> Et sciendum secundum Thomam quest. prima articulo primo, quod si vir dimittit uxorem propter vindictam, peccat; si autem ad infamiam cavendam, ne particeps criminis videatur, vel ad corrigendum vicium uxoris, vel evitandum incertitudinem prolis, non peccat. Item propter vicium contra naturam potest procedi ad divorcium, quamvis non sit mencio de ipso. Sepe enim viri, et presertim inpotentes, turpiter abutuntur mulieribus, quorum turpitudo est multo gravior, quam foret adulterum vel adulteram tolerare.

<4.> *Utrum vir iudicio proprio possit dimittere uxorem fornicariam*? Dicendum$_{18}$, secundum Parisiensem quest. 2^{a} quod in matrimonio sunt tria: sc. obligacio ad vinculum, ad thorum et ad cohabitacionem. Quantum ad vinculum non potest dimittere uxorem, nec per se, nec per ecclesiam. Quoad thorum, bene potest sine preiudicio ecclesie negare debitum. Et hinc quoad primum dicit S. Thomas quest. 3^{a}, quod post divorcium manet inter viventes coniugale vinculum, quod nec separacio, *I I 239 B*

---

[10]) *DFIM*; id ∾ fornicandum *in textu BCEKLP.* — [11]) *Codd.*: exposuit *BCEK.* — [12]) *Codd.*: fuerit *BEKMP.* — [13]) *Codd.*: *ante* Unde *add. DK.* — [14]) *Codd.*: *in marg. a* γ^{1}. — [15]) *Codd.*: *pessime in textu.* — [16]) *Codd.*: reconciliantem *I.* — [17]) *Codd.*: retinere *BDEKLP.* — [18]) *I;* quod *add. codd.*

nec cum alio coniunccio potest aufferre; ideo uxor post divorcium non potest ad aliam copulam transire viro vivente; potest tamen continenciam vovere viro invito. Unde 1ª Corinth. 7°: »Precipio[19] »non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quodsi »discesserit, manere innuptam.« Racio vero huius est, quia alias divorcium esset causa adulterandi, si posset ad aliam transire copulam, et sic divorcium, quod factum est ad conpescendum adulteria, multiplicaret ea. Patet eciam ex eo, quod matrimonium est indissolubile vinculum, quod homo non potest solvere.

Patet ergo, quod vir proprio iudicio potest dimittere uxorem fornicariam, quantum ad conmixtionem carnalem, ut dicit Bonaventura, Thomas et Parisiensis, sed non quoad habitacionem, et quoad hoc dicit Nicolaus papa 33 quest. prima: »Non liceat[20] alicui sua auctoritate uxorem suam dimittere«, sc. quantum ad cohabitacionem.

<Distinccio XXXVI.>

<1.> Nunc de condicione videamus, an valeat[1] coniugium dividere[2] . . .

Ista[3] *distinccio 36ª*, tractans de inpedimento matrimonii intercidente propter ignoranciam servilis condicionis, primo continet, quod si quis ingenuus contraxerit cum ancilla, quam nesciebat esse ancillam, vel ingenua cum servo, quem nesciebat[4] servum, libere potest dimittere et cum alia vel alio || contrahere. Si vero *239 C* servitus sciebatur, matrimonium indissolubile permanebit. — 2° continet, quod si servus contrahat cum ancilla et e converso, eciam si sint diversorum dominorum, legitimum est matrimonium, si fiat de consensu dominorum. Eciam quodam modo videtur inter eos posse fieri coniugium dominis ignorantibus. — 3°, quod si liber duxit liberam et ipse efficitur servus, non propter hoc dirumpitur[5] matrimonium, nec ipsa est in servitutem redigenda. — 4°, quod pueri ante 14 annos et puelle ante 12 annos secundum leges matrimonium[6] inire nequeunt; quod si inierint, separari possunt, quamvis voluntate et assensu[7] parentum fuerint coniuncti; supple, nisi ante se carnaliter cognoscant, quia tunc malicia supplet etatem; quod si in coniunccione, quam ante annos pubertatis fecerunt, post[8] dictos annos volunt[8] permanere, iam ex hoc efficiuntur con-

---

[19]) *Codd.*: inquit Paulus *add. E.* — [20]) *DFIL*: licet *codd.* — [1]) *Codd.*: *om. EKP.* — [2]) *Codd.*: possit *add. E.* — [3]) *Codd.*: est *add. D.* — [4]) *Codd.*: esse *add. BCEKP.* — [5]) *Codd.*: dirimitur *E.* — [6]) *Codd.*: intrare et *add. BEKP.* — [7]) *Codd.*: consensu *BEKP.* — [8]) *Codd.*: *ex corr. I.*

iuges et deinceps nequeunt separari. — 5°, quod sponsalia ante septimum annum contrahi non possunt; solo enim consensu contrahuntur[9], qui intervenire non potest, nisi ab alterutra parte intelligatur, quid inter eos agitur.

<2.> Super hiis sunt hii[10] *versus*:

Te si condicio fallit, si vis, revocato.
i. e. revoca[11]
Unius ancilla[12] si nubat[12] alius,
Stabit coniugium cum servicio[8] dominorum.
i. e. alterius[11] domini[11] servo[11]
Si post contractum per te sis servus, ob hanc rem,
Nec servam facere, nec linquere[13] quis mulierem[15]
i. e. potes[14]
Certum tempus habent sponsalia coniugiumque,
Quod nisi servetur, revocari potest[16] utrumque.

<3.> *Utrum error condicionis impedit matrimonium?* Et Magister ostendit, quod sic. Vocatur autem in proposito error condicio is ignorancia servitutis in libero vel libera de persona contrahente, quam credit liberam, ut si aliquis liber vel | libera *I*
credit se matrimonium contrahere cum libera vel libero et con- 236 *D*
trahit cum serva vel servo.

Pro quo sciendum, quod aliquis est servus perpetuus in vita presenti, ut empticius[8] vel per bellum acquisitus. Unde servus dicitur a servo, -as, -vi[17], quia olim in bello capti, cum iure possent occidi, servabantur et fiebant subditi servituti. Unde servus sic dicitur ex condicione servitutis. Alius autem est servus ex voluntate propria, pro dato tempore ad servicium obligatus. Et 3° dicitur eciam verus heres servus iuxta illud Ad Gal. 4°: »Quanto tempore heres parvulus[18] est, nichil differt a servo.«

Error ergo condicionis maxime circa servum primo modo dictum inpedit matrimonium. Racio: quia alter contrahencium lederetur primo in bono prolis, quam non haberet in potestate, 2° in bono fidei, quia non posset reddere debitum libere[17], 3° in bono sacramenti, i. e. in cohabitacionis inseparabilitate: ideo ex naturali equitate provisum est, ut talis[17] error inpediat matrimonium contrahendum et dirimat contractum, nisi ratificetur per sequentem errantis consensum tacitum vel expressum. Hec Petrus questione 1ª.

<4.> *Utrum servus potest contrahere sine consensu domini sui?* Dicendum, quod sic. Racio: quia sicud appetitus nature est ad conservacionem individui per operacionem nutritive, ita ad con-

---

[9]) *Codd.*: contrahunt *BE.* — [10]) *Codd.*: unde *add. K.* — [11]) *Codd.*: *in textu C.* — [12]) *Codd.*: *ex corr. B*; nubit *K*; tibi si nubit *E.* — [13]) *Codd.*: relinquere *EK.* — [14]) *Glossas prorsus om. EK.* — [15]) *Codd*: *male* meliorem *L.* — [16]) *Codd.*: quit et *E.* — [17]) *Codd.*: *om. E.* — [18]) *Codd.*: factus *add. M.*

servacionem speciei per generacionem; et ideo, sicud servus non tenetur obedire domino, quod non comedat et dormiat et faciat alia, que pertinent ad necessitatem vite, ita non tenetur[19] ei obedire, quin contrahat, si vult, quod pertinet ad conservacionem speciei; et istud maxime verum est de servo dicto 2° modo, sc. qui ex voluntate propria pro dato tempore est ad servicium obligatus. Ista[8] enim servitus non excludit hominem ab ecclesiastico sacramento, quia quantum ad sacramentorum percepcionem in Christo Jesu non est servus, neque liber, sc. differens, Ad Gal. 4°. Eciam remedium est ipsum matrimonium a Deo infirmis institutum, ergo non debet prohiberi infirmo servo, quod est sibi a summo[20] concessum Domino.

<5.> *Utrum vir possit*[21] *se in servum vendere vel dare invita uxore*? Dicendum, quod sic, quia vir non tenetur uxori, nisi in hiis, que pertinent ad actum coniugalem, et in hiis, que ordinantur ad conservacionem debitam matrimonii.

<6.> *Utrum partus sequitur ventrem in condicionem servitutis*? Dicendum, quod sic, secundum legem. Ita si mater est ingenua, et filii, si serva, et filii, et racionabiliter, quia servitus est condicio corporalis, mater autem substanciam ministrat in generacione, licet pater sit principium formale. In honoribus autem, in hereditate et in talibus partus sequitur patrem. In quibusdam tamen terris, que iure civili non reguntur, ut in Bohemia, partus in omnibus sequitur patrem.

<Distinccio XXXVII.>

<1.> Sunt igitur quidam ordines, in quibus nullatenus potest contrahi matrimonium . . .

Ista est[1] *distinccio 37ª*, tractans de personis omnino illegitimis ad matrimonium. Et primo continet, quod ordines, in quibus non potest contrahi matrimonium[2], et si intercesserit copula, fit divorcium[3], sunt: sacerdocium, dyaconatus et subdyaconatus. In aliis vero permittitur fieri coniugium, nisi votum religionis sumpserint, vel votum continencie fecerint. — 2°, quod quicunque propriam uxorem sine lege et sine causa interfecerit, aliamque duxerit armis depositis, publicam agat penitenciam. — 3°, quod secundum leges humanas videtur permitti marito licere pro adulterio uxorem inter-

---

[19]) *Codd.*: *male* sequitur, *sed ab* t[1] *inscrip.* tenetur. — [20]) *I*: supremo *codd.*; *ex corr. F.* — [21]) *Codd.*: posset *E.* — [1]) *Codd*: *om. M.* — [2]) *ABEIK*; coniugium *codd.*; *ex corr. L.* — [3]) *Codd.*: ut *add. BEKP; a rubr. del. I;* sicut *M*; ordines autem *add. L.*

ficere. Sed ecclesia[4] mundanis legibus non astringitur nec gladium habet, nisi spiritualem. sc. per[5] se[5] exercendo[5] | *I* *240 B*

<2.> Versus[6]:

Inpedit ordo sacer[5] connubia[5], factaque dirimit[5] solvit.
Uxorem reliquam[5] non ducet, qui necat interficit[5] unam. propriam

<3.> *Utrum ordo inpediat matrimonium*[7]? Dicendum, quod sic; ut ponit Magister. Sed differenter est hoc dispositum in clero. Apud Grecos enim inpedit ex vi ordinis solum, quia decet ordinatos, qui tractant sacra, habere mundiciam per continenciam. Sed apud Latinos inpedit ex vi ordinis et racione voti continencie annexi ordini sacro. Et ideo apud Grecos inpedit ordo matrimonium, sed non tollit usum matrimonii prius contracti; sed apud Latinos utrumque inpedit[8].

<4.> *Utrum matrimonio vinctus possit ordinem accipere*[9]? Dicendum, quod sic. Et si invita uxore promoveatur, licet ordinem recipit, caret tamen ordinis execucione. Si autem promoveatur de consensu uxoris, non caret execucione, sed mulier apud Latinos tenetur ad perpetuam continenciam observandam[10].

<5.> *Utrum sacerdotes melius est esse sine matrimonio, quam in matrimonio*? Latini tenent, quod sic. Greci contrarium. Concordantur autem sic, quia Latini dicunt, quod simpliciter melius est sacerdotes esse virgines vel continentes, quam in matrimonio, sicud simpliciter melior est status virginitatis quam matrimonii, ut supra dictum est. Sed Greci hoc idem confitentes dicunt, quod secundum quid melius est sacerdotes esse in matrimonio, quia propter evitacionem luxurie, quam[11] incidunt non uxorati cicius[12] quam[12] uxorati[12]; unde Greci innituntur dicto Apostoli 1ª Corinth. 7°: »Unusquisque propriam uxorem habeat propter fornicacionem« subauditur »evitandam«. Latini vero innituntur dicto Christi Luce 12° dicenti: »Sint lumbi vestri precincti« et Matth. 19°: »Sunt eunuchi, »qui se castraverunt propter regnum Dei« et dicto Apostoli 1ª Corinth. 7° dicenti: »Qui sine uxore est, solli citus est, que »Domini sunt, cogitat, quomodo placeat Domino. Qui[13] autem cum *I* *240 C* »uxore est[14], sollicitus est[14], que sunt mundi, quomodo placeat »uxori, et divisus est[13]«, et ibidem dicenti: »Volo omnes homines »esse sicud me ipsum.« Innituntur eciam Latini apostolorum operi,

---

[4]) *Codd.*: *in textu* eciam, *in marg.* ecclesia *a* γ^2; *male* eciam *L.* — [5]) *ACFI*: *in textu L; om. BDEKP; glossas omnes om. EK.* — [6]) *Codd.*: *ante* unde *add. EKP.* — [7]) *Codd.*: inpedit *E.* — [8]) *Codd.*: hec Thomas quest. 2ª *add. CM*; *in marg.* ζ^1; *v. annot. 10am.* — [9]) *I;* recipere *codd.* — [10]) *Codd.*: hec Thomas questione 2ª *add. I.* — [11]) *Codd.*: in qua *M.* — [12]) *Codd.*: *om. E.* — [13]) *Codd.*: Qui ∞ divisus est *in marg. a* $\varkappa^2$. — [14]) *CIM*; *om. codd.*

qui dimissis uxoribus secuti sunt Dominum Jesum Christum. Sed hoc illi faciunt, qui continenciam retinent propter regnum Dei.

<6.> *Utrum viro liceat uxorem interficere deprehensam in adulterio?* Hic dicitur, quod uxorem propriam interficere contingit dupliciter, uno modo accusando eam de crimine coram iudice et petendo penam criminis, et sic licet, dum tamen hoc faciat zelo iusticie, non livore vindicte; alio modo uxorem interficere propria manu, et isto modo$_{15}$ lex civilis quasi licitum reputat uxorem in adulterio deprehensam interficere, non tamen hoc precipit, sed quasi non prohibens admittit, eo quod penam pro interfeccione tali non infligit. Unde non licet secundum forum consciencie viro uxorem sic interficere, sed pocius corrigere, cum Deus paratus sit, peccatum parcere in lege gracie, exemplo adultere$_{16}$, de qua Johannis 8°.

<Distinccio XXXVIII.>

<1.> **NUnc de voto inspiciamus. Votum$_1$ est$_1$ . . .**

Ista est *distinccio 38ª*, tractans de inpedimento voti, que primo continet, quod votum est testificacio quedam promissionis spontanee, que Deo et hiis, que sunt Dei, proprie debet fieri. Sunt tamen et stultorum vota, que frangenda sunt.

2°, quod votum aliud est commune, aliud singulare. Commune illud, quod omnes faciunt, cum spondent renuncciare dyabolo et omnibus pompis eius. Singulare, ut cum aliquis sponte promittit servare virginitatem et continenciam vel aliud huiusmodi. Singulare votum aliud est privatum, aliud solempne; privatum, | *I* quod est in abscondito factum; | solempne vero, quod in conspectu *240 D* ecclesie factum est.

3° continet, quod privatum votum si violetur$_2$, peccatum est mortale, solempne vero peccatum est et scandalum.

4°, quod qui privatum votum faciunt continencie, matrimonium contrahere non debent, quod si contraxerint, non separantur$_3$, sed mortaliter peccant.

5°, quod qui solempniter vovent$_4$ continenciam, coniugium nullatenus intrare possunt, quibus non solum nubere, sed eciam velle nubere dampnabile est. Unde virgines et vidue voto continencie astricte, sive sint velate, sive non velate, coniugium sortiri

---

[15]) *Codd.*: *om. D.* — [16]) *Codd.*: de adultera *BEKP.* — [17]) *IMK*; etc. add• *codd.* — [1]) *Codd.*: *om. E.* — [2]) *Codd.*: *male* violatur *I.* — [3]) *Codd.*: *male* separaretur *E.* — [4]) *Codd.*: voverit *BEKP.*

non possunt. Unde si nubunt$_5$ viro, que prius nupserunt Christo, Innocencius dicit non esse admittendas ad penitenciam secundum Magistrum, nisi dum viri earum defuncti fuerint, i. e. cum ab eorum concupiscencia iste se alienant.

6°, quod malum adulteri vincit fornicacionem et vincitur ab incestu; peius enim est cum matre, quam cum aliena$_6$ uxore dormire; sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, ut si vir membro mulieris ad hoc non concesso utatur; hoc execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius$_6$ fit in muliere.

7°, quod mulier, credens suum virum interemptum, contrahens cum alio, excusatur per ignoranciam; si tamen prius venerit, debet et est conpellenda$_6$ redire ad primum. Idem est de viro respectu uxoris$_7$.

8°, quod si vir vivente uxore ducit aliam, et ecclesia$_6$ cogit eum esse cum secunda, quia non constat sibi de prima, ad primam redire volens, nec valens, cogitur ecclesie disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedienciam et timorem. — Nota, hic non tenetur Magister. Unde nullo modo debet debitum reddere alia vivente, quia hec non est uxor, Extravag. De sentencia excommunicacionis. ‖ ‖*I* *241 A*

<2.> Pro quibusdam$_8$ sunt hii$_9$ *versus*:

dirimitur vetat$_{10}$, ne fiat
Quodam distrahitur, quodam tamen prohibetur
votum privatum
Voto coniugium; primum solempne, secundum
Clam. Credens mulier non posse redire virumque$_{11}$
maritus$_{12}$
Nubit, et ille redit, rediens ad eum, rea non fit.

<3.> Dubitatur, *quid est votum*. Respondetur, quod votum est alicuius boni cum deliberacione Deo facta promissio spontanea pro viribus adinplenda. Ex quo constat, quod ad omne obligatorium votum quatuor de necessitate requiruntur.

Primo, quod principaliter fiat ad Deum; non debet enim fieri alicui sancto, nisi$_{13}$ quantum se extendit ad honorem Dei directe, cum sit actus latrie soli Deo deferendus, secundum illud Eccles. 5°: »Si quid vovisti Domino, memor eris$_{14}$ reddere.«

2°, ut sit de re tantummodo bona et$_1$ utili$_1$, non de mala, turpi vel illicita, iuxta illud Ysidori 22 questione 4ª, ubi sic$_{15}$: »In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta

---

[5]) *Codd.*: nubuntur *BEKP.* — [6]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [7]) *Codd.*: mulieris *E.* — [8]) *Codd.*: horum *add. D.* — [9]) *Codd.*: unde *add. K.* — [10]) *B*; *om. codd.* — [11]) *Codd.*: *male* utrumque *M.* — [12]) *Codd.*: *om. B*; *glossas prorsus om. DEKL.* — [13]) *Codd.*: *inscrip. ab* ι². — [14]) *Codd.*: ne moreris *Vulg.* — [15]) *Codd.*: dicit *add. BEKP.*

»decretum et quod incaute vovisti, ne facias«, ut supra in quarto distincc. 24ª.

3°[16], ut cum deliberacione fiat, ne sit propositum intencionis male regulatum. Si enim stultum fuerit, vel[17] iniustum[17], vel indiscretum et communioris utilitatis inpedimentum, non est observandum, sed[1] omnino[1] frangendum[1], secundum illud Eccles. 5°: »Displicet enim Deo infidelis et stulta promissio.« Et in litera: »Vota stultorum frangenda sunt.« Que autem sunt huiusmodi, declarat Hugo libro 2° De sacramentis parte 2ª caº 4° ita dicens: »Et quidem vota stultorum intelligimus omnia, vel que »de se mala sunt, vel[18] si bona sunt, ordinata non sunt[18], vel
| I »cum maius malum ex ipsis est, quam bonum, quod in eis est.« |
241 B Verbi gracia: Si mulier nolente viro, aut vir nolente muliere[19], voverit continenciam, aut subditus contra ordinanciam debiti regiminis inordinatam abstinenciam, et cetera huiusmodi indiscreta, que omnino non sunt tenenda, sed aut laxari debent, aut in melius commutari secundum arbitrium discreciorum.

4°, ut sit spontanea, quia votum a voluntate dicitur. Et cum sit opus meritorium, de necessitate requiruntur, quod iste quatuor condiciones concurrant. Volens ergo homo aliquid vovere, animadvertat, quid liceat secundum equitatem, quid deceat secundum honestatem et quid expediat secundum utilitatem.

<4.> *Utrum in voto licito liceat dispensare?* Dicendum, quod sic. Sed notandum, quod voti dispensandi multiplices sunt cause, videlicet puerilis etas, senectus invalida sive infirmitas, status et condicio, superhabundancia sive paupertas, et quecunque alia iusta et racionabilis causa, qua verisimiliter dispensacio, redempcio vel commutacio videatur melior et Deo acceptabilior, quam ipsa voti reddicio.

Etas namque puerilis tenera pocius facilitate, quam discrecione aliquid promittit indiscrete, ut Extravag. De votis caº 'Venientis'.

Senectus invalida sive infirmitas, quia senio confractis atque infirmis non est lex posita, cum non possunt legis onera ut validi sustinere. Extravag. De observacione ieiuniorum caº 'Consilium', De consecracione dist. prima 'Sicut'.

Status et condicio, quia nec votum religiosi, nec filii inpuberis, nec uxoris absque consensu discrete regentis firmum esse valet, ut dicit Thomas in Summa libro 3° quest. 88ª et concordat Bernhardi in Glossa Extravag. De rescriptis, caº 'Constitutus' super verbo iuramento.

| I Superhabundancia || vel paupertas, ut si quis votum emiserit
241 C peregrinacionis sive abstinencie aut alterius consimilis, et habundans fuerit in diviciis, iuxta superioris arbitrium potest fieri redempcio

---

[16]) *Codd.*: *om. DI.* — [17]) *Codd.*: *in marg. a* β^2. — [18]) *Codd.*: vel ∞ sunt *om. E.* — [19]) *Codd.*: uxore *E.*

per distribucionem elemosine in usus indigencium, quia attenta qualitate persone voventis hoc melius videtur et Deo acceptabilius Extravag. De votis ca° primo. Similiter fiat cum paupere, ita quod ieiunet, vigilet, instet oracionibus cum[20] ceteris bonis operibus[20] secundum suam possibilitatem. Extravag. De votis ca° primo et ca° 'Quod super hiis'.

Discreti vero superioris auctoritas ad dispensandum, redimendum vel commutandum votum requiritur secundum Apostolum 2ª Corinth. 2° sic dicentem: »Nam et ego propter vos »donavi in persona Christi, ut non circumveniamur a sathana«, ubi signanter dicit 'propter vos', quia omnis huiusmodi dispensacio, redempcio sive commutacio debet esse consona legi Christi, ad honorem eius et utilitatem ecclesie, que est corpus eius.

<5.> Notandum eciam, quod ultra divisionem Magistri, quam ponit in litera, largius sumendo aliud est votum licitum atque meritorium, semper tendens in bonum pro viribus adimplendum, eo quod sit virtuosum et Deo[21] valde acceptum, unde Genes. 28° votum vovit Jacob dicens: »Si fuerit Dominus mecum »et custodierit me in via et dederit michi panes etc. erit michi »Deus in Deum.« Et infra. Aliud est votum illicitum semper tendens in malum, quod cum similibus est omnino infringendum. Cuiusmodi fuit votum Herodis amputantis caput Johannis Baptiste. — Aliud est votum indifferens secundum rei eventum, ita videlicet, quod in aliquo eventu potest esse bonum et in aliquo malum, cuiusmodi[22] fuit votum Jepte[23]. Nota tamen, quod cum[24] dicitur de Jepte Judicum 11°[25]: »Factus est super Jepte spiritus Domini« et sequitur: »Votum vovit Domino dicens: Si tradideris »filios Ammon in manus meas, quicunque primus[26] egressus fuerit »de foribus domus mee, michique occurrerit revertenti[27] cum pace »a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.« Ibi ostenditur in eo fides, quam habuit ad Deum, laudabilis, similiter spes et devocio, et quoad ista factus est super eo Spiritus Domini, sed non super voto indiscreto et eius execucione, Judic[28] 11°, de quo dicit Jeronimus, quod in vovendo fuit stultus et in reddendo inpius, quamvis sit probabile ipsum de facto iniquo penituisse, quod tamen aliquod bonum figurabat[28].

| *I*
| *241 D*

<6.> Item notandum, quod ius obligacionis voti constituitur ex duplici iure naturali, primo ex hoc, quod homo debet esse verax in promisso, 2° ex hoc, quod nichil[6] debet homo promittere nisi salvo Dei honore et propria salute. Ex quo patet, quod nullus iure naturali debet inpediri, quin possit vovere Deo acceptabilius et proprie saluti utilius. Unde dispensatores debent aspicere

---

[20]) *Codd.*: cum ∾ operibus *om. M.* — [21]) *Codd.*: *male* ideo *M.* — [22]) *I*; cuius *DFL.* — [23]) *Vide annot. 28am.* — [24]) *Codd.*: hic *add. BEKP.* — [25]) *Codd.*: *om. BEKP.* — [26]) *Codd.*: prius *I.* — [27]) *Codd.*: *male* reverenti *I.* — [28]) *FIL*; Judic. ∾ figurabat *sunt post* fuit votum Jepte *in codd.; vide annot. 23am.*

in sua dispensacione, si illa affert Deo acceptabilius et persone, cum qua dispensatur, pro salute eius utilius; tunc dispensacio habet locum; si autem fit e contrario, tunc non est dispensacio, sed dissipacio.

Dicit enim Bernardus ad Eugenium, quod ad dispensacionem duo requiruntur, sc. auctoritas et causa; sed que causa pocior, quam quod Deo reddatur acceptabilius et homini salubrius? Ex quo videtur sequi, quod non potest papa in voto continencie dispensare, quia Eccles. 26° dicitur: »Non est digna ponderacio »anime continentis«, ergo non potest Deo acceptabilius et homini, ‖ *I* qui vovit continenciam, salubrius ex‖hiberi pro continencia. Et hoc *242 A* videtur sentire Bonaventura 2° principali quest. 3ª.

Sed oppositum dicit Johannes Theutonicus et dominus Hugo Cardinalis et multi eorum sequaces, quod in voto continencie papa et nullus alius potest dispensare pro bono communi, non privato. Similiter dicit$_{29}$ Petrus quest 5ª, quod potest facere de monacho non monachum ex necessitate communi, non privata. Sed ego audacter confiteor, quod de continencia, quam promisi Deo, sine Dei revelacione licite dispensacionis nulli illorum sine remorsione$_6$ consciencie auderem confidere, nisi Dominus, cui vovi continenciam, me absolveret et aliud exoptaret, quia cercius est$_{13}$ licitum votum Deo reddere, quam sine dispensacione ipsius certa a voto debito resilire.

<7.> *Utrum vir perdens uxorem longo tempore, vel e contra, possit licite cum alio*$_{30}$ *contrahere*? Dicendum, quod non, quia committeret se insecuritati adulterii, eciam proprie confusioni et displicencie prioris viri, vel e$_6$ contra, et amicorum, et multas difficultates inplicaret et periculo dire mortis. Et hinc dicit Lucius papa Extravag. De nupciis secundis ca° 'Dominus'$_6$. »Nullus amodo ad nupcias secundas migrare presumat, donec ei »constet, quod ab hac vita migravit coniunx eius. Si aliquis vero, »vel aliqua hoc actenus non servaverit et de morte prioris con»iugis sibi existimat dubitandum, persone, que sibi nupsit$_{31}$, de»bitum non deneget postulanti, quod a se tamen noverit nulla»tenus exigendum. Quod si post hoc de prioris vita coniugis con»stiterit, relictis adulterinis conplexionibus$_{32}$ ad priorem coniugem »revertatur«. Et idem deducit Magister in distinccione | *I* presenti. Si autem transierit ad secundas | nupcias, tunc, quamdiu *242 B* probabiliter$_{20}$ non cognoverit mortem prioris, tunc potest debitum reddere, sed non exigere. Sed quamcito ei constiterit de prioris vita coniugis, tunc debet a posteriori recedere. Patet ista sentencia 34 quest. prima 'Cum publicam'.

<8.> Sed dubitatur: *Si resurgens a mortuis tenetur ad suam uxorem redire et si ipsa tenetur eum resumere, dato, quod*

---

[29]) *Codd.*: dicitur *I.* — [30]) *Codd.*: alia *M.* — [31]) *Codd.*: nupserit *BEKP.* — [32]) *I;* complexibus *codd.*; amplexibus *CL.*

alium acceperit. Et videtur, quod sic, quia Ad Hebreos 11° dicit Apostolus: »Acceperunt mulieres de resureccione mortuos »suos.« Item monachus, si resurgeret a mortuis, tenetur$_{33}$ redire ad claustrum$_{33}$; ergo a forciori mulier ad virum, quia maior est obligacio viri et mulieris, quam monachi et claustri.

In contrarium est Apostolus 1ª Corinth. 7° dicens: »Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit; et si dor»mierit vir eius, liberata a lege viri: nubat, cui vult, tantum in »Domino.« Respondetur, quod non tenetur redire, nec ipse, nec ipsa: patet ex eo, quia liberata est a lege matrimonii per mortem, ut dicit Apostolus, et si contraxit cum secundo, tunc legitime contraxit, eo quod potuit licite nubere in Domino, ut dicit Apostolus. Patet$_{34}$ ista sentencia Extravag. De secundis nupciis ca° 'Super illa questione': »Mortuo viro uxor potest »absque infamia matrimonium cum alio viro contrahere, eciam infra »dies luctus primi viri.« Patet eciam questionis falsitas per Parisiensem in scripto quest. ultima dicentem, quod coniunx resuscitatus non tenetur redire ad coniugem, sed monachus tenetur ad claustrum redire. Sed vere michi prima pars est cercior ex$_{35}$ dicto Apostoli, qui dicit de muliere, quod si vir eius dormierit, liberata est a lege, et potest nubere, cui vult in Domino. Sed secunda, sc. quod monachus$_{36}$ resuscitatus$_1$ tenetur redire ad claustrum, non est michi || certa ex aliqua scriptura. ||*I* *242 C*

Sed cum adducitur racio, quia in resuscitacione supponitur, quod Deus suscitat$_6$ mortuum, ut redeat$_6$ ad frugem melioris$_6$ vite, in religione autem est melior vita, quam in seculo, hic primo dicitur, quod prima pars, cum sit indefinita, est vera pro multis, ut pro omnibus, qui fuerunt resuscitati et sunt salvati; de hiis$_{37}$ autem, qui fuerunt resuscitati et sunt dampnati, prima pars$_{38}$ antecedentis, si assumeretur universaliter, tunc foret falsa, et principaliter pro omnibus dampnandis, resuscitandis$_{39}$ in die novissima; tunc enim illi non suscitabuntur ad frugem melioris vite. Et ut dicitur de quodam magistro, qui Parisius surrexit ter a mortuis, qui dixit: »Iam iudicor, iam sum iudicatus, iam sum in eternum »condempnatus«, ex cuius dicto horrendo ordo Cartusiensis cepit ortum. Ymmo si illa racio concluderet, tunc monachus resurgens a mortuis teneretur$_{40}$ ire ad vitam apostolorum, quia illa post Christum fuit optima, que fructum multum attulit, ut Dominus predixit apostolis in ewangelio; et si sic Cartusiensis resurgeret, teneretur$_{40}$ ire ad predicandum publice in seculo, tenens vitam pauperem more Christi, quomodo transiit Lazarus relicta religione milicie.

---

[33]) *Codd.*: tenetur ∞ claustrum *om. E.* — [34]) *Codd.*: patet eciam ista prima *add. E*, prima ista sentencia *add. K.* — [35]) *Codd.*: de *E.* — [36]) *Codd.*: *male* coniunx, *a* $\varkappa^2$ *inscrip. bene* monachus. — [37]) *I*: aliis *codd.* — [38]) *Codd.*: *om. B.* — [39]) *Codd.*: *in marg. a* γ^2. — [40]) *Codd.*: tenetur *IB.*

Et cum secunda racio ipsius Parisiensis adducitur, sc. quia in religione fit obligacio anime ad Deum, ideo extrema sunt incorruptibilia, sc. Deus et anima; sed in matrimonio extrema sunt corruptibilia, quia ibi est obligacio corporum, hic primo diceretur, quod ad religionem non amplius se obligat monachus quam ad mortem; 2° quod in matrimonio quilibet coniunx obligat se principalius ad Deum, quam ad suum coniugem, cum illud matrimonium, ut$_{13}$ est sacramentum, est signum coniunccionis anime cum Christo; modo | coniunccio signati$_{41}$ est nobilior quam signi, et ergo videtur, quod raciones Parisiensis non concludunt. | *I* *242 D*

Unde hoc volo tenere efficaciter$_{6}$, quod mortuus per Deum resuscitatus nunc ad vitam meritoriam tenetur se habere, secundum quod Deus omnipotens eum moneret, si ad coniugem priorem, ut faceret redeundo, si ad continenciam, similiter, si monachus, ad claustrum similiter, si ad predicandum$_{42}$ publice, quare non sic faceret? Ipsi enim mortui soluti fuerunt a lege iuxta allegacionem Apostoli.

Tunc ad racionem in oppositum, ubi dicit Apostolus: »acceperunt mulieres de resureccione mortuos suos« conceditur hoc, sed exinde$_{43}$ non sequitur, quod acceperunt eos in$_{44}$ coniugium. Bene autem dicit Apostolus, quod acceperunt$_{44}$ mortuos suos, et non dicit viros suos, quia secundum glossam ibidem, illi mortui non fuerunt mariti illarum mulierum; habemus enim, quod Martha et Maria Magdalena, ille due mulieres, acceperunt Lazarum a mortuis Johan. 11°, et vidua accepit filium adolescentem, Luce 7°. Et dato, quod fuissent mariti earum, ex hoc non sequitur, quod acceperunt eos de necessitate prioris matrimonii, cum secundum Apostolum per mortem fuissent liberate a lege et religate a vinculo matrimonii, sed acceperunt eos de congruitate et honestate novo consensu in novum matrimonium Patet istud 32 quest. 7ª caº 'Licite', super quo capitulo notavit Hugo, quod Lazarus post resureccionem suam, etsi voluisset, non potuit repetere uxorem suam. Et si voluisset habere eam, tunc necesse fuisset eos de novo matrimonium contrahere. Sed quia scivit Lazarus, qualis delectacio est in purgatorio, non festinavit uxorem recipere, sed magis 15 annis post resurreccionem vivens caste, nunquam ridens, sed vitam ducens lugubrem, in sancto sacerdocio$_{45}$ humiliter militare domino suo Jesu Christo$_{46}$ etc. |||

---

[41]) *Codd.*: signata *CIM.* — [42]) *Codd.*: predicacionem *E.* — [43]) *Codd.*: inde *I* — [44]) *Codd.*: in ∾ acceperunt *in marg. a* x^2. — [45]) *Codd.*: studuit *add. B.* — [46]) *Codd.*: Amen *add. D.*

<Distinccio XXXIX.>

<1.> **POst hec de dispari cultu videndum est . . .**

Ista[1] *distinccio 39ª*[2], tractans de personis, que, quamvis cum aliquibus personis possunt contrahere, tamen sunt ad aliquas omnino illegitime, primo continet, quod fidelis cum infideli non potest matrimonium contrahere. Si autem duo in infidelitate coniunguntur et fideles efficiuntur, confirmatur coniugium. Si autem alter convertitur, alio in infidelitate permanente, ille infidelis aut consentit habitare cum fideli, aut non. Si dissentit ab eo, tunc fidelis potest contrahere cum alio fideli; si autem consentit infidelis habitare cum fideli et hoc sine contumelia Creatoris, tunc fidelis tenetur cohabitare cum infideli. Si autem cum contumelia sc.[2] Creatoris, trahens eum ad infidelitatem vel ad peccatum mortale, tunc fidelis potest discedere ab infideli et ducere fidelem in coniugium. Si autem contraxerunt ambo existentes fideles, et post alter a fide discedit, iste illum non comitatur, nec tamen illo vivente alterum ducere poterit, quia inter eos fuerat ratum matrimonium, quod dissolvi non potest.

2°, quod illud Apostoli: »Omne, quod non ex fide est, »peccatum est«, non est intelligendum, quod quidquid fit ab[3] infidelibus, sit peccatum, sed quia omne, quod fit contra fidem et contra conscienciam, peccatum est, vel ideo, quia in omni eo, quod infidelis facit, peccat, non quia illud facit, sed quia non eo modo facit, quo debet, referens ad debitum finem.

3°, quod copula maritalis, que est inter infideles, coniugium est legitimum, quia est inter legitimos, sed non ratum, quia sine fide fit. Coniugium vero fidelium legitimum est et ratum, si tamen sint legitime persone.

4°, quod legitimum est, quod[4] legali institucione vel provincie moribus, non contra iussionem Domini, contrahitur.

<2.> Pro quibus|dam sunt hii *versus*: | *I 243 B*

Scripta vetant vetera simul et nova nubere cultu
Dissimiles; quod si nubunt, solvantur oportet.
Coniunx linquatur, si vult, quod lege vetatur.

Exemplum istius ultime clausule versus est hoc: Si uxor viro dicat: »Non ero uxor tua, nisi michi de latrocinio divicias »congreges«, aut si aliquid aliud facinorosum sive flagiciosum a viro expetat. Tunc ille membrum, quod ipsum scandalisat, amputabit.

---

[1]) *Codd.*: est *add. D.* — [2]) *Codd.*: *om. CFI.* — [3]) *Codd.*: *ex corr. I.* — *Codd.*: de *add. CM.*

<3.> *Utrum infidelis potest contrahere cum fideli et e converso?* Sciendum secundum b. Augustinum, quod dupliciter dicitur aliquis fidelis: uno modo a sacramento fidei, sc. a baptismo, et sic omnes baptisati dicuntur fideles, eciam si sint heretici; alio modo dicitur fidelis a virtute fidei, et sic quilibet baptisatus$_3$ adultus fidem$_3$ totaliter Christi profitens dicitur fidelis, et isto modo heretici, quamvis baptisati fuerint, non sunt fideles. Et 3° tunc vere et magis fidelis dicitur, qui fidem Christi profitens fidelitatem$_5$ servat Domino in mandatis, de quo fideli dicit Salvator Matth. 24°: »Quis putas, fidelis est servus$_6$, quem constituit dominus super »familiam suam, ut$_7$ det illis cibum in tempore? Beatus est ille »servus$_7$ . . .« Et isto modo nullus Paganus, Judeus, hereticus et malus Christianus pro tunc est fidelis. Unde cum dispar cultus sit, dispar ritus colendi Deum, et nullus iam dictorum bene$_8$ collit Deum, cum et malus Christianus sit ydolatra colens plus creaturam, quam Deum$_9$ suum, eo quod peccans mortaliter avertit se a bono incommutabili et convertit se ad bonum commutabile, plus illud diligens quam Deum, quis dubitat, quin sit pessimus ydolatra?

Ista distinccione stante, dicendum est, quod fidelis, i. e. Christianus, non potest contrahere matrimonium cum infideli
‖ *1* sc. Pagano vel Judeo, nec cum heretica, sicud nec cum$_{10}$ ex-
243 C communicata. Si contrahit cum Pagana vel Judea, tunc dirimitur, sed cum heretica vel excommunicata non dirimitur. Racio autem non contrahendi est, quia baptismus est fundamentum et ianua omnium sacramentorum, et hinc est, quod matrimonium inter infideles non est perfectum, quia non ordinatur, ut sit sacramentum, sed ordinatur ab eis in officium nature et bonum prolis et in quoddam fedus societatis humane, ymmo secundum eorum intencionem, sed erroneam, ordinatur ad cultum Dei et$_{11}$ proles educatur ad cultum Dei$_{11}$; hoc enim Judei confitentur. Et ergo in matrimonio Christianorum et Judeorum est dispar cultus, dato eciam, quod ex utraque parte ad honorem Domini ordinetur, nam Christianorum bonus, Judeorum vero malus, cum non ordinent matrimonium sicud debent. Patet ergo, quod fidelis, i. e. baptisatus, non potest contrahere cum infideli, sc. non baptisato, et sic nec cum cathecumino, cum baptismus sit ianua sacramentorum.

Sed obicitur de Moyse, qui contraxit cum Madianitide, Exodi 3°, et cum Ethiopissa, Numeri 11°, et Hester Judea$_{12}$ cum rege Asuero, et Jozeph cum Egipcia, Gen. 41°, et illi fuerunt fideles, et Asuerus et ille mulieres infideles. Si ergo Hester Judea$_{12}$ et illi viri contraxerunt matrimonium, quod stetit, et eadem est

---

[5]) *Codd.: in marg. ab* t^2. — [6]) *Codd.*: et prudens *add. E.* — [7]) *Codd.*: ut ∾ servus *om. et* etc. *add. BEKP.* — [8]) *Codd.*: rite *BEKP.* — [9]) *Codd.*: creatorem *E.* — [10]) *Codd.*: *om. I.* — [11]) *Codd.*: et ∾ Dei *om. E.* — [12]) *Codd.*: *male* Juda *I.*

fides eorum et nostra, ergo adhuc fidelis poterit contrahere matrimonium cum infideli.

Notandum est hic, quod hec inpedimenta matrimonii magis sunt legalia, quam moralia, eo quod pro diversis hominum statibus et legibus inveniuntur aliquando inpedire matrimonium, aliquando non. Unde non sunt mala, nisi quia | prohibita, licet causis suadentibus, non cogentibus; nam si essent prohibita moraliter, tunc nunquam licuissent. Licuerunt autem maxime in lege nature ante legem Moysi, sicud patet de Jozeph supra allegatum, qui fuit omnino disparis$_3$ cultus cum Egipcia. | *I* *243 D*

In lege autem Moysi prohibebantur aliqualiter, sed non totaliter, ut patet Deuter. 21°, ubi dicitur: »Si videris mulierem »pulchram in medio captivorum, contra quos egressus es ad pugnam »et adamaveris eam, introibis ad eam, dormiesque cum ea, et erit »tibi uxor.« Prohibitum tamen fuit matrimonium contrahendum specialiter filiis Israelis cum Cananeis, eo quod erant a cultu unius Dei subversivi. Unde dicitur: »Cave, ne ineas coniugia cum eis.«

In lege autem gracie simpliciter prohibitum est$_3$ matrimonium inter personas disparis cultus, eo quod nunc homines infideles alterius cultus sunt obstinati in malicia et ideo magis aversivi quam prius; et homines fideles nunc magis refrigerunt in caritate, quam in ecclesia primitiva, ergo causa aversionis a cultu vero istis temporibus amplius est cavenda.

Et sciendum, quod alia peccata quam infidelitas et fornicacio non solvunt matrimonium. Racio est, quia ista duo magis repugnant bono prolis: fornicacio enim facit prolis incertitudinem, vel inpedit generacionem, infidelitas autem inpedit prolis educacionem ad divinum cultum, licet aliter Magister voluit intelligere de separacione ad aliquod tempus, sed non totaliter, sc. perpetua.

Sciendum eciam, quod quando ambo coniuges convertuntur ab infidelitate ad baptismum, tunc matrimonium prius contractum non est dissolvendum. Et si contingit, quod conversus ad fidem habet ||| duas vel plures legitimas suo ritu, que simul convertuntur, tunc retinebit primam, quia fides christiana non patitur unum virum plures retinere. *1* *244 A*

Et si obicitur forte, ulla istarum fuit prior, quia simul cum ambabus contraxit, dicens: »Accipio vos duas et quamlibet vestrum »in uxores meas«, et ille ambe respondentes, consencientes in matrimonium$_{11}$, sic dicant$_3$: »Et nos accipimus te in maritum »nostrum«, dicitur ibi, quod in tali casu cum nulla illarum contraxit matrimonium, sicud$_5$ dicit$_5$ Hostiensis libro 4° rubrica$_5$ 4$^{a}_{5}$ 'De sponsalibus duarum'. Et idem ponit Gof. Unde ex dimissione istarum non solvitur matrimonium, quia nullum erat contractum. Et ideo post baptismum, si vellet aliquam illarum retinere, oporteret eum de novo cum ea contrahere matrimonium.

<4.> *Utrum infidelis conversus possit conmanere cum infideli*[13]? Videtur, quod sic, ex dicto Apostoli 1ª Corinth. 7°: »Ceteris ego dico, non Dominus: Si quis frater habet uxorem in»fidelem, et hec consenciat habitare cum illo, non dimittat illam[14]. »Et[15] si qua mulier virum habet infidelem[15], et hic consentit habitare »cum illa, non dimittat virum; sanctificatur enim vir infidelis per »mulierem fidelem, et mulier infidelis per virum fidelem.«

In oppositum videtur esse periculum salutis et fidei, propter quod prohibitum est Christianis et fuit prohibitum Israelitis[3], ne Paganorum sive infidelium filias in coniugium acceptarent; nam si vir in infidelitate permaneret, forte vi mulierem a fide Christi averteret; si vero mulier, tunc suis blandiciis virum ad apostasiam revocaret, cum Ecclesiastici 19° dicatur: »Vinum et mulieres »apostatare[16] faciunt sapientes.« Patet exemplum de Salomone, 3ii Reg. 11°, de quo dicitur: »Cum autem senuisset Salomon, de»pravatum[3] est cor eius per mulieres, ita ut[17] sequeretur deos »alienos.« Probat hoc illud dictum:

| *I*
244 B Adam, Sampsonem | David, regem Salomonem
Mulier[18] decepit; quis modo tutus erit[3]?

Unde et poeta ait:

Nonne vides, quam parva fides est in muliere?
Crede[19] michi, si credis ei, tu decipieris.

Sed maxime secundum illud 28 questione prima: »Non »potest infidelis in eius coniunccione manere, que iam in fidem »christianam translata est.«

Pro isto est notandum, quod secundum successum temporum fuit triplex iudicium de dimittendo[3] coniugem infidelem.

Nam in principio christiane fidei nec Judei nec gentiles fuerunt obstinati, generaliter loquendo, ymmo quasi cottidie multi tam gentiles, quam Judei convertebantur ad Christum propter predicacionem apostolorum et operacionem miraculorum. Et ideo pro tunc consuluit Apostolus tam gentibus, quam Judeis, ut fidelis non discederet ab infideli, propter spem conversionis ipsius infidelis ab ipso fideli.

In successu vero temporis post apostolos Judei fuerunt obstinati in sua malicia, et non gentiles. Et ideo consilium fuit circa tempora Constantini imperatoris, ut in casu predicto coniunx fidelis maneret cum infideli gentili, non autem Judeo.

Et quia istis temporibus tam Judei, quam gentiles sunt obstinati, ideo, prout expedit, fidelis ab infideli separetur. Dictum est

---

[13]) *Codd.*: infidelibus *CM.* — [14]) *Codd.*: *om. M*; et e contra *add. BEKP.* — [15]) *Codd.*: et ∾ infidelem *om. B*; *in marg. a* χ^2: — [16]) *Fl;* apostotare *codd.* — [17]) *Codd.*: *inscrip. ab* ι^1. — [18]) *Codd.*: femina *E.* — [19]) *Codd.*: *male* credere *D.*

tamen, quod potest conmanere sibi, sine hoc, quod$_{17}$ pertrahat eum ad infidelitatem et contumeliam Creatoris.

Et si obicitur Dominus in ewangelio$_{20}$, quod solum ob fornicacionis causam uxorem licet dimittere, sed infidelis non est fornicacio, item, dato, quod fidelis posset dimittere uxorem infidelem, videtur, quod non posset aliam ducere ex eo, quod cum ea fuit per vinculum indissolubile matrimonii sociatus: ad primum dicitur, quod infidelitas, etsi non est fornicacio carnis, est tamen fornicacio *I* mentis, eo quod per infidelitatem anima separatur a suo sponso *244 C* legitimo, Jesu Christo Domino, qui per fidem sibi quamlibet fidelem animam desponsavit. Ad secundum dicitur, quod inter infideles, licet sit matrimonium, quia tamen est inperfectum et non est ratum, et ideo eciam non est indissolubile vinculum; illud enim vinculum indissolubile est solum genus matrimonii sacramentalis, quod est perfectum. Unde dicit Innocencius tercius Extravag. 'De divorciis'$_3$ ca° 'Quanto$_{21}$ te'$_{21}$: »Nam etsi matrimonium inter »infideles existat, non tamen ratum.« Et ibidem ante dicit: »Si »enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam convertatur, »altero vel nullo modo, vel non sine blasfemia divini nominis, vel$_{11}$ »ut eum pertrahat ad aliquod mortale peccatum, ei cohabitare vo- »lenti: ad secunda vota, si voluerit, transibit« etc.$_{22}$

<Distinccio XL.>

<1.> **Unc superest de cognacione aliquid dicere . . .**

Ista$_1$ *distinccio 40ª*, tractans de inpedimento matrimonii ex parte carnalis cognacionis, continet, quod est cognacio carnalis et est cognacio spiritualis; cognati autem vel affines carnaliter in septimo gradu, vel infra, copulari non debent. Sed nota, quod illa prohibicio hodie est restricta usque ad quartum gradum, quia infra quartum gradum et in quarto gradu copulari non debent. Extravag. De consangwinitate$_2$ <ca°> 'Non debet'.

<2.> Unde$_3$ *versus*:

Tu consangwineus tum si fueris mulieris,
Affinis nequit ante gradus tibi nubere septem.

<3.> Pro distinccionis huius intelligencia notandum primo, quod consangwinitas$_2$ est vinculum perso-

---

[20]) *Codd.*: dicit *add. BEKP.* — [21]) *Omnes codd.* Quante. — [22]) *CIM*: *om. codd.*; Amen *add. D.* — [1]) *Codd.*: est *add. D.* — [2]) *Codd.*: consangwineitate *semper scribit CE.* — [3]) *Codd.*: *om. I.*

narum ab eodem stipite descendencium, carnali propagacione contractum. Quia tamen ista descripcio non continet, nisi personas descendentes excluso[4] parente communi, et consangwinitas sine dubio non solum est inter personas descen-
| *I* dentes[4], sed inter patrem et filios, ideo videtur, | quod conveniencius
244 D sic possit diffiniri: Consangwinitas est conveniencia personarum in natura ab uno parente carnis propagacione derivata. Hec diffinicio continet personas descendentes et stipitem, quomodocunque conparantur ad invicem. Conveniencia ponitur pro genere, personarum ponitur ad differenciam irracionalium, in natura ponitur ad differenciam conveniencie in voluntate et gracia, ab uno stipite, excludit personas diversarum cognacionum longe distancium, carnis propagacione excludit angelos.

2° notandum, quod stipes est parens communis multarum personarum. Et idem est stipes et truncus, quia persona, a qua omnes alii eiusdem cognacionis ducunt originem.

3° notandum, quod linea est ordinata colleccio personarum consangwinitate coniunctarum, ab eodem stipite descendencium, diversos gradus continens. Quia vero colleccio sonat in simul esse, et hic est mencio de ascendentibus, et eciam videtur hic excludi communis parens, ideo forte posset melius sic diffiniri: Linea est ordo personarum consangwinearum ad invicem, gradus continens. Nec oportet hic facere mencionem de uno parente, qui sit propagator, quia hoc intelligitur, cum dicitur: personarum consangwinearum, sicud patet per diffinicionem consangwinitatis; quod autem additur gradus continens, congrue ponitur, quia unicus[5] gradus nunquam linea est, sed solum inchoacio linee. Unde nec pater ad filium lineam facit consangwinitatis, nec filius ad patrem, nec frater vel soror ad fratrem, sed gradum tantum, et linee inchoacionem. Unde quilibet gradus in linea habet se ad modum puncti mathematici, sive con-
I tinui, qui est in continuo, sed non est linea, cum punctus sit in-
245 A divisibilis, ut dicit Euclides: ||| »Punctus est, cuius pars non est«, et istud debet patere in numeris in arbore consangwinitatis positis.

Est autem linea triplex, sc. ascendencium, descendencium et transversalium[6], et sic ascendens, descendens et transversalis.

Linea ascendens continet progenitores per ordinem usque abavum et abaviam sicut patet in arbore.

Linea descendens continet propagatos ab aliquo, vel ab aliquibus per ordinem usque ad abnepotem et abneptem, ut patet in arbore. Unde quelibet illarum duarum linearum potest esse ascendens[7] et descendens[7] respectu diversorum, quamvis ultima linea ascendencium, que ad Adam pertingeret, non posset esse descen-

---

[4]) *Codd.*: excluso ∾ descendentes *om. E.* — [5]) *Codd.*: *pessime* virtus *BEKP*. — [6]) *Codd.*: transversalium ∾ descendens *om. E.* — [7]) *Codd.*: ascensus, descensus *I.*

dencium[8], nisi Adam conputaretur terminus ascendencium et descendencium, sed tunc non daretur stipes et truncus communis ascendencium et descendencium.

Linea vero lateralis sive transversalis continet laterales, lateraliter descendentes a progenitore[9] vel progenitoribus illius, cui[10] sunt laterales, ut patet de fratre[11] et sorore Prothei et eorum successione, similiter de patruo Prothei et amita, avunculo et matertera et eorum successione, et sic de aliis lateralibus.

Linea vero transversalis duplex est, sc. equalis et inequalis. Equalis est, que continet personas eque distantes a communi parente; equales sunt Protheus et pronepos propatrui, similiter frater et soror et[6] huiusmodi[6]. Inequalis est, que continet inequaliter distantes ab eodem, quales sunt Protheus et nepos propatrui, similiter Protheus et filius propatrui, vel ipse propatruus, similiter frater et sororis filius, quorum | alter est nepos communis patris, alter | *I* filius, et huiusmodi. Et nota, quod ex lineis descendentibus con- *245 B* stituitur transversalis, verbi gracia: Filii duo fratrum mutuo sibi attinent secundum lineam transversalem et equalem, frater et filii fratris secundum lineam transversalem et inequalem, et quilibet eorum recta linea descendit a communi parente, qui est avus ad filios fratris vel fratrum, prout potest in arbore hoc patere.

2° notandum, quod gradus secundum doctores est habitudo distancium personarum, qua cognoscitur, quota generacionis distancia due persone inter se differunt; sed quia hec verba designant gradum continere duas personas per habitudinem mediam, et estimo, quod quelibet persona habet gradum suum, sed respectu alterius, ideo forte gradus potest evidencius sic describi: Gradus est ordo persone ad personam in consangwinitate secundum aliquam differenciam situs, sc. supra, vel infra, vel iuxta.

Gradus enim, sive ordo persone ad personam versus sursum est alicuius progenitorum. Unde ordo progenitorum constituit per seriem graduum superioris lineam ascendentem. Unde pater et mater sunt primus gradus ascendentis linee, avus et avia secundus, et sic de aliis[12].

Ordo autem persone ad personam versus deorsum est de posteritate. Unde ordo posteritatis secundum seriem graduum constituit lineam descendentem. Unde filius et filia est primus gradus linee descendentis, nepos et neptis secundus, et sic de aliis.

Ordo autem persone ad personam a latere constituit lineam transversalem et est lateralium, ut frater et soror, qui sunt primus gradus, filii eorum secundus et sic deinceps. Et hec omnia se offerunt in arbore in consangwineis Prothei etc.[3]

---

[8]) *Codd.*: *male* descendendum *I.* — [9]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [10]) *Codd.*: cuius *D.* — [11]) *Codd.*: *male* frate *I.* — [12]) *Codd.*: ceteris *CM.*

eorundem[13] pronepos et proneptis	eorundem nepos et neptis	eorundem filius et filia	propatruus proamita	abavus abavia	proavunculus promatertera	eorundem filius et filia	eornndem nepos et neptis	eorundem pronepos proneptis
eorundem nepos et neptis	eorundem filius et filia	propior sobrinus propior sobrina	propatruus magnus proamita[14] magna	proavus proavia	avunculus magnus avuncula magna	propior sobrinus propior sobrina	eorundem filius et fiiia	eorundem nepos et neptis
eorundem nepos et neptis	eorundem filius et filia	frater patruelis soror patruelis	propatruus amita	avus avia	avunculus matertera	consobrinus consobrina	consobrini filius et filia	consobrini nepos et neptis
fratris pronepos et proneptis	fratris nepos et neptis	fratris filius et filia	frater	pater mater	soror	sororis filius et filia	sororis nepos et neptis	sororis pronepos et proneptis
				Protheus				
				filius et filia	1			
				nepos neptis	2			
				pronepos proneptis	3			
				abnepos abneptis	4			

[13]) *Codd.*: arborem consangwinitatis *om. I, relicta pagina*; *in L spatium duarum linearum.* — [14]) *Codd.*: amita *CM.*

‖ Consequenter videndum est de conputacione graduum, pro quo sciendum[15], quod duplex est conputacio, sc. canonica et legalis, que inter se differunt et in modo et in causa. ‖ I 246 A

In modo, quia conputacio legalis ubique et in omni linea secundum numerum personarum propagatarum ab uno parente constituit numerum graduum, ita quod ubique teneatur hec regula: Persona addita persone per carnis propagacionem mutat vel adicit[16] gradum Et sumitur hec regula ab illo verbo legis: »Generata persona »gradum adicit«, Instituciones lib. 3° § 'Gradibus cognatorum' in fine. Et habetur 35 quest. 5ª. Conputacio ergo legalis ubique secundum singulas personas propagatas singulos constituit gradus et differentes; sed conputacio canonica, licet hos communiter observet in linea ascendente et descendente, non tamen in linea transversali, ibi enim non superadicit[16] gradum cum adieccione persone per propagacionem.

In causa eciam differunt, quia legalis conputacio intendit per se successioni in cognacione propter hereditatis delacionem a persona in personam, et ideo secundum singulas personas singulos constituit gradus, quia unica succedit alteri gradatim in hereditate. Canonica vero per se intendit cognacioni[17] succedencium propter copulam coniugalem legitime contrahendam, et ideo non semper ponit singulos gradus differentes secundum singulas personas, quia vive persone invicem matrimonio copulantur. Hec omnia aperte docet Alexander secundus 35. quest. 5ª 'Ad sedem' ante medium.

Et nota[18], quod[18] si aliquando invenis[9], quod canonica conputacio[19] ponit duas personas in uno gradu, hoc est intelligendum, quia in simili, ut duo fratres sunt in diversis lineis descendentibus, sed in simili gradu cognacionis, | quia uterque est in eodem gradu, sc. primo, tam ad patrem supra, quam ad alterum a latere. Eodem modo filii fratrum sunt in secundo gradu, que quatuor persone secundum conputacionem legalem faciunt quatuor gradus. Unde canon ponit duas personas in uno gradu, quia principaliter intuetur consangwinitatem, que est semper plurimum ad invicem, lex vero in singulis[9] gradibus singulas personas, quia principaliter intuetur successionem in hereditatem, que singillatim est persone cuiuslibet per se. | I 246 B

Istis pensatis poterit quarumlibet personarum consangwinearum[6] in figura distancia reperiri, modum autem inveniendi videat quilibet, saltim quoad gradus quatuor, in quibus copula prohibetur, et pensanti iam dicta, patebit faciliter in figura.

<4.> Dubitatur circa istam distinccionem: *Utrum consangwinitas de iure naturali inpediat matrimonium.* Dicendum,

---

[15]) *Codd.*: notandum *E.* — [16]) *Codd.*: *ex corr. a rubr. I.* — [17]) *Codd.*: *ex corr. B*; *male* cognacionem *EKP.* — [18]) *Codd.*: *in marg. ab* t². — [19]) *Codd.*: *male* copulacio *I.*

quod sic, quantum ad personam patris respectu filie et quantum ad personam matris respectu filii. Dicat enim racio naturalis, quod filia, que debet esse subiecta patri per omnia, non est assumenda$_{9}$ causa prolis generande in sociam. Similiter mater$_{18}$, que debet filio dominari, non debet ab eo assumi in sociam. Item turpe foret, ut filius carnem, de qua genitus$_{20}$ est, macularet; similiter$_{21}$ turpe est, quod pater carnem, quam genuit, macularet; hoc enim esset quasi in carnem propriam agere et ipsam turpiter maculare.

Sed quantum ad aliquas personas, que ponuntur in Levitico, consangwinitas inpedit de iure divino; finis enim$_{9}$ matrimonii secundarius est repressio concupiscencie, cui$_{22}$ magnus prebe- || *I* retur consensus vel occasio, si licita esset carnalis copula || inter *246 C* personas, que conversantur simul in eadem domo, et ideo persone ille excipiuntur in lege, que simul habent quodam modo conversari.

Sed iure humano adhuc plures persone excipiuntur, propter hoc, ut eciam amicicia et hominum confederacio multiplicaretur, dum homo ad uxoris consangwineos habet se, sicud ad consangwineos suos. Unde quia amor viri ad mulierem et e contra est vehemens, et inter homines non consangwineos est multiplicatum odium, ut$_{23}$ ista duo moderarentur, ex una parte prohibitum est, ne fratres ducerent sorores in coniugium, ne esset nimius amor inter eos, quia amor consangwinitatis ex parte una et amor coniugalis ex altera coniuncti facerent amorem inter eos excessivum. Et ex alia parte constitutum est, ut copularentur non consangwinei, ut cessaret aut mitigaretur odium, et per consequens, ne caritas ex prima parte consangwineorum deflueret propter fornicacionem coniugum$_{9}$, et ex alia parte, ut cresceret ex copulacione non consangwineorum.

Sic ergo provisum est ab ecclesia, ut non consangwinei, sed longe distantes matrimonia contraherent. Primo fuit provisum, ut ante septimum gradum non contraherent, sed iam restrictum est, quod solum ante quartum et in quarto non contraherent, quia parentes quandoque vivunt usque ad quartum gradum. Unde Dominus comminatur se visitaturum peccata patrum in filios usque ad$_{24}$ quartam generacionem$_{25}$.

---

[20]) *Codd.:* natus *E.* — [21]) *Codd.*: similiter ∾ macularet *om. E.* — [22]) *Codd.*: sc. concupiscencie *add. CM.* — [23]) *Codd.:* ergo *add. E.* — [24]) *Codd.*: in *CDFML.* — [25]) *Codd.*: et cetera *add. DFL.*

<Distinccio XLI.>

<1.> **NUnc de affinitate videndum est ...**

Ista[1] *distinccio 41ª* tractans de affinitatis inpedimento continet primo, quod omnes consangwinei uxoris usque ad septimum gradum sunt affines viro et e contra, quia vir et uxor effi|ciuntur una caro. Unde sicud non licet Christiano de sua consangwinitate uxorem ducere, sic nec de consangwinitate uxoris propter unitatem carnis. Et e converso uxor non potest ducere virum de consangwinitate viri ad septimum gradum. Aliqui tamen dicunt, quod in septima generacione inter affines potest contrahi matrimonium, et in quarta, etsi contractum fuerit, non separari. Et notandum, quod affinitas matrimonium non inpedit hodie, que est ultra quartum gradum, Extravag. De consangwinitate et affinitate <caº> 'Non debet', unde Magister iura adducit antiqua, que sunt revocata. | I 246 D

2º continet distinccio, quod si aliqua mulier ad secundas nupcias transierit et ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest soboles de secundo viro suscepta coniugium contrahere cum aliquo de[2] cognacione prioris viri, cum quo mater eius una caro existit. Et notandum, quod illud abrogatum est, Extravag. De consangwinitate et affinitate <caº> 'Quod super hiis' et caº 'Non debet'. Unde potest contrahere licite soboles de secundo viro suscepta cum aliquo de consangwinitate prioris viri, nisi aliquid aliud inpediret.

3º, quod, si ignoranter infra dictos gradus consangwinitatis aliqui coniuncti fuerint, habita noticia ab ecclesia separantur. Et dicunt aliqui illam coniunccionem coniugium non fuisse, quia non erant legitime persone; tamen propter ignoranciam excusantur[3] et coniugium reputatur, quia bona fide[4] et[5] per manum ecclesie conveniunt; unde et filii eorum legitimantur. Alii autem dicunt fuisse coniugium, licet non essent[3] persone legitime, quia talium coniunccciones vocant canones coniugium.

4º, quod consangwineorum coniunccionem nullus extraneorum accuset, sed propinqui, ad quorum noticiam pertinet. Si autem tota progenies deficiat, || ab antiquioribus et veracioribus, quibus propinquitas nota sit, veritas perquiratur, et si inventa fuerit, separentur. | I 247 A

5º, quod aliud est peccatum fornicacio, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Licet fornicacio sit genus omnis illiciti coitus, qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel concubinarum, vel meretricum. Stuprum proprie est virginum defloracio illicita. Adulterium est alieni thori violacio.

---

[1]) *Codd.*: est *add. D.* — [2]) *Codd.*: *inscrip. ab* c^1. — [3]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [4]) *Codd.*: *male* fidei *C.* — [5]) *Codd.*: *in marg. ab* c^1.

Unde adulterium dicitur quasi alterius thori accessio. Incestus est consangwinearum vel affinium abusio. Raptus dicitur puelle violenta a domo patris educcio, ut nupta in uxorem habeatur$_3$, que morte multatur. Si tamen ad ecclesiam confugerit, privilegio ecclesie mortis inpunitatem meretur.

6°, quod frater et soror uxoris tue cognati dicuntur, iure fit et necessitate vulgaris appelacionis pocius, quam ulla causa cognacionis$_6$. Uxor enim fratris fratrissa pocius quam cognata vocatur. Mariti frater levir dicitur$_7$, duorum fratrum uxores ianitrices, quasi eandem ianuam intrantes. Viri uxor glos appellatur.

<2.> Pro quibusdam sunt hii$_8$ *versus*$_9$:

sc. septem graduum iuris metam Gregorii et Fabiani
Metam dat rigor, hancque$_{10}$ dispensacio laxat,
in quarto
Affinesque gradu permittit nubere quarto.
affines
in matrimonio
Ante gradus$_{11}$ positos iuncti sunt dissociandi,
si ignoranter fecerunt$_{12}$
Atque rei non sunt, aliis quoque nubere possunt.

Supposito, quod affinitas contrahatur$_{13}$ ex matrimonio et ex | *I* licito coitu, non autem | ex coitu contra naturam, quia non est ibi *247 B* seminum conmixtio,

<3.> Queritur: *Utrum affinitas contrahatur ex sponsalibus.* Pro quo sciendum, quod affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proveniens, omni carens parentela, et dicitur simpliciter ex carnali copula, quia tam per fornicariam copulam, quam per legitimam contrahitur affinitas 35 quest. 5ª 'Nec eam', Extravag. caº 'De eo, qui cognovit consangwineam uxoris'. Et quia non solum carnis copula facit affinitatem, sed et cognacio, media enim$_3$ persona uni cognata et alteri carnaliter copulata causat affinitatem inter illas personas extremas, ideo potest affinitas taliter diffiniri: Affinitas est propingwitas personarum$_{11}$ non consangwinearum, per mediacionem tercie persone contracta, que uni earum est cognata et alteri copulata.

Ex dicta diffinicione potest patere, quod affinitas contrahitur ex sponsalibus, quia alias post sponsalia posset frater germanus ducere sponsam fratris, quod est contra dicta superius. Contrahitur ergo affinitas vel propingwitas quedam, que vocatur iusticia publice honestatis, que sic diffinitur: Publice hone-

---

[6]) *Codd.*: cogna- *male repet. I.* — [7]) *Codd.*: vocatur *E.* — [8]) *Codd.*: unde *add. K.* — [9]) *Codd.*: versus *repet. I.* — [10]) *Codd.*: que *om. E.* — [11]) *Codd.*: *om. E.* — [12]) *Codd.*: *om. B*; *glossas prorsus om. EKL.* — [13]) *Codd.*: contrahitur *BEKP.*

statis iusticia est propinquitas ex sponsalibus proveniens, robur trahens ab ecclesie institucione propter eius honestatem. Inpedit autem matrimonium secundum eosdem gradus$_{11}$ sicud affinitas et consangwinitas, per easdem raciones, contrahitur tamen ante tempus septennii, sed non sic affinitas.

<4.> *Utrum aliquis filius sit illegitimus?* Dicendum, quod sic. Et nota, quod quatuor sunt differencie filiorum. Quidam sunt | I
legitimi et naturales, ut nati de matrimonio; quidam naturales 247 C
non legitimi, ut nati de fornicacione; quidam legitimi et non naturales, ut filii adopcionum$_{14}$: quidam nec legitimi, nec nati de adulterio. ut si contingeret aliquem esse filium ex coniunccione duorum coniugum, quorum uterque estimasset se cum proprio coniuge propter prolem conmisceri, et conmisceretur cum alio. In tali enim coniunccione non curreret crimen adulterii, cum neuter coniugum alterius coniugem postularet, et quia adulteria procedunt de corde, i. e. de intencione cordis, ut dicit Salvator Matth. 15°. Et secundum Augustinum peccatum adeo est volitum, quod si non$_{15}$ est volitum, non est$_{15}$ peccatum, et commune et valde bonum proverbium dicit:

Quidquid agant homines, intencio iudicat illos.

Ideo taliter coniuncti duo homines estimantes se fore coniuges, adulterii crimen$_3$ non peccarent. Sed Petrus quest. 6ª articulo primo dicit, quod filii nec legitimi nec naturales sunt, qui ex dampnato coitu$_{16}$ nascuntur, sc. ex adulterio vel incestu, qui dicuntur spurii.

<5.> *Utrum filius illegitimus possit legitimari?* Dicendum, quod sic. Est autem legitimacio quorundam incomodorum amocio, que illegitime natus incurrit, et illa incomoda tolli possunt, pro quo dicit S. Thomas quest. 4ª articulo 3°, quod illegitimus non potest legitimari, ut fiat de legitimo coitu natus, sed quia dampna, que incurrit, subtrahuntur per auctoritatem legis. Et sunt sex modi legitimandi; duo sc. secundum canones: primus, cum quis ducit in uxorem illam, ex qua filium illegitimum generavit, 2us fit per dispensacionem pape; 4^{or} autem modi sunt secundum leges. primus, si pater filium naturalem curie imperatoris offerat, ex hoc enim legitimatur propter curie$_3$ honestatem; | 2us $_{17}$, si pater I
in testamento nominet eum legitimum heredem et filius postea 247 D
testamentum imperatori offerat; 3us, si nullus sit filius legitimus et ipse eum principi imperatoris offerat; 4us, si pater in publico cum trium testium subscripcione eum legitimum nominet, nec ad-[d]iciat naturalem. — Hec S. Thomas.

---

[14]) *Codd.*: adoptivi *E.* — [15]) *Codd.*: esset *BEKP.* — [16]) *Codd.*: crimine *E.* — [17]) *BEKP*: secundo *codd.*; secundo pater in testamento nominat *F.*

Sciendum tamen, quod secundum Petrum quest. 6ª articulo 2° »Legitimacio canonica legitimat hominem ad actus »spirituales in tota ecclesia et ad actus seculares in terra subdita »pape et ad dignitates eciam seculares.« — Hec ille.

Et[18] placet michi, si Deo placet[19].

<Distinccio XLII.>

<1.> De parentalium graduum famosa questione aliquid, licet[1] minus sufficienter, diximus . . .

Ista[2] *distinccio 42ª*, tractans de inpedimento spiritualis et legalis cognacionis primo continet, quod tria sunt genera cognacionis, sc. consangwinitas, affinitas et spiritualis germanitas. Consangwinitas est inter eos, qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos, qui genere non sunt iuncti, sed mediante genere sunt sociati. Spiritualis proximitas est inter conpatrem et conmatrem et inter eos, quorum unus alterum de sacro fonte levavit, vel in cathetizacione aut confirmacione tenuit[3]; est eciam inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales.

2°, quod spirituales filii sunt, quos de sacro fonte levamus[4], vel in cathetizacione vel confirmacione tenemus. Filii eciam et filie spirituales eorum sunt, qui eos in sacro baptismate tingunt; dicitur eciam spiritualis filia sacerdotis, que ei peccata confitetur. Et notandum, quod ex adepcione[5] baptismi et confirmacionis solum oritur spiritualis cognacio, ex qua matrimonium inpeditur contra- *1*
248 A hendum et dissolvitur contractum. Ex cathecismo autem spiritualis cognacio oritur contrahi matrimonium inpediens, non tamen dirimens[1] iam contractum, Extravag. De cognacione spirituali <§> Per cathecismum.

3°, quod si aliquis filiolam suam vel conmatrem sibi nupcialiter[1] copulare presumpserit, separentur. Si autem post legitimam copulam alter alterius filium de fonte levat, vel in confirmacione tenet, vel ex necessitate baptisat, non sunt separandi, sed culpabilis est ipsis penitencia inponenda.

4°, quod filii naturales filiis adoptivis copulari non possunt, nec e contra, quod aliqui intelligunt — supple et bene — de illis tantum filiis, quibus conpatres facti sunt, de aliis vero, qui ante

---

[18]) *Codd.*: bene *add. BEKP.* — [19]) *Codd.*: placet *iterat BK*; etc. *add. DL.* — [1]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [2]) *Codd.*: est *add. D.* — [3]) *Codd.*: tenuerunt *E.* — [4]) *Codd.*: levavimus *BEKP.* — [5]) *Codd.*: ad- *in marg. ab* i^2.

conpaternitatem vel post geniti sunt, concedunt, quod legitime iungi[6] possunt.

5°, quod vir, qui uxori sue debitum reddidit, postquam alia mulier conmater uxoris sue extitit, uxore mortua illam conmatrem uxoris sue defuncte coniugem habere non potest. Si autem ante conmaternitatem contractam uxori proprie debitum non reddidit, uxore mortua conmatrem eius in uxorem habere poterit, et hoc, supple, sive post contractam maternitatem uxorem cognoverit, sive non.

6°, quod vir et uxor eius non debent simul in baptismo puerum suscipere.

7°, quod non solum prime nupcie, sed[7] secunde sunt licite, et[8] tercie et quarte non sunt dampnande, sed tantum prime sub benediccione Dei solempniter celebrantur.

<2.> Pro quibusdam sunt hii *versus*[10]:

Sperans a coniuge disiungi coniunx de fonte levet si
Natum, de alia genitum i. e. putatur[11] multetur graviter, non a coniuge[11] dissocietur.
Ducere conmatrem vel natam spiritualem
Nemo potest; quod si fiat, debet revocari.
Natus carnalis non nubat spirituali
Conmatri, | quam nequit uxoris habere maritus. *I 248 B*
Coniunx de fonte proprium[12] puerum non tollat uterque.
Nullus diffinit, quociens quis nubere possit.

<3.> *Utrum cognacio spiritualis inpediat matrimonium?* Dicendum, quod sic. Sed notandum, quod cognacio spiritualis est propinquitas proveniens ex sacramenti dacione, vel ad illud tencione. Unde doctor subtilis dicit, quod cognacio spiritualis est quoddam vinculum contractum ex dispensacione sacramentorum baptismi et confirmacionis. Ex dacione autem aliorum sacramentorum cognacio nequaquam oritur, que matrimonium inpediat vel dissolvat.

Vocatur autem cognacio spiritualis, quia, ut dicit S. Thomas questione prima: »Sicud per carnis propagacionem homo »accipit esse nature, ita accipit per sacramenta esse spiritualis »gracie, et ideo vinculum, quod contrahitur ex suscepcione sacra»mentorum, est naturale alicui, in quantum est membrum ecclesie.« Et infra articulo secundo: »Baptismus assimilatur generacioni »in utero, quia adhuc talis est fovendus intra uterum ecclesie. »Sed confirmacio assimilatur nativitati ex utero, per quam homo

---

[6]) *Codd.*: coniungi *E.* — [7]) *I*; et *codd.* — [8]) *I*; sed *codd.* — [9]) *CIM*; horum *add. codd.* — [10]) *Codd.*: versus *iterat I.* — [11]) *Codd.*: *om. B.* — [12]) *Codd.*: *om. BI*; *glossas prorsus om EKL.*

»roboratus exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi.« — Hec Thomas.

Est autem sciendum, quod cognacio spiritualis est triplex. Prima est paternitas spiritualis, que attenditur inter patrem spiritualem et filium vel filiam spiritualem. Est autem pater spiritualis ille, qui baptisat, ut presbiter, et qui suscipit baptisatum de baptismo, ac episcopus, qui confirmat, et ille, qui tenet eum, qui confirmatur coram episcopo. Filius autem spiritualis dicitur ille, qui baptisatur vel confirmatur.

2ª cognacio spiritualis est conpaternitas, et hec attenditur
‖ *I* inter parentes carnales ipsius baptisati ‖ vel confirmati et iam dictos
248 C patres spirituales eiusdem.

3ª cognacio dicitur fraternitas spiritualis, et hec attenditur inter filium spiritualem et inter filios carnales sui patris spiritualis. Unde omnes filii baptisantis et omnes filii suscipientis aliquem hominem de baptismo sunt fratres spirituales illius, qui baptisatur et suscipitur de baptismo. Ista[13] patent 30 quest. 3ª caº primo et secundo.

Sed videtur, quod ista trimembris divisio cognacionis spiritualis non evacuat totum genus ipsius cognacionis spiritualis; patet, quia est dare quartam cognacionem spiritualem[14], sc. confessorem patrem spiritualem, similiter patrem predicatorem, qui gignit filios et filias spirituales per ewangelium et per confessionem. Igitur non tantum triplex est cognacio spiritualis.

Hic dicitur, quod per confessionem et per predicacionem spiritualis cognacio sive gradus non contrahitur, quia tunc filius predicatoris vel confessoris plebani cum nulla de sua, parochia posset contrahere, eo quod omnes, ut suppono, sunt de predicacione et confessione sua. Ideo non sunt proprie patres ipsi predicatores et confessores, per quos spiritualis contraheretur cognacio, sed propter quandam similitudinem[15] dicuntur patres. Nam secundum Philosophum 8º Ethicorum: »Sicud corporalis pater dat proli tria, »sc. esse, nutrimentum et instruccionem, sic et isti instruccionem »et nutrimentum spirituale.« Sed non, nisi per baptismum vel per confirmacionem esse spirituale. Unde, sicud pater naturalis non dicitur proprie, nisi quantum ad generacionem, per quam dat esse, sic in spiritualibus sacerdos, nisi qui baptisat vel confirmat, sic communiter tenetur.

| *I*
248 D Sed tunc nescio discutere, | quomodo Apostolus vocat filios, quos genuit per verbum Christi, quare non esset eorum pater proprie spiritualis.

Similiter videtur, quod sacerdos, baptisans aliquem fictum, non esset eius pater, ex eo, quod non dat ei esse gracie spirituale.

---

[13]) *Codd.*: *male* ita *I.* — [14]) *Codd.*: igitur *E.* — [15]) *Codd.*: dissimilitudinem *DEP, ex corr. K.*

Similiter episcopus sepe confirmans non dat esse spirituale confirmato, et sic non videtur esse eius pater spiritualis.

Ad primum forte posset dici, quod Apostolus loquitur ad illos, quos baptisavit, 2° concedendo, quod fuit eorum pater spiritualis, sed non proprie, primo modo dictus.

Ad secundum et tercium dicitur negando utramque consequenciam, et oportet dici, quod sufficit, quod sit pater ad faciem ecclesie; quamvis non det baptisato vel confirmato esse spirituale gracie, quia tamen dat sibi esse fidei etsi non formate, provide dicitur spiritualis eius pater. Et ad hunc sensum oportet de sacerdote reducere illos *versus*:

> Quem de fonte levas tangendo sive tenendo,
> Vel confirmando, sua vel peccata fatendo,
> Filius ille tibi spiritualis...

Quoad ultimam partem intellige: supple 'non cognacionis spiritualis', quamvis papa Simachus, similiter papa Innocencius ad hoc tendant, quos Magister adducit in litera.

<4.> Quantum ergo ad cognaciones spirituales matrimonium inpeditur inter personas infra scriptas per baptismum, videlicet inter baptisatum et filios suscipientis, inter baptisatum et uxorem suscipientis ante suscepcionem carnaliter cognitam a suscipiente, inter suscipientem et patrem baptisati, inter suscipientem et matrem baptisati, inter baptisantem et baptisatum, inter baptisatum et filios baptisantis, inter baptisatum et uxorem baptisantis prius ab eo cognitam, inter baptisantem || et patrem baptisati, inter baptisantem et matrem baptisati. *I 249 A*

Istis decem[16] modis inpeditur matrimonium et dirimitur; et eodem modo de confirmacione. Ista patent 30 quest. 3ª et Extravag. de cognacione spirituali, ca° 'Veniens'. Item 30 quest. prima ca° primo et infra plane sic dicitur: »Pater »spiritualis non potest contrahere matrimonium cum filia spirituali, »nec mater spiritualis cum spirituali filio et si contrahant, est pe»nitus dirimendum.« Patet 30 quest. 3ª, ca° 'Pitacium'.

Si autem pater spiritualis contrahit cum sorore filie sue vel filii spiritualis, tale non est dirimendum. Patet 30 quest. 3ª, ca°[17] 'Illud eciam'.

Item: non est dirimendum, si pater spiritualis contraheret cum filia carnaliter genita a suo filio spirituali Patet per Innocencium super primo ca° Extravag. 'De spirituali cognacione'.

Item: pater spiritualis non potest contrahere cum matre carnali sui spiritualis filii, nec mater spiritualis cum patre carnali, et si contraxerint, matrimonium est penitus dirimendum. Illud patet

---

[16]) *CEM; om. codd.* — [17]) *Codd.: om. I.*

30 quest. prima ca° primo. Idem patet Extravag. de cognacione spirituali ca° 'Veniens'.

Item sicud$_{18}$ conpaternitas spiritualis directe prohibet patrem spiritualem, ne possit nubere matri carnali sui filii spiritualis, sic eadem conpaternitas indirecte prohibet uxorem patris spiritualis post mortem nubere patri carnali predicti filii spiritualis, hoc presupposito, quod iam dicta conpaternitas non prius advenerit illi viro, qui per carnalem copulam fuit quodam modo effectus una caro cum uxore sua, quia, si prius fuit conpater antequam accepit uxorem, tunc uxor eius post mortem eius licite potest matrimonium contrahere cum illo, qui conpater erat mariti sui. Et sicud dictum est, quomodo paternitas directe conveniens viro extendit se ad
| 1 uxorem et quomodo non, sic eodem modo extenditur | a muliere
249 B ad virum, si mulier suscepit puerum de baptismo, vel baptisat$_1$ in necessitate, vel tenet in confirmacione. Illud patet 30 quest. 4ª <ca°> 'Sciscitatur'.

Item: nota, quod si aliquis homo habet prolem cum alia muliere, quam cum propria uxore, tunc pater spiritualis illius prolis non inpeditur, quin mortuo illo homine ipse posset contrahere matrimonium cum uxore sua, ita quod in isto casu una mulier potest habere duos conpatres successive in viros. Et eodem modo iudicandum est ex parte viri, si uxor sua habet prolem ex alio viro, quia tunc mortua uxore, vir poterit contrahere cum matre spirituali illius prolis, que erat conmater uxoris sue, et sic unus vir potest successive duas conmatres habere in uxores. Ista patent 30 quest. 4ª ca° 'Qui spiritualem'.

Nota eciam, quod vir et mulier simul$_{19}$ levantes eandem prolem de baptismo non prohibentur inter se matrimonium contrahere. Ponit istud Innocencius$_{20}$ Extravag. 'De cognacione spirituali' in Glossa super ca° primo$_{21}$ 'Martinus'. Idem ponit Hostiensis in Glossa super ca° 'Veniens' et patet per Magistrum in presenti distinccione.

<5.> Et quoad ista sunt hii$_{22}$ *versus*:

Que michi, vel cuius mea natum fonte levavit,
Hec mea coniunx fieri mea non valet uxor.
sc. uxori$_{23}$ genitum$_{24}$
Si qua mee natum non ex me fonte levavit,
post mortem uxoris
Hanc post fata mee non inde vetabor habere.

---

[18]) *Codd.*: *inscrip. ab* t². — [19]) *Codd.*: se *add. E.* — [20]) *Codd.*: papa *add. E.* — [21]) *Codd.*: quarto *Decretal. Gregor. L. IV, tit. XI, C. IV.* — [22]) *Codd.*: unde *add. K*; et sequuntur *add. L.* — [23]) *Codd.*: uxoris *I.* — [24]) *Codd.*: *om. B*; *glossas prorsus om. DEKL.*

<6.> Item notandum, quod omnes liberi duorum conpatrum, vel duarum conmatrum, ante vel post conpaternitatem geniti, possunt legitime coniungi preter illam personam, qua conpatres effecti sunt. Patet per Magistrum in presenti distinccione ca° 3° in fine, patet eciam Extravag. 'De cognacione spirituali' ca° primo, patet eciam 30 questione 3ª ca° 'Non oportet', et 'Super quibus'.

<7.> Super isto sunt hii *versus*:

Non poterit iungi conmater conpatri ulli.
Conpatri poterit conpatris filia iungi,
Non tamen illa potest, per quam fit || conpater ille. *I 249 C*
Patri se poterit conpatrum iungere proles,
Hac tamen excepta, que conpatres facit illos.

<8.> Eciam notandum, quod cum sacerdos est pater spiritualis baptisans et habet prolem, tunc illa proles non potest legitime matrimonium contrahere cum prole ab eo baptisata, eo quod omnium illorum, quos ille sacerdos baptisavit, suus carnalis filius est frater spiritualis. Istud habetur Extravag. 'De cognacione spirituali' ca° ultimo. Et idem est iudicandum de filio laici, qui in necessitate baptisaret. Ipse enim[18] esset verus pater[25] filie, et ideo filius suus non posset filiam suam spiritualem in uxorem ducere, quia ipse esset frater suus spiritualis. Nec pater posset eandem filiam in uxorem capere, quia ipse esset pater eius spiritualis, nec pater posset accipere matrem illius filie, eo quod vera conpaternitas esset inter has personas. Hec omnia possunt haberi ex dictis Hostiensis in Glossa super ca° proxime allegato.

<9.> Item notandum, quod ista prohibicio non extendit se usque ad nepotes, quia quamvis filius tuus spiritualis non possit accipere filiam tuam carnalem, tamen bene potest accipere neptem tuam, filiam filie tue. Eciam filius tuus carnalis potest accipere filiam filii tui spiritualis. Patent ista ex dictis Innocencii Extravag. 'De cognacione spirituali' in Glossa super primo ca° illius tituli.

<10.> De cognacione legali eciam notandum est secundum doctores, quod cognacio legalis est proximitas ex adopcione proveniens. Adopcio autem est persone extranee in filium vel nepotem[1], et sic deinceps, legitima assumpcio. Est autem prima species legalis cognacionis inter patrem adoptantem et prolem adoptatam; 2ª est inter prolem adoptatam et naturalem prolem adoptantis; 3ª est quasi per modum affinitatis inter uxorem filii adoptivi et patrem adoptivum, et inter filium adoptivum et uxorem | patris adoptivi. *| I 249 D*

[25]) *I*: illius *add. codd.*

Et omnes iste species inpediunt matrimonium, quamvis inequaliter. Nam licet secunda species, que potest dici fraternitas legalis cognacionis, inpediat matrimonium inter prolem adoptatam et prolem naturalem, quamdiu utraque proles est in$_{18}$ patris potestate, tamen mortuo patre possunt legitime contrahere, vel eciam adhuc vivente patre, si una earum vel utraque fuerit emancipata, nullum habent inpedimentum contrahendi matrimonium ulterius ex parte cognacionis legalis. Ista patent Extravag. 'De legali cognacione', ubi dicit Nicolaus papa sic: »Si qua per »adopcionem ceperit$_{26}$ michi esse soror$_{27}$, quamdiu durat adopcio »inter me et ipsam, nupcie consistere non possunt.«

Et super eodem capitulo arguit glossa ab opposito sensu, quod non durante adopcione inter prolem naturalem et adoptivam non prohibentur nupcie, sed ut patet per eandem glossam, tunc non durat inter huiusmodi proles vinculum adopcionis, quando una earum vel utraque fuerit emancipata. Emancipata vero tunc dicitur, quando data sibi hereditaria porcione, que secundum leges ipsam prolem concernit, ipsa ponitur extra familiam patris. Patet 30 quest. 3ª caº 'Ita diligere' et caº 'Post susceptum'; patent eciam predicta ff. de ritu nupciarum caº 'Per adopcionem'.

Sed prima et 3ª species cognacionis legalis perpetue inpediunt matrimonium, nam pater adoptivus nunquam potest contrahere matrimonium cum filia adoptiva, sive illa filia adhuc sit in patris adoptantis familia, sive emancipata. Eciam pater nunquam legitime potest contrahere cum uxore filii adoptivi post mortem illius filii, nec filius adoptivus potest contrahere matrimonium cum
I uxore sui patris adoptivi post mortem illius patris, eciam dato,
250A quod ||| ante mortem patris fuerit emancipatus. Ista patet ff. de ritu nupciarum 'Filius adoptivus'.

Notandum eciam hic, quod dicit$_{18}$ Hugo in Glossa 30 quest. 3ª, quod sicud due proles spirituales eiusdem patris spiritualis possunt legitime inter se contrahere, dummodo alias non inpediantur, sic eciam due proles adoptive eiusdem patris adoptivi possunt inter se legitime contrahere, dummodo aliunde non inpediantur. Iste leges de cognacione legali subsunt ecclesie, in quantum sunt ab ecclesia confirmate.

---

[26]) *Codd.*: *male* cepit *I.*— [27]) *Codd.*: *pessime* socer *I.*

<Distinccio XLIII.>

<1.> **POstremo de condicione resurreccionis[1] . . .**

Huc usque in isto quarto libro determinatum est de vulnerati hominis sanacione inperfecta et sacramentaliter iniciata, nunc ulterius determinatur de eiusdem hominis curacione perfecta, supernaturaliter consumata. Prima curacio est graciosa, secunda gloriosa; prima curacio est quedam liberacio spiritualis a culpa, secunda sanacio est quedam supernaturalis translacio a miseria.

Postquam igitur Magister determinavit de vulnerati hominis sanacione aliqualiter inperfecta, que fit per sacramentorum devotam percepcionem, nunc incipit de sanati hominis solidacione totaliter perfecta et corporis ac anime glorificacione, ad quam glorificacionem pervenitur per corporum resumpcionem et iudicialem discussionem. In ista ergo distinccione Magister tractat de mortuorum resurreccione.

Et continet primo ista distinccio, quod christianus nullo modo debet ambigere carnem omnium hominum resurrecturam, quicunque nati sunt, atque nascentur, et mortui sunt atque morientur.

2°, quod causa resurreccionis erit vox tube, que in adventu | *I*
iudicis ab omnibus audietur, et cuius virtute excitabuntur mortu *250 B*
et resurgent de monumentis.

3°, quod vox illa erit Christi, vel alicuius angeli, vel plurium angelorum.

4°, quod in die iudicii virtute divina cuique in memoriam revocabuntur sua bona et mala opera et erunt cuilibet manifesta

5°, quod sanctis memoria ipsorum malorum non erit ad penam vel ad glorie derogacionem, sed ad graciarum accionem.

6°, quod non irracionabiliter putari potest, quod peccata hic per penitenciam deleta eciam illic tegi.

7°, quod secundum Augustinum et Ambrosium illi, qui reperientur vivi, prius non mortui, rapientur obviam Christo in aera et subito morientur, et in[2] illo parvo temporis spacio reviviscent, et sic verum est, quod dicit Apostolus: »Omnes »quidem resurgemus.« Sed secundum Jeronimum non morientur, sed in inmortalitatem[3] subito mutabuntur; horum autem quid sit verius, non est humani iudicii diffinire.

8°, quod cum dicitur: »Christus est iudicaturus vivos et mor»tuos«, potest intelligi de vivis, qui tunc rapientur, et de mortuis, qui ante discesserunt, vel vivi iusti et mortui iniusti accipiuntur.

---

[1]) *Codd.*: videamus *add. E.* — [2]) *Codd.*: *inscrip. ab* t[1]. — [3]) *Codd.*: *male* mortalitatem *I.*

9°, quod credendum est, quod omnes resurgent incorrupti, reprobi, passibiles, sine tamen diminucione membrorum, quia omnia membra humani corporis sunt habituri, nec tamen gloria et inmortalitate induentur.

<2.> Super hiis sunt$_3$ hii$_{3,4}$ *versus*:

sc. omnes
Rosi$_5$ per vermes et consumpti morientes
bona$_6$ et$_6$
per tubam mala$_6$
Vocem dante Deo surgent sua facta scientes.
peccata$_6$ et$_6$ penas$_6$ in memoriam
Sancti preterita tunc$_7$ revocabunt sine pena.
correcta
per$_6$ peni-
in presenti tenciam$_6$ in iudicio quia$_8$ cooperientur caritate
Crimina nunc tecta non tunc fient manifesta.
subito
An veniente Jesu vivi raptim$_9$ moriantur,
in inmortalitatem i. e. sine morte$_{10}$
An transmutentur | preter mortem, dubitatur.
I
250 C

<3:> Queritur hic: *Quid est resurreccio mortuorum*? Respondetur iuxta dictum Augustini libro 8° De Trinitate parte 4ª dicente: »Quid est aliud resurgere, nisi reviviscere, »i. e. ex morte ad vitam redire?« Ex isto patet, quod resurreccio est hominis revivificacio. Et quia homo est duplex, sc. interior, qui est spiritus, et exterior, qui est corpus, secundum Apostolum, et sic totalis homo habens$_{11}$ vitam duplicem, sc. ex parte spiritus spiritualem naturalem et ex parte corporis corporalem naturalem, ideo in homine est duplex vita, sc. corporalis et spiritualis, sic tamen, quod ex parte spiritus est inmortalis secundum naturam, et ex parte corporis$_{12}$ mortalis secundum naturam. Nam quoad primum dicitur Sapiencie 2°: »Deus creavit hominem inexter»minabilem et ad ymaginem sue similitudinis$_{13}$ creavit illum.« Quoad secundum dicit Psalmista: »Quis est homo, et non vi»debit (i. e. non experietur) mortem?«

Et ultra istud$_{14}$ duplex$_{15}$ esse habet homo esse tercium accidentale, sc. esse gracie, et sic vitam gracie, que est gratum esse Deo.

Ex quo colligitur, quod sicud contingit hominem dupliciter vivere, sc. secundum naturam et secundum$_{16}$ graciam, sic contingit eum dupliciter mori, sc. secundum corpus et secundum animam,

---

[3]) *Codd.*: *om. E.* — [4]) *Codd.*: *iterat M*; *male* hiis *K*; *om. E.* — [5]) *Codd.*: *male* Ro si *in C.* — [6]) *Codd.*: *om. B.* — [7]) *Codd.*: *om. E*; *male* nunc, *sed inscrip. bene* tunc *K.* — [8]) *Codd.*: sed *B.* — [9]) *Codd.*: rapti *EKP.* — [10]) *Omnes glossas prorsus om. EKL.* — [11]) *Codd.*: *ex corr.* habet *I.* — [12]) *Codd.*: est *add. M.* — [13]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [14]) *Codd.*: illud *EKP.* — [15]) *Codd.*: triplex *M.* — [16]) *Codd.*: *om. I.*

et per consequens sunt homines mortui in anima et sunt homines$_{13}$ mortui in corpore, prout deducunt b. Augustinus et ven. Beda in Omelia illius ewangelii Luce 7°: 'Ibat Jesus in civitatem, que vocatur Naym'. Per illud verbum Christi: »Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos,« 'mortui', sc. in anima, 'sepeliant mortuos'$_{17}$ in corpore. Mortui autem$_{18}$ in anima sunt illi, qui sunt privati divina gracia gratumfaciente. Sed mortui in corpore sunt illi, quorum anime sunt a corpore separate. Igitur sicud anime per graciam fit revivificacio, et corporis per animam, sic duplex erit resurreccio, sc. a morte anime et a morte corporis. Primum innuit Apostolus dicens | Ad Ephes. 5°: »Surge, | *I* »qui dormis, resurge a mortuis.« 'Qui dormis', sc. Christo faciliter *250 D* suscitandus, 'resurge a mortuis', sc. peccatoribus, »et illuminabit te Christus.«

Ecce iam patet, quid sit resurreccio et quod duplex$_{19}$; utramque enim credimus, sc spiritualem et corporalem, cum in symbolo dicimus: »Credo remissionem peccatorum«, hoc quoad resurreccionem anime, »carnis resurreccionem«, hoc quoad resurreccionem, de qua in presenti distincctione currit sermo. Suppono ergo generalem resurreccionem, tam ex novo quam veteri testamento. Ex veteri, quia Ezechiel 37° dicitur: »Educam vos de »sepulcris vestris, popule meus, dicit dominus«, et Job 19°: »Scio, »quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus »sum et rursum$_{20}$ circumdabor pelle mea.« In novo vero dicit Salvator Johan. 5°: »Mortui audient vocem filii Dei« et prima Corinth. 15°: »Omnes quidem resurgemus«, ubi eciam arguit Apostolus dicens: »Insipiens, quod tu seminas$_{13}$, non vivi»ficatur, nisi prius moriatur.« Si enim Christus, qui est caput ecclesie, resurrexit, corpus ergo ecclesie resurgere debet. Unde ibidem dicit: »Christus resurrexit a mortuis primicie dormiencium.«

Patet ergo ex iam dictis generalis resurreccio mortuorum, quam exigit divina iusticia, ut sicud homo meruit vel demeruit in anima et corpore, sic remuneretur in utroque. Et patet$_{21}$, quod omnes homines resurgent, tam boni, quam mali, tam$_{21}$ magni$_{21}$, quam parvi, quia qua racione unus, eadem racione et omnes.

<4.> *Utrum resurreccio erit naturalis?* Dicitur, quod non, quia nulla pura creatura effective primo sufficit se ipsam revivificare$_{22}$. Notandum tamen, quod in resurreccione erunt tria. Primum reformacio corporum ex pulveribus, secundum unio corporis || et anime reformati et organisati, tertium anime et cor- || *I* poris inseparabilis colligacio. Quantum ergo ad primum et tercium, *251 A* erit miraculosa. Sed quantum ad secundum erit naturalis, naturaliter enim anima unitur corpori.

---

[17]) *Codd.: male* motuos *I.* — [18]) *I;* ergo *codd.* — [19]) *I;* quotuplex *BCEKP.* — [20]) *Codd.: superscrip.* resursum *a* π^2. — [21]) *Codd.: in marg. ab* t^2. — [22]) *Codd.:* vivificare *M.*

<5.> *Utrum resurreccio Christi est causa nostre resurreccionis?* Dicendum, quod Christus et tota increata Trinitas est causa efficiens principaliter nostre resurreccionis; resurreccio autem Christi est causa exemplaris; per ipsam enim$_3$ inchoata est nostra resurreccio, quia »reformabit corpus humanitatis$_{23}$ nostre, configuratum »corpori claritatis sue.« Ad Philipp. 3°. Et patet, quod potest fieri resurreccio mortuorum ex potencia activa Dei et ex potencia passiva creature, que non dicitur potencia naturalis, sed obediencialis, cum non naturaliter racionalis creatura resurget a mortuis, sed obediencialiter$_{13}$ ad vocem Filii Dei. Ex quo sequitur, quod resurreccio mortuorum non est mutacio naturalis, sed supernaturalis, cum ipsam non potest efficere per se pura creatura.

<6.> *Utrum resurreccio fiet$_{13}$ subito vel successive?* Dicendum, quod resurreccio in ictu oculi fienda legitur. Ictus autem oculi est, non quod oculus aperiatur carnis, sed quod aperto oculo subite lucis radius conspicitur. Sed re vera tantum differt velocitas illius corporis ab ictu oculi, quantum differt a corpore agilitas animi; huius enim corporis claritas tanta est, quanta est spiritus; non enim hoc corpus anime est oneri, sed decori, quod nulla corruptibilis moles aggravat, sed quod angelice nature equalitas levigat. Huius quoque claritas tantum solem excellit, quantum sol in claritate nostrum corpus precellit. Sol enim est corpus insensibile et quamvis inmutetur, nunquam tamen vivificabitur. Corpus autem illud erit sensibile, vitale et intellectuale, ergo quantum | *I* spiritus intellectu|alis differt ab aere insensibili, tantum differt pre-
251B clara illius corporis claritas a claritate solis. Hec Augustinus$_{24}$ De cognicione vere vite.

<Distinccio XLIV.>

<1.> **Solent autem nonnulli percunctari . . .**

Ista$_1$ *distinccio 44ª*, tractans de resurgencium condicione, primo continet, quod omnium resurgencium erit una etas, sc. iuvenilis, ad quam pervenit Christus$_2$, cuius etas erat 32 annorum et trium mensium. Statura vero erit diversa, sc. quam quis habuit in iuvenili etate, vel habiturus erat, nec addetur ad illam, nec deponetur ab illa.

2°, quod ea, que a corpore sunt decisa, revertentur, sed non oportet, quod in eadem loca vel membra revertantur.

---

[23]) *Sic codd.*: humilitatis *Vulg.* — [24]) *Codd.*: in libro *add. E.* — [1]) *Codd.*: est *add. D.* — [2]) *Codd.*: *in marg. ab* i^2.

3°, quod, utrum reprobi$_3$ cum deformitatibus corporum suorum resurgent, de hoc dicit Augustinus: »Fatigare non debet eorum »incerta habitudo vel pulcritudo, quorum erit certa et sempiterna »dampnacio.«

4°, quod secundum Augustinum, sicud anima, cuius potencia corpus vivit$_2$, dolorem pati potest, et mori non potest, sic malorum corpora sempiternis ignibus ardebunt et non consumentur.

5°, quod gehenna illa, que stagnum ignis et sulphuris dicta est, corporeus ignis erit et cruciabit$_4$ dampnatorum corpora hominum et demonum, sed solida hominum, aerea demonum. Sed hoc dicitur secundum opinionem Plathonis, qui dixit demones$_5$ habere corpora aerea, supra libro 2° distinccione 8ª.

6°, quod Augustinus dicit, quod »ignis eternus, cuius»modi sit, in qua mundi parte futurus sit, hominem scire arbitror »neminem, nisi forte cui$_6$ spiritus Domini ostendit.« Et nota, quod tenetur, quod in centro terre est.

7°, quod ante resurreccionem corporum anime defunctorum reproborum materiali igne torquebuntur, non solum videndo, sed eciam senciendo, et quod anime non solum suis non privantur sensibus, sed nec suis affectibus, || sc. spe, tristicia$_7$, gaudio, metu carent. *I 251C*

8°, quod abortivus fetus ante animacionem, supple anime racionalis, non resurget, et que nimia deformitate monstra dicuntur, ad humane nature figuram in resurreccione revocabuntur.

<2.> Pro quibusdam sunt hii$_8$ *versus*:

Quemque bonum constat etate consurgere$_9$ Christi,
Tantum corpus erit, ut$_5$ erat vel debuit esse,
Sed non materia repetet loca, queque priora.
Nil deforme bonis inerit, licet hoc dubium sit
De pravis, quorum caro non nichilabitur (corrumpetur) igne
Corporeo. Demon eciam cruciabitur ipso.
Sentit et hunc (ignem$_{10}$) anima per eum sine fine cremanda.
Plena natura surgent vivencia monstra. (i. e. redacta ad debitam formam)

<3.> *Utrum quilibet homo idem corpus, quod ante mortem habuit, in resurreccione resumet?* Dicendum, quod sic. Nam planum est exemplum in Christo. Racionem autem$_5$ quoad hoc ponit S. Thomas quest. 44ª articulo 1° dicens: »Nisi idem corpus »anima resumeret, non diceretur resurreccio, sed novi corporis

[3]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [4]) *Codd.*: *male* crucialit *I.* — [5]) *Codd.*: *om. E.* — [6]) *Codd.*: dominus *add. I.* — [7]) *Codd.*: tristissima *D.* — [8]) *Codd.*: unde *add. K.* — [9]) *Codd.*: resurgere *E.* — [10]) *Codd.*: *om. B*; *glossas prorsus om. EKL.*

»assumpcio. Est eciam racio ad hoc divine iusticie, sc. ut homo reportet in eodem corpore premium, in quo meruit.

<4.> *Utrum, quidquid est de veritate humane nature, resurget?* Pro isto sciendum, quod homo, cum sit duplicis nature, sc. spiritualis et corporalis, ut dictum est circa precedentem distinccionem, ideo quedam sunt de veritate humane nature spiritualis, ut animam intellectivam hominis esse perfectam quoad essenciam et quantum ad omnes potencias$_3$ spirituales; quedam autem sunt de veritate nature humane corporalis, sc. que requiruntur ad$_{11}$ esse corporale hominis, ut vere sit homo perfectus tam secundum spiritum, quam secundum corpus. Ad esse autem corporale hominis requiritur caro, requiruntur ossa. nervi, requiritur
I sangwis et multe partes sive membra, quibus homo tam intrin-
251D secus, quam extrinsecus secundum corpus perficitur et conpletur.

Quantum ergo ad esse spirituale, homo resurgens habebit, quidquid est de veritate humane nature, cum ipsius anima tunc secundum$_{12}$ omnes spirituales potencias$_3$ erit perfecta et conpleta. Sed quantum ad esse corporale, an quilibet homo resumet, quidquid est de veritate humane nature, sunt opiniones opposite Una dicens. quod non quidquid est de veritate humane nature, resurget in homine, et hec opinio dicit illa esse, vel fuisse de veritate humane nature, que ex alimento corpori accreverunt, modo dicit, quod aliquid fuit de veritate corporalis nature hominis, quod non resurget, quia homo ex alimento fuit aliquando valde pingwis, que pingwedo cum sit caro hominis, excederet mensuram resurgentis, si resumeretur. Sed istud dictum solveretur per Augustinum, quem Magister adducit in litera ca° 2°, qui in Enchiridion 61 et 71 dicit: »Non enim perit Deo terrena »materies, de qua mortalium creatur caro«, et infra exemplificat de statua, quam artifex manente eadem materia potest refundere et in debitam quantitatem membra singula reformare. Et quoad istud factum videtur michi cum Augustino et Magistro tenendum

Et quia doctores equivocant in illo, quid est illud, quod dicitur de veritate humane nature corporalis, quidam dicentes, quod veritas humane nature principaliter consistit in humido radicali, ex quo est prima constitucio corporis humani; quod autem convertitur ab alimento, est secundario de veritate nature corporalis illius individui, sed potest esse principaliter de veritate alterius individui, quod ex illo semine generatur; et sic secundum eos humidum nutrimentale in uno est radicale, in alio non. Alii dicentes, quod illud, quod convertitur ex nutrimento in corpus, est de ve-
I ritate nature humane corporalis; licet potest fluere et refluere ad
252A illud, quod ||| est materie, manet tamen semper quoad speciem in ipsa natura, et sic nutribile non distingwitur a radicali, nisi

---

[11]) *Codd.*: *inscrip. ab* t[1]. — [12]) *Codd.*: *pessime* sed *I.*

penes terminum, quia radicale est, quod pervenit ad terminum generative vel nutritive, sed nutribile, quod adhuc est in via nutriendi.

Quas opiniones discutere, cum non sit ad animam utile, bonum est eas dimittere in pace.

<5.> *Utrum superfluitas in corpore humano resurget?* Dicendum, quod non Nec crines, qui nunc cum ungwibus dicuntur superflui, tunc erunt superflui, cum capillus$_3$ capitis in sancto non peribit ut superfluus. Superfluitas autem, i. e. substancie, que non fuerunt partes$_{13}$ corporis humani, sed in corpore humano, ut ulcus, stercus, urina, sputum, semen, sanies, lac, in corpore humano non resurgent. Hec enim ad decorem humani corporis non pertinent, sed quedam eorum magis fuerunt ad turpitudinem, et aliqua, ut semen, ad generacionem, et aliqua, ut lac, ad nutricionem.

Multa alia currunt circa istam distinccionem, primo, quod corpora sanctorum resurgencium erunt inpassibilia, quia erunt intemperatissima mixtione qualitatum elementarium et eciam subiecta totaliter imperio ipsius anime; 2°, quod erunt corpora palpabilia$_{14}$, sicud et corpus Christi, de quo Johan. 20°. Et quomodo erunt agilia, subtilia, mobilia, clara, visibilia et gloriosa, questiones illorum omnium volo ad diem iudicii reservare.

<Distinccio XLV.>

<1.> **PReterea sciendum est$_1$, quod omnes anime, ut ait Augustinus, cum de$_2$ seculo exierint, diversas habent recepciones, bone habent gaudium, male tormenta ...**

Ista$_3$ *distinccio 45^a*, tractans de statu animarum, quem habent post separacionem a corpore, primo continet, quod omnes anime, cum de hoc seculo exeunt, diversa habent receptacula, sicud una | queque digna est: bone habent gaudium, male tormenta, et facta *252 B* resurreccione bonorum gaudium maius erit et malorum tormenta graviora. *I*

2°, quod non est negandum oracionibus sancte ecclesie et sacrificio altaris et elemosinis mortuorum animas relevari, si tamen hec, dum viverent, meruerunt.

3°, quod sacrificia, elemosine et oraciones, cum pro baptisatis offeruntur, pro valde bonis graciarum acciones sunt, pro non valde

---

[13]) *Codd.: om. M.* — [14]) *Codd.: pessime* pabalia *D.* — [1]) *Codd.: om. EKMP.* — [2]) *Codd.*: hoc *add. E.* — [3]) *Codd.*: est *add. D.*

malis propiciaciones, sed pro valde malis etsi nulla sunt illorum adiuvamenta, sunt tamen vivorum qualescunque consolaciones. Quibus vero prosunt, ad hoc sunt, ut vel sit plena remissio, vel certe, ut sit tolerabilior ipsa dampnacio, i. e. punicio, quia magna pena purgatorii est.

4°, quod cum pro mortuis sacrificia, oraciones et elemosine fiunt, non eis nova merita conparantur, sed eorum precedentibus meritis consequencia ista redduntur.

5°, quod secundum Augustinum in libro De cura pro mortuis pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligencia sepulture vivorum sunt qualiacunque solacia, non adiutoria mortuorum, et tamen bona est cura mortuos sepeliendi ex scripturis.

6°, quod duobus mediocriter et pariter bonis, suffragiis indigentibus, quorum unus est dives, pro quo sunt suffragia specialia, et alius pauper, pro quo nulla fiunt specialia suffragia, potest dici, quod pauperi tantum prosunt specialia[4], quantum prosunt diviti generalia et specialia, 2° potest dici, quod illa specialia suffragia diviti possunt conferre celeriorem absolucionem, sed non pleniorem.

7°, quod mediocriter boni, qui in fine moriuntur seculi, indigentes suffragiis ecclesie, que tunc non erunt, estimat Magister
|| *1* quasi per ignem || transeuntes salvari et celestis curie[6] oracionibus,
252 C que intercedit, donec inpleatur Christus, i. e. corpus Christi misticum, quod est numerus omnium salvandorum.

8°, quod angeli non dicuntur nostras oraciones Deo offerre, quasi ipse non noverit, quid volumus, aut quo indigeamus, qui novit omnia, antequam fiant, sed eius voluntatem consulunt, quid erga nos faciant.

9°, quod anime sanctorum sicud et angeli preces hominum, que inplende sunt et que non, cognoscunt.

10°, quod beati a Deo sunt addicti superne Veritati, ut nichil preter eius voluntatem queant velle.

11°, quod sancti pro nobis intercedunt ad Deum et merito proprio et affectu, dum cupiunt vota nostra inpleri, quod tamen non faciunt, nisi in voluntate Dei didicerint adinplenda.

12°, quod Deus cum quibusdam misericordius agit, quam eorum peccata meruerunt, sc. cum mediocriter malis, qui ecclesie meritis adiuvantur.

<2.> Et solum pro duobus magis principalioribus[7] sunt hii[8] *versus*:

Dico, quod hiis prosunt suffragia[9], qui meruerunt[9].
Orant pro nobis sancti[9] bona nostra volendo[9].

---

[4]) *Sic codd.* — [5]) *1;* morientur *codd.* — [6]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [7]) *Codd.*: principalibus *E.* — [8]) *Codd.*: unde *add. EKP.* — [9]) *Codd.*: *om. BDEKL.*

<3.> *Utrum anime de hoc exientes seculo habent diversas habitaciones?* Dicendum, quod sic. Pro quo sciendum, quod quelibet anima mortui hominis vel exit ad locum glorie, vel ad locum pene. Si primum, tunc habitacio eius est celum empireum, et ista habitacio dividitur in novem habitaciones iuxta ordines angelorum, in quibus sanctorum locantur anime iuxta exigenciam meritorum. Si vero exit ad locum pene, hoc contingit dupliciter, quia vel in loco illo habitacionis est pena sensus, vel pena dampni tantum, vel utraque simul, et quelibet istarum habitacionum adhuc potest distingwi in temporalem et eternam.

Et iuxta hoc quatuor possunt distingwi loca | sive habitaciones penarum ipsarum animarum. | *I* *252 D*

Quorum primus locus est infernus proprie dictus, qui est habitacio dampnatorum, qui tam pena sensus[10], quam pena dampni punientur; et ad hunc locum nullus pervenit, nisi quis cum peccato mortali personaliter perpetrato ab hac vita inpenitens decedit.

Alius locus est purgatorius, in quo simul est pena sensus et dampni, utraque tamen temporalis; et ad hunc locum descendit, qui solum in peccato veniali, vel confessus de mortali et contritus non satisfaciens ab hac vita decedit.

Tercius locus est lymbus parvulorum, ad quem non baptisatus descendit propter peccatum originale, cui nulla debetur pena sensus, eo quod actualiter personaliter non peccavit, debetur tamen sibi pena dampni, que est carencia divine visionis et fruicionis, eo quod in perpetuum erit peccato originali maculatus.

Quartus locus dicitur lymbus patrum, ad quem sancti patres ante Christi resurreccionem descenderunt, in quo erat solum pena dampni et hec temporalis; in hunc locum Christus resurgens a mortuis descendit et ex eo sanctos patres eduxit; hic locus alio nomine dicitur synus Abrahe. Sed postquam Christus ianuas celi apperuit, tunc synus Abrahe dicitur locus glorie, sc. celum empireum, in quo sanctorum anime requiescunt. Et isto modo accipiendo synum Abrahe, oramus in exequiis defunctorum, ut anime eorum per manus angelorum in synum Abrahe deducantur.

Ex hiis patet, quod prius fuerunt quatuor loca, vel habitacula penarum, ad que veniebant anime post hanc vitam, sc. infernus, locus purgatorius, lymbus puerorum et synus Abrahe, prout accipiebatur pro lymbo patrum, quem Christus destruxit, quando resurgens a mortuis gloriosus victor ad inferna descendit et suos a pena dampni totaliter liberavit. Ideo adhuc superstitibus restant | *I* indubie tria loca, sc. infernus, locus purgatorius et parvulorum *235 A* lymbus. Sed post finale iudicium purgatorium non manebit.

Ubi autem sit infernus, dicit Glossa Jone ca° 2° super illo verbo 'Proiecisti me in corde maris', quod sicud

[10]) *Codd.*: consensus *C.*

cor est in medio animalis, sic infernus in medio terre perhibetur. Dicit eciam b. Gregorius in libro Dyalogorum: »Quid »obstet, non video, quod infernus sub terra esse credatur.« Item Isaie 14° dicitur: »Infernus subtus te«; ibi dicit Glossa: »Quod »infernus sit$_{11}$ sub terra, ad hoc eciam sonat illud symboli 'de»scendit ad inferna'.« Sed adhuc ista omnia michi locum inferni certum non indicant. Ideo sto ad dictum$_{6}$ Augustini, qui dicit, ut Magister adducit in precedenti distinccione, quod: »Ignis eternus, cuiusmodi sit, et in qua parte mundi futurus »sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus Do»mini ostendit.« — Certus ergo sum de hoc, quod infernus est et quod ignis eternus est, sed non sum certus, ubi est et si illum effugiam; pro illo debeo instare bonis operibus, ut illum experiencialiter non senciam cum dolore.

<4.> *Utrum suffragia vivorum prosint animabus defunctorum?* Videtur, quod non, quia sicud vivorum mala non possunt animabus mortuorum obesse, sic a contrario vivorum bona animabus mortuorum non poterint prodesse. In oppositum est Augustinus et tota militans ecclesia. In ista materia oportet primo supponere perpetuitatem anime humane, 2° remuneracionem eius prout meruit in corpore; ex quo 3° videtur, quod anime defunctorum habent post exitum de$_{12}$ corpore triplicem mansionem. Alique quidem, ut sanctorum martyrum et confessorum, sic accenduntur in$_{13}$ amore Christi pro mortis articulo, quod statim reponuntur in celesti paradiso, non relicta macula expurganda; se- I cundi habentes amorem disper sum ad temporalia, licet amor Christi 253 B in eis preponderat, habent venialia expurganda; tercii, qui finaliter diligunt temporalia plus quam Christum, statim perpetuam dampnacionem recipiunt, cum extra statum merendi positi sunt peccato finalis inpenitencie pregravati.

Prima supposicio patet per illud Matth. 10°: »Nolite timere »eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere,« quod dictum foret inpertinens, nisi homo haberet animam inmortalem.

Secunda supposicio patet per illud: »Credere enim oportet »accedentem$_{14}$ ad Deum, quia est, et$_{15}$ inquerentibus se remune»rator sit.« Ad Hebr. 11°. Et Matth. 25° patet idem et sepe alibi in scriptura; Deus enim fieret iniustus iudex et Dominus, si non daret mercedem hominibus correspondenter ad merita.

Tercia vero supposicio sequitur ex duabus prioribus, supposita forma peccandi hominum. Nam finaliter bonos oportet$_{16}$ in celo mercedem recipere et finaliter malos in inferno.

---

[11]) *I*; est *codd.* — [12]) *I*; a *codd.* — [13]) *Codd.*: *om. I.* — [14]) *Codd.*, *Vulg.*: *pessime* accendentem *I.* — [15]) *Codd.*: *in marg. ab* t^3. — [16]) *Codd.*: *inscrip. ab* t^1

Sed tamen aliqui salvandi decedunt in peccatis, qui non satisfecerant pro commissis, alii autem plene purgati: et in utroque sunt quotlibet$_{17}$ gradus. Et Deus, apud quem non est personarum accepcio, ordinat libramen iusticie pro utrisque. Et iterum, cum non erit purgacio peccati in plena beatitudine, quia pena, que est peccati medicina, est illi opposita, patet, quod opportet esse statum et locum medium inter beatitudinem et locum meriti, quem purgatorium nominamus. Et istam sentenciam inculcat Apostolus 1ª Corinth. 3°: »Unusquisque«, inquit, »propriam mercedem ac»cipiet secundum suum laborem.« Et quia Christus Dominus noster est basis tocius meriti membrorum ecclesie, subiungit Apostolus: »Fundamentum aliud nemo potest ponere preter illud$_{18}$, quod po»situm est, Christus Jesus.« Et sequitur: »Ipse autem salvus erit, »sic tamen, quasi per ignem.« Quem textum Augustinus frequenter et ceteri doctores concorditer exponunt de purgatorio. *I* Patet Enchiridion 52, super Psalmo 80°, 23°, De civitate *253 C* Dei, ca° 7° et alibi.

Vult enim Apostolus, quod solum Christus est homo fundamentaliter promerens humano generi beatitudinem, sic quod nemo alius, nisi in virtute huius lapidis, promeretur. Sed alii superedificantes ad utilitatem ecclesie, tamquam Dei adiutores, super hoc fundamentum sunt secundum Apostolum bipartiti, ut alii faciunt ita opus Dei tam pura intencione, quod affeccio eorum in nullo afficitur citra Christum, sic quod nullius alterius acquisicio, vel deperdicio perturbaret, vel diminueret affeccionem ad Deum, cuiusmodi sunt speculativi$_{19}$, omnem sollicitudinem et affeccionem proicientes in ipsum; alii autem vite active intendentes, licet affi ciantur circa secularia, tamen amor Christi utrobique preponderat, sic quod omne temporale possibile amitterent, antequam prevaricando offenderent Salvatorem. Utrosque autem istos probat ignis, quem ignem videtur Augustinus vocare iudicium temptacionis vel probacionis, iuxta illud Ecclesiastici 27°: »Vasa figuli »probat fornax, et homines iustos temptacio tribulacionis.« Iste ergo ignis in vita presenti multos purgat.

Contemplativorum$_{20}$ autem genus secundum Apostolum triplicatur. Nam alii edificant aurum, alii argentum et alii lapides preciosos. Aurum edificant mundi$_6$ corde, qui doctrinam sapiencialium, ut deitatis ac celestium, seminant ad edificacionem ecclesie. Illi autem argentum edificant, qui doctrinam creaturarum disseminant, ut humanitatis Christi et aliarum creaturarum, per quam ascenditur ad Dei noticiam et amorem. Sed tercii edificant lapides preciosos, qui edocent veritates animam et eius potencias$_{21}$ exornantes

---

[17]) *Codd.*: *ex corr. a rubr. I.* — [18]) *Codd.*: id *CM.* — [19]) *BC*: speculatim *codd.* — [20]) *Codd.*: *ex corr. in marg. a* x^2. — [21]) *Codd.*: *ex corr. E*; potenciam *C; male* pravos *L.*

Purgandi vero in purgatorio sicud lignum, fenum et stipula,
| I sunt triplati, | per que aliqui intelligunt maiora peccata venialia,
253 D media et minora, aliqui autem amorem temporalium, amorem carnis et amorem vane glorie. Primus ardet diutissime, tamquam lignum, quod maxime de terrestribus conparatur, secundum fenum carnis ardet medio modo, sed tercium, stipula$_{22}$ fame mundi transibilis, fugiente, ut dicitur Sapiencie 2°. Vel per lignum intelligitur perpetua penitencia pro crimine actuali$_{23}$, et per stipulam penitencia aggravata pro commissis. Quis enim dubitat, quin, qui actu remanet$_6$ in finali inpenitencia, a purgatorio non purgabitur post hanc vitam, quia aliter non diceret Salvator Matth. 12°, quod peccatum in Spiritum Sanctum »non remittetur, neque in hoc »seculo, neque in futuro.«

<5.> Supposito igitur purgatorio, *ad quod valeant vivorum suffragia animabus defunctorum*. Sciendum secundum S. Thomam in De veritate, libro 7°, quod anime defunctorum quatuor modis solvuntur: aut oblacionibus sacerdotum, aut elemosinis carorum, aut precibus sanctorum, aut ieiunio cognatorum. Prosunt autem eis secundum doctorem non ad meritum vite eterne, sed ad mitigacionem pene et acceleracionem glorie. Unde per viam gracie dicit eis valere oracionem capitis in$_6$ eucaristia$_{24}$, vel oracionem membrorum in ecclesia; per viam eciam redempcionis vel$_6$ gracie dicit valere eis per modum solucionis debiti pene$_{25}$ largicionem elemosine, vel ieiunium in corporis maceracione. Ymmo forte racione unionis in eodem corpore mistico cum Christo capite omnis vita viatorum meritoria est eorum pro purgacione medicina, et de quanto cum paribus meritorior$_{17}$, de tanto egentibus magis valet.

Stat autem valor huiusmodi suffragii in purgandi capacitate et in merentis habilitate. Oportet autem, quod purgandi capacitas procedat ex propria dignitate. Pro cuius declaracione supponitur, quod nemo recipit de mercede post hanc vitam, nisi secundum
| I quod meruit in hac | vita; patet ex hoc, quia solus status via-
254 A cionis est status meritorius premii beatitudinis sic merenti. Patet per Magistrum ex dictis Augustini dicentis: »Non eis »nova merita conparantur, sed eorum precedentibus$_6$ meritis con»sequencia$_{26}$ redduntur.« Patet eciam per b. Gregorium 4° Dyalogorum, ca° 41°, per illud Johan. 12°: »Ambulate, dum lucem »habetis« Et Isaie 49°: »Tempore placito exaudivi te, et in die »salutis auxiliatus sum tui.« Et Eccles. 9°: »Quodcunque$_6$ potest »manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec racio, nec sci»encia, nec sapiencia erit apud inferos, quo tu properas.« Unde sequitur$_6$ conclusio huius sancti: »Ex quibus nimirum sentenciis

---

[22]) *Codd.*: stipulam *EKP*. — [23]) *Codd.*: *in marg. a* χ^2. — [24]) *Codd.*: eucaristiam *KP* — [25]) *Codd.*: *ex corr. E*; pena *K*; per *ex corr. I*. — [26]) *Codd.*: quam consequencia *CFML*; quam *a rubric. del. I*; *del. et inscr.* quam *K*; quam *D*.

»constat, quod qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentabitur$_{27}$.«

Et patet de racione, quod oportet naturas simul mereri, que debent simul premiari, ita quod premium in beatitudine attenditur penes gradum gracie, in quo vita ista finitur.

Ex quo sequitur, quod suffragantur sancti in purgatorio homini proporcionaliter, ut meruit hic in vita$_{28}$, quia solum hic est locus merendi, loquendo de merito, quod est libera sui dignificacio ad beatitudinem. Unde b. Gregorius in 4° Dialogorum 41° loquendo de illo dicit: »Hoc tamen sciendum est, quod illic saltim »de minimis nichil quisquam purgacionibus obtinebit, nisi bonis »hoc actibus in hac vita adhuc positus, ut illic obtineat, mereatur« et capitulo finali dicit: »Sciendum, quod illis sacre victime »prosunt, qui hic vivendo obtinuerunt eciam, ut eos post mortem »bona adiuvent, que hic pro ipsis ab aliis fiunt.«

Patet ergo, quod supposicio est vera.

Quantum ad secundum, quod est merentis habilitas, patet, quod multum prodest merentem esse in gracia, nam tunc merendo sibi ipsi amplificat meritum ecclesie militantis, et per consequens meritum purgandorum. Ex quo patet, quod qui vult suffragari mortuos, oportet primum, quod a se ipso incipiat | vitam bonam, *I* *254 B* et per consequens sibi mereatur suffragia in futurum. Sic enim oportet quemque in gracia Dei racione meriti sui confidere, cum nemo potest alteri mereri$_6$, nisi sibi taliter mereatur, nec debet spem in alterius suffragio ponere, sed per se ipsum viando, quantumcunque potest, meritorie operari.

Et hinc dicit b. Gregorius 4° Dialogorum ca° ultimo: »Inter hec«, inquit, »sciendum, quod tucior via sit, ut »bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, »agat, dum vivit, ipse$_{29}$ per se; beacius quippe est liberum exire, »quam post vincula$_6$ libertatem querere. Debemus itaque$_{30}$ presens »seculum, vel quia iam conspicimus defluxisse, tota mente con»tempnere, cottidiana Deo lacrimarum sacrificia, cottidianas carnis »eius et sangwinis hostias ymmolare. Hec namque singulariter »victima ab eterno interitu animas salvat«, que sacerdoti prodest, si se ipsum in cordis contricione et corporis maceracione mactaverit, et specialiter, si delicta in ipsum dimiserit. Unde pro isto in principio ultimi capitoli ibidem dicit: »Munus$_6$ enim »a Domino non accipitur, nisi ante vicium discordie ab animo re»pellatur, dicente Veritate: »Si offers munus tuum ante altare et »recordatus fueris, quod frater tuus habet adversus te aliquid; »relinque munus tuum ante altare et vade prius reconciliare fratri

---

[27]) *I, S. Gregorii papae I. Dialogorum l. IV apud Migne Patrol. t. LXXVII. c. XXXIX p 396*; presentatur *codd.* [28]) *Codd.*: via *CM.* — [29]) *Codd.*: *in marg. a* β^1. — [30]) *EKP, S. Gregorii papae I. Dialogorum l. IV. apud Migne Patrol. t. LXXVII c. LVIII p. 425*; *ita codd.*

»tuo etc.«, et concludens librum Dialogorum dicit: »Fidenter »dico, quia salutari hostia post mortem non indigebimus, si ante »mortem ipsi Deo hostia fuerimus.«

Est eciam sciendum christicolis, quod Deum orare convenit, si sibi bene$_{31}$ placeat iuvare personam, cui orans afficitur. Sed caveatur, ne sit affeccio carnalis, vel aliter$_{6}$ inordinata, quod peticio sit condicionata, et quod assistente vite sanctitate prestancior
|| *I* ministracio ecclesie non sit obmissa. Et tunc licet alternare orando
254 C nunc specialiter pro persona, cui afficitur, || ut consuevit ecclesia, ut sic affeccio accuatur, et pro universali ecclesia, que debet plus amari, devocius oretur. Talis enim generalis oracio habet plus racione meriti, et secundum maiorem caritatem ordinate profusa plus iuvat personam in purgatorio, cui deprecans specialiter obligatur. Deus enim partitur meritum orantis pro passis in purgatorio proporcionabiliter, ut ipsi decedentes$_{6}$ in maiori gracia amplius meruerunt.

Si autem queritur de prestanciori modo iuvandi mortuos, dicitur, quod iuvando vivos amplius indigentes, ut seminando opera misericordie, tam carnalia, quam spiritualia Secundum spiritum consilii non enim oportet in uno globo inprudenter uno die celebrare tot missas, facere tot distribuciones, aut simul tot ieiunaciones, nisi esset indigencia materie, quia Deus, apud quem omnia, que erunt, sunt presencia, acceptat providam expectanciam subducta avaricia, ac si foret meritum factum totum simul. Videat ergo beneficiarius$_{32}$ defunctorum, quid est sibi utilius, quid est ecclesie commodius, aut quid$_{33}$ Deo honorificencius, et faciat illud pro mortuis tamquam eis salubrius.

Ista vero cum adverterit, non pompam exercebit in funere, in agminibus exequiarum, in sumptuosa diligencia sepulture, quia talia in$_{34}$ mundo divites propter mundanam gloriam servandam in genere, vel propter solacia in viventibus multum amant. Nec eciam discretus mortuorum beneficus divites, amicos, vicinos et presbiteros ad prandium invitabit. Quid enim illa invitacio facit ad meritum, cum Salvator Luce 14° dicat: »Cum facis prandium »aut cenam, noli vocare amicos tuos, vel cognatos, neque divites«, et sequitur: »Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, »claudos, cecos, et beatus eris, quia non habent unde retribuere
| *I* »tibi; retribuetur enim tibi in resurreccione iustorum.« Ecce re-
254 D tribucio | gloriosa.

<6.> Ex iam dictis ista colliguntur breviter: primo, quod homo pro viacione$_{6}$ temporis solum est in statu merendi; 2°, quod anima defuncti non participabit de premio in purgatorio, nisi ut meruit hic in vita$_{35}$; patet ex hoc, quia meritum mensurabit suum premium, sed non meruit, nisi in via, ut dictum est, ergo . . .;

---

[31]) *Codd.*: *in marg. a* γ^2. — [32]) *Codd.*: benefaciarius *I.* — [33]) *Codd.*: *om. I.* — [34]) *Inscrip. ab* t^2; *om. codd.* — [35]) *I*; via *codd*

3° ex isto sequitur, quod infinitum plus valet homini quodcunque meritum viatoris predestinati, quam quotcunque bona temporalia vel bona meriti in persona alia, que fierent pro defuncto. Patet, quia homo superstes pro quocunque merito vie mereri potest beatitudinem iuxta sponsionem Veritatis Matth. 10°: »Quicunque de- »derit potum uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in »nomine discipuli: amen, dico vobis, non perdet mercedem suam.« Ubi dicit Augustinus in Omelia de Zacheo: »Rogo vos, »fratres carissimi, de sua quisque substancia non habentibus lar- »giatur, ne excuset aliquis dicens: aurum et[36] argentum non habeo: »deponite istam excusacionis racionem, quam parva est, sed corona »sublimior, quia si quis vel modicum panis esurienti, et calicem »aque frigide[6] sicienti porrexerit tantum in nomine Dei, merebitur, »quod Zacheus meruit, sc. anime salutem et sic beatitudinem.« Sed omnia merita, que fiunt pro defunctis, non valent eis, nisi ad maximum ad liberacionem a purgatorio. Ergo conclusio vera.

Ista videbantur michi audientibus utilia: ideo prolongavi. Nec videtur michi illud salubriter pretereundum, quod clerici vel seculares[6], qui bona parentum ceterorumque in testamentis pauperibus relicta retinere conantur aut aufferenda[6] crediderint, velud necatores pauperum, fures, sacrilegi, excommunicati, quo usque reddant, ab ecclesiis excludantur, 13 quest. 2ª <ca°> 'Clerici' et ca° 'Qui oblaciones'. Caveant hic executores pauperum || ele- *1* *255 A*
mosinas defraudantes.

<7.> Sed queritur hic communiter, *utrum suffragia facta per malos iuvent mortuos*. Videtur, quod non, nam Matth. 5° dicit Dominus: »Si offers munus tuum ante altare etc.«, ex quo, ut supra dictum est, dicit Gregorius[37]: »Munus enim a Do- »mino non accipitur, nisi ante vicium discordie ab animo repel- »latur.« Item dicit Gregorius: »Cum is, qui displicet, ad inter- »cedendum mittitur, irati animus ad deterius provocatur, ergo vi- »detur, quod suffragia facta per malos non iuvant mortuos. Et videtur racio ad hoc tocius scripture, que inmundos repellit a sacrificio, eorum festivitates spernit et clamorem non exaudit.

In oppositum videtur esse primo S. Thomas quest. 4ª articulo 3° et Bonaventura 2° principali quest. 2ª.

Pro quo sciendum, quod in suffragiis presertim sacramentalibus duo considerantur: primo ipsum oblatum, sicud est sacrificium altaris: et quia sacramenta habent efficaciam ex se ipsis, non ex bonitate ministri, quantum ad hoc suffragia facta per malos iuvant mortuos[6]; vel secundo consideratur ipse offerens et eius opus operans, quod, in quantum eius est, non est meritorium nec sibi, nec alteri, ut missa, ex parte missati, i. e. Christi oblati, qui se ipsum offert hostiam Deo Patri in missa, prodest defunctis fidelibus; sed ex parte missantis non proficit, sed ipsi missanti officit.

---

[36]) *1M; om. codd.* — [37]) *CIM; om. codd*

cum ipse magis se ipsum dampnificat et profundat gravius in gehennam. Unde dicunt S. Thomas et Bonaventura, quod valent ex parte principalis agentis, sc. Dei vel hominis, illud sacrificium procurantis.

<8.> Inter ista tamen, si a me quereretur, *utrum missa sacerdotis mali missantis in peccato mortali prodest defunctis sanctis in purgatorio*, dicerem: Nescio. Primo ex eo, quia non | I sum certus de aliquo homine, quod sit in purgatorio, sicud sum 255 B certus, quod aliquis | est in celo, et aliquis in inferno; 2° ex eo, quia nescio, an rite peragat ministerium, et 3°, quia nescio, an Deus illam missam gratanter accipiat. Hec tamen scio, quod indignus sacerdos missando et corpus manducando et sangwinem bibendo$_6$ Domini iudicium sibi, sc. dampnacionis, manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini. Si ergo ut sic est Judas sibi nequam, cui ergo est bonus? Sed si queritur ulterius, vel ergo simpliciter est melius talem non missare, vel missare, audacter volo dicere primum, iuxta ewangelium Domini: »Si offers munus tuum ad »altare, relinque$_6$ ibi etc.« Ecce dicit 'relinque ibi', i. e. noli offerre, sed 'prius concorda cum fratre tuo', sc. Christo, 'qui habet adversum te aliquid.'

Et$_{38}$ istud$_{38}$ propter brevitatem nolo aliis auctoritatibus confirmare.

<Distinccio XLVI.>

<1.> **SEd queritur hic de valde malis . . .**

Ista$_1$ *distinccio 46ª* tractans de statu dampnatorum primo continet, quod non incongrue potest dici Deum, etsi iuste id$_2$ possit, non tantum punire$_3$ malos in futuro, quantum meruerunt, sed aliquid eis, quantumcunque mali sint$_4$, de pena relaxare, ut sic in Dei iudicio misericordia et veritas sive iusticia sint coniuncte.

2°, quod illud iudicium fiet ei sine misericordia, qui non fecit misericordiam, debet intelligi, quia Deus hic multis modis miseretur, quibus non miserebitur in futuro, nam vocat nunc peccatores et iustificat, quod$_5$ tunc non faciet et manifeste iudicabit$_5$ tunc, quod iudicat occulte.

3°, quod secundum Augustinum occultum Dei iudicium intelligitur pena, qua quisque vel exercetur ad purgacionem, ut Job, vel movetur ad conversionem ut Paulus, vel excecatur ad dampnacionem ut Pharao.

---

[38]) *Codd.*: *in marg. ab t².* — [1]) *Codd.*: est *add. D*; *a rubr. del. I.* — [2]) *Codd.*: illud *CM.* — [3]) *Codd*: *ex corr. I.* — [4]) *Codd.*: sunt *M.* — [5]) *Codd.*: *in marg. ab t².*

4°, quod in Deo idem$_3$ est misericordia, iusticia et bonitas et sapiencia, quia eadem divina essencia, et ideo quidquid efficit iusticia, efficit et misericordia, si ad essenciam referas. Sed tamen ex quibusdam effectibus Deus intelligitur iustus et ex qui||busdam misericors, et ideo quedam opera dicuntur in scriptura misericordie Dei, quedam vero opera$_6$ iusticie Dei. *l* 255 C

5°, quod universe vie Dei dicuntur misericordia et veritas, ideo quia in primo adventu sc. incarnacionis multiplicem nobis misericordiam exhibuit, in secundo vero adventu sc. ad iudicium inquirendo$_3$ merita iusticiam exhibebit. Eciam sic universe vie Domini, i. e. quibus ad Deum ascendimus in hac vita, sunt iusticia, qua a malo declinamus, et misericordia, qua bonum facimus. In hiis duobus omne bonum meritum includitur.

6°, quod quidam dicunt non in omni opere Domini hec duo sc. iusticiam et misericordiam concurrere secundum effectus, quia fatentur in quibusdam effectibus$_7$ esse tantum iusticiam, in quibusdam tantum misericordiam, in quibusdam$_7$ utraque$_8$. Aliis videtur, quod sic, dicitur enim Deus omnia opera sua iuste facere et misericorditer ita, quod in omni opere Dei iusticia et misericordia concurrunt ex eo, quod in omni opere Dei$_6$ ostenditur occulte vel manifeste signum equitatis et clemencie.

<2.> Super hiis sunt hii *versus*:

i. e. de inferno$_9$ dampnatum$_{10}$
Liberat inferno Dominus, nullum miserando,
i. e. minus quam merita exigunt misericordiam facit
Sed citra meritum, quod punit, in hoc miseretur.
sc. simul
Pro meritis reddens iustus, miserens miserator
sc. misericordia et iusticia essencialiter$_{10}$, quia$_{10}$ una essencia$_{10}$ i. e. effectu$_{11}$ differunt$_{12}$
Est Deus, hec duo non sunt re diversa, sed actu.

<3.> *Utrum ex iusticia divina homo pro temporali crimine puniri debeat sine fine?* Videtur, quod non, quia iustissimus iudex debet commensurare penam culpe, sed non sic faceret, si in eternum pro temporali crimine puniret, et per consequens non foret iustissimus iudex.

In oppositum sic: quamdiu homo non satisfacit pro crimine, tamdiu$_{13}$ debet puniri, ergo homo, qui peccavit criminaliter pro tempore et non satisfecit$_3$ sine fine, ergo tam diu debet puniri. Dicendum est$_{13}$, quod sic, nam qui accepta temporaliter a Deo misericordia, potens conservo facere misericordiam, non facit, donec

---

[6]) *Codd.*: *om. I.* — [7]) *Codd.*: effectibus ∞ quibusdam *in marg. a* γ^2. — [8]) *Codd.*: utramque *EKP.* — [9]) *BF*: *om. codd.* — [10]) *Codd.*: *om. B.* — [11]) *Codd.*: affectu *B.* — [12]) *Codd.*: *glossas prorsus om. EIKL.* — [13]) *Codd.*: *inscrip. ab* ι^1.

satisfaciat, punietur iuxta illud verbum | Veritatis Matth. 18°: *I* *255 D* »Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. »Nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui, sicud et ego tui »misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, »quoadusque redderet universum debitum.« Et Matth. 5°: »Non »exies inde, donec reddas novissimum$_{14}$ quadrantem$_{14}$.« Ubi 'quoadusque' et 'donec' secundum expositores tantum valet, sicud eternaliter, quia ergo eternaliter non solvet 'universum debitum' usque ad 'quadrantem novissimum' inclusive, eternaliter punietur, et istud argumentum innuit factum pro questione.

Et illa est prima racio, quare pro temporali crimine homo puniri debeat sine fine. Secunda racio, quia peccavit contra bonum eternum, sc. contra Deum, quem sprevit, et vitam eternam, que sibi offerebatur, accipere noluit. Tercia concurrens$_3$ cum secunda est, quia peccatum temporale est quodam modo infinitum propter infinitatem offensi, et quia tanto maiori dignus est pena, quanto maior est ille, cui infertur iniuria, 5° Ethicorum; ergo infiniti offensa exigit infinitam penam, et quia nulla creatura est capax pene infinite intensive, oportet, quod homo inpenitens finaliter penam teneat sine fine.

Et notandum, quod in peccato sunt quinque, sc.: actus, delectacio, macula, voluntas prava et obligacio. Actus et delectacio aliquando valde cito pretereunt, sed alia tria manent post mortem, sicud patet ex illo verbo: »Non exies inde, donec reddes novis»simum quadrantem.« Ibi enim inplicatur obligacio, culpa et macula; et in illo Matth. 18°, quod 'noluit misereri conservi sui', inplicatur voluntas mala. Macula ergo et voluntas mala, ad quam sequitur obligacio, quia post mortem manebunt sine fine, iusticia exigente$_3$ divina pena hominem affliget sine fine.

Unde Gregorius in 4° Dialogorum: »Ad magnam *I* »iusticiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio ||, *256 A* »quia nunquam carere voluerunt peccato.« Et in Moralibus dicit: »Ad districti iudicis iusticiam pertinet, ut nunquam careant »supplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere pec»cato; et nullus detur iniquo terminus ulcionis, qui quamdiu vixit, »noluit unquam habere terminum criminis.« — Hec ille.

Et illa$_{15}$ omnia$_{15}$ transeunt ad hoc, quod homo noluit de peccato, dum vixit, penitere, unde decedens in peccato finalis inpenitencie$_{16}$, in illo manebit perpetue et sic in pena eterna.

<4.> *Utrum omnis pena infertur pro culpa?* Dicendum, quod sic, sed intelligendo non pro culpa propria, sed que precessit in natura. Attende tamen hic, quod nullus punitur iuste in bonis spiritualibus$_3$, nisi pro culpa propria, nullus enim potest homini tollere virtutes et graciam, sed quam cito peccat mortaliter, tam

---

[14]) *Codd.*: *in marg. a* χ^2. — [15]) *Codd.*: omnia ista *CDFL*; ista omnia *BEKP*. — [16]) *BDEKP*: penitencie *codd.*

cito punitur, quia privatur gracia et ista est maxima pena in hoc mundo, sed illam crassi non perpendunt homines, quia sunt malicia excecati. Nam Sapiencie 2° dicitur: »Excecavit eos malicia »eorum.«

<5.> *Utrum in Deo est misericordia et iusticia?* Sciendum, quod misericordia est voluntas relevandi miserum a miseria, et illa est cum conpassione aliquando ut in homine, et sic dicitur misericordia miseri conpassio ex corde.

Unde quoad hoc dicitur ethimoloyce misericordia, quasi miseriam$_3$ cordis dividens, et sic accipitur in auctoritate in litera: »Celi non indigent misericordia, quia in eis nulla est miseria$_{17}$.«

Alio$_{18}$ modo$_{19}$ miseria est voluntas relevandi miserum a miseria, sive passione cordis, et sic misericors dicitur ethimoloyce mittens seorsum rigorem cordis; misericordia enim rigorem temperat, remunerans supra meritum et puniens citra condignum. Sic est misericordia in celo, et in$_{13}$ inferno: Deus enim sic misericors premiat sanctos supra$_{20}$ meritum et punit citra condignum.

Tercio ethimoloyce misericordia dicitur quasi mira | suavitas *I*
rigans corda. Sic misericordia maxime est in celo. Licet Deus sit *256 B*
iustus et misericors, tamen pocius proprium dicitur ei misereri quam iustum esse, quia nichil requiritur ad conplendum opus misericordie per Deum, nisi voluntas eius$_{21}$, sed ad conplendum opus iusticie requiritur aliquid ex parte hominis secundum exigenciam meritorum.

Ex hiis patet, quod in Deo est misericordia, sed non eo modo, quo in homine, nam Deo inest essencialiter uno modo, alio modo quoad effectum relative, nam Deus$_3$ dicitur misericors ex tempore, sicud et Creator.

De iusticia autem, que materialiter sic diffinitur, quod est tribuere unicuique, quod suum est, planum est, quod Deo anthonomastice$_{22}$ convenit, cum solum ipse potest debitum singulis tam largiter inpertiri; et cum in eo non sit habitus distinctus a sua essencia, patet, quod essencia divina sit virtus iusticie et per consequens prima iusticia. Et patet, que iusticia et quomodo conpetit ipsi Deo.

---

[17]) *Codd.*: *ex corr. a* γ^1. — [18]) *Codd.*: Alia *CM.* — [19]) *Codd.*: *om. CM.* — [20]) *Codd.*: citra *M.* — [21]) *Codd.*: *in marg. ab* ι^1. — [22]) *Codd.*: *male* anthonomasice *I*; *pessime* auctoritate *E*.

<Distinccio XLVII.>

<1.> **Olet eciam queri, qualiter dabitur iudicii sentencia . . .**

Ista *distinccio 47ª*, tractans de resurgencium extrema examinacione, primo continet, quod non est manifestum, qualiter iudicii dabitur sentencia; quidam enim hec verba: »Ite »maledicti et venite benedicti«, conscienciis magis exprimenda putant, quam verbis, alii vero iudicii sentenciam verbis exprimendam asserunt.

2°, quod non solus$_1$ Christus iudicabit, sed eciam sancti cum eo iudicabunt naciones, et quod per duodecim sedes universitas iudicancium et per duodecim tribus universitas iudicandorum intelligitur.

3°, quod sancti iudicabunt non solum conparacione, sed auctoritate et potestate, que autem erit auctoritas, modo sine divina revelacione non scitur.

4°, quod quatuor erunt ordines in iudicio. Alii iudicabuntur et peribunt, quibus dicet Veritas$_2$: »Esurivi et non dedistis michi »manducare«, | Matth. 25°. Alii non iudicabuntur et peribunt, *256 C* quibus dicetur$_3$ Johannis 3°: »Qui non crediderit, iam iudicatus »est.« Primi erunt mali christiani, secundi vero infideles. Alii non iudicabuntur$_4$ et regnabunt ut perfecti, qui et$_5$ consilia inpleverunt. Alii iudicabuntur et regnabunt, qui opera misericordie exercuerunt et vite maculas lacrimis terserunt, quibus dicet Filius hominis: »Esurivi et dedistis michi manducare.«

5°, quod illud Matth. 13°: »Mittet dominus angelos suos, »qui colligent de regno eius scandala«, et illud Matth. 24°: »Mittet »angelos suos cum tuba et congregabunt electos a quatuor ventis«, et illud Psalmi: »Congregate illi sanctos eius$_2$«, non est dubitandum inpleri ministerio angelorum.

6°, quod veniente Domino ad iudicium precedet ante eum ignis, qui renovabit celum et terram et purgabit omne, quod fuerat expurgandum.

7°, quod purgato mundo per ignem et Domino veniente ad iudicium emittetur vox illa magna, quam audient omnes mortui, et boni rapientur obviam Christo in aera, reprobis in terra manentibus, quam dilexerunt, et tunc sequitur vox illa: »Venite bene»dicti« ad bonos, et illa ad malos: »Ite maledicti«, et tunc mali angelorum ministerio mittentur in caminum ignis, i. e. in infernum.

8°, quod quamdiu durat presens mundus, angeli angelis, demones demonibus et homines hominibus presunt, sed omnibus collectis iam omnis prelacio cessabit. Ex quo putant quidam, quod post diem iudicii demones non habebunt potestatem cruciandi ho-

---

[1]) *Codd., Lomb.*: solum *I.* — [2]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [3]) *I;* dicitur *codd.* — [4]) *Codd.*: iudicabunt *ex corr. I.* — [5]) *Codd.*: *om. I.*

mines$_2$, sicud modo, sed virtute divina, sicud et demones cruciatibus subicientur. Illa tamen auctoritas ad credendum taliter$_6$ non conpellit.

<2.> Super principalioribus distinccionis$_2$ sunt hii$_7$ *versus*$_8$

Iudicis an voce sentencia detur, an ipsam
Conscia mens dictet, nullus determinat, est
»Matth. 19⁹: Vos, qui
homo sanctus$_9$ reliquistis omnia$_9$...
Ergo dubium; iudex erit omnis cuncta relinquens.
sc. ordo
Quatuor$_{10}$ | ordinibus omnes statuentur, et unus | *I 256 D*
qui precepta inpleverunt
Est perfectorum; iudex erit hic aliorum.
angelorum
Spirituum turba virtute Dei mediante
Colliget electos, in ignem mittet iniquos.
Summus et unus erit tunc prelatus Deus, ut sic
i.$_5$ e.$_5$ aliquando$_{5,10}$
Cesset in inferno prelacio sicud olimpho.

<3.> *Utrum finale iudicium fiet per locucionem vocalem, vel mentalem?* Istam questionem Magister relinquit sub dubio. Probabilius tamen videtur, quod iudicium illud, quoad discussionem meritorum, accusacionem malorum et commendacionem bonorum et sentenciam de utrisque perficietur mentaliter, alias requireretur inestimabilis magnitudo temporis$_2$, sicud dicit Augustinus 20° De civitate Dei: »Et$_{11}$ si liber, ex cuius scriptura ‘omnes »iudicabuntur‘, ut dicitur Apok. 20°, carnaliter cogitetur, »quis enim magnitudinem aut longitudinem eius valeat estimare? »aut quanto tempore legi poterit ille, in quo scripte$_{12}$ sunt vite »universorum?«

Notandum est, quod illud iudicium precedet terna monicio sive citacio. Prima fuit per prophetas, de qua dicit Dominus Proverb. 1°: »Vocavi et renuistis«; secunda citacio fuit per Christum et per$_6$ apostolos et$_{13}$ per$_{13}$ predicatores, de qua Luce 14°: »Misit servum suum hora cene dicere invitatis«; tercia erit per ultimam vocacionem$_{14}$ tube, et hec citacio erit peremptoria, quam sequetur excommunicacionis sentencia, qua dicetur: »Ite maledicti »in ignem eternum.«

Item sciendum secundum Richardum, quod triplex est iudicium.

Primum est uniforme, hoc est iudicium militantis ecclesie, que non iudicat nisi de sola qualitate retribucionum et in genere,

---

⁶) *Codd.*: *inscrip. ab* t^1. — ⁷) *Codd.*: unde *add. K.* — ⁸) *Codd.*: versus *iterat F.* — ⁹) *B*; *om. codd.* — ¹⁰) *Codd.*: Quatuor ∾ olimpho *in marg. a* δ^1; *glossas prorsus om. DEKF.* — ¹¹) *I*; quod *codd.* — ¹²) *Codd.*: scripture *I.* — ¹³) *Codd.*: *in marg. ab* t^1; per *in I tantum.* — ¹⁴) *I*; vocem *codd.*

sc. quod bona bonis et mala malis reddantur, sed numerum et quantitatem nescit retribucionum.

Secundum iudicium dicitur deiforme$_2$, sc., quod quilibet experitur in morte accipiendo sentenciam de omnibus bonis et malis,
I que gessit, sed non omnia bona, vel mala statim recipit, quia |||
257 A pro tunc in anima recipit tantum, non in corpore.

Tercium dicitur omniforme, sc. ultimum iudicium, quod secundum numerum et quantitatem recipit quilibet bona vel mala in corpore et anima in eternum possidenda. — Hec Thomas De veritate theologie, libro 7°, capitulo 16°: »Iudicium »autem istud ultimum erit horribile ex omni parte, quia supra erit »iudex offensus reprobis iratus, subtus horridum chaos$_{15}$ inferni »patens. A$_{16}$ dextris peccata omnia accusancia, a sinistris infinita »demonia ad suplicium trahencia. A retro mundus ardens, ante »angeli fortissimi ad infernum propellentes. Intus consciencia cru»delissime remordens et omnes sancti iudicis sentenciam appro»bantes, et omnes mali peccata dampnatorum patule cognoscentes. »Hinc dicit Salvator Luce 21°: »Virtutes celi movebuntur.«

<4.> *Utrum sancti in ultimo iudicio iudicabunt*? Magister tenet, quod sic, iuxta illud Matth. 19°: »Sedebitis et vos »iudicantes etc.« Pro isto sciendum secundum Petrum primo principali quest. 2ª, articulo primo, quod quinque sunt modi iudicandi: primus proprie auctoritatis, quo iudicabit tota Trinitas, secundus subauctoritatis sive prelacionis, quo iudicabit Christus homo, tercius accessorie dignitatis, quo iudicabunt viri perfecti, quartus approbacionis, quo iudicabunt omnes sancti, quintus conparacionis, quo iudicabunt minus mali.

<5.> *Utrum angeli iudicabuntur*? Dicendum, quod iudicium discussionis nec bonis, nec malis angelis conpetit, sed de iudicio retribucionis distingwendum est. Est enim quedam retribucio premii essencialis, et illa fuit a principio, quando angeli boni sublimati sunt ad beatitudinem, angeli vero mali diversi in miseriam; sed
| *I* est alia retribucio accidentalis, et hec fiet in | iudicio, quia angeli
257 B boni plus gaudebunt de salute eorum, quos ad meritum induxerunt, et$_{17}$ angeli mali amplius torquebuntur multiplicata ruina eorum, quos ad crimina incitarunt.

<6> *Utrum ignis precedet iudicium*? Dicendum, quod sic, nam dicitur in Psalmo: »Ignis$_2$ ante ipsum precedet et inflammabit »in circuitu omnes inimicos eius.« Accio autem illius ignis secundum Petrum de Tharantasia erit successiva, habens inicium, medium et$_{17}$ finem. Nam in$_6$ inicio purgabit faciem mundi, in medio incinerabit mixta preter humana corpora et post modum involvet finaliter condempnatos. Unde primo dicit Psalmista, 'quod ignis ante ipsum precedet', sc. purgando faciem mundi et 2° subiungit: 'et inflammabit in circuitu inimicos eius', sc. quantum ad finem.

---

[15]) *Codd.:* cahos *male I.* — [16]) *Codd.: pessime* ad *I.* — [17]) *Codd.: ex corr. C.*

Multa queruntur de isto igne, quia: *utrum purgabit celos, quantum elevabitur sursum* et de multis aliis, ut quidam querunt: *quam cito Christus descendet de celo ad finale iudicium*, quidam: *quot angelos ducet secum*, quidam: *utrum Christus iudicabit in loco Jozaphat super faciem terre, vel in sede aerea*, quidam: *utrum salvandi erunt in sitibus diversis a dampnandis vocaliter iudicati*, quidam: *quam velociter angeli congregabunt cineres*$_2$, *vel materiam, quam assument homines*, quidam: *utrum eciam Antichristus tunc iudicabit*, quidam: *utrum mali vocaliter*$_2$ *tunc clamabunt* et sic de multis aliis, que expedit subticere. Sed imitatores Christi habentes de fide, spe et caritate possunt in paucioribus consolari$_{13}$ audientes a Salvatore suo premium, cum dicit: »Ibunt hii in vitam eternam« et verbum continentes Apostoli 1ª ad Thessal. 4°, quo dicit: »Mortui, qui in Christo sunt, re»surgent primi, deinde nos, || qui vivimus, qui relinquimur simul$_{18}$, || *I* »rapiemur cum illis in nube obviam$_{19}$ Christo in aera$_{19}$, et sic *257 C* »semper cum$_2$ Domino$_{20}$ erimus.«

Hoc nobis prestare dignetur, qui scit, quando$_6$ et quomodo debet nos$_{21}$ finaliter iudicare etc.$_{18}$

<Distinccio XLVIII.>

<1.> **Olet eciam queri, in qua forma Christus iudicabit . . .**

Ista *distinccio 48ª*, tractans de pertinentibus ad Christum iudicem, primo continet, quod Christus in iudicio apparebit omnibus in forma humanitatis gloriosa, bonis eciam apparebit in forma divinitatis, quod erit eis vita eterna, non autem malis, ne gaudeant. Deitas enim sine gaudio videri non potest, humanitatem vero mali videbunt, ut timeant.

2°, quod Christus in forma servi gloriosus iudicabit et videbitur et$_1$ a bonis et malis, nec solus iudicabit, sed cum Patre et Spiritu Sancto, et apparebit mitis$_2$ iustis et terribilis inpiis.

3°, quod Christus virtute divinitatis et non humanitatis suscitaturus est mortuos, et tamen secundum formam servi dicitur suscitaturus, quia$_3$ in humanitate suscepit, quod est causa suscitacionis.

---

[18]) *I*; *om. codd.* — [19]) *Codd.*: obviam ∾ aera *in marg. a* $\aleph^2$, et ∾ erimus *om. BKP.* — [20]) *Codd., Vulg.*; Deo *I.* — [21]) *Codd.*: *om. I.* — [1]) *Codd.*: *inscrip. ab* ι^1. — [2]) *Codd.*: et *add. D.* — [3]) *Codd.*: *ex corr. I.*

4°, quod quidam putant Dominum descensurum in vallem Jozaphat in iudicio, quod frivolum est intelligendo de valle sub Oliveti monte, sed quia Jozaphat interpretatur iudicium Domini, in illo ergo congregabuntur omnes; et inpii erunt in valle iudicii, i. e. in dampnacione, iusti vero elevabuntur obviam Christo.

5°, quod veniente Domino ad iudicium in fortitudine et potestate magna, sicud ait Chrisostomus, angeli deferent ante eum lignum crucis. Et sol et luna dicuntur obscurari, non sui luminis privacione, sed superveniente$_3$ maioris luminis claritate, et virtutes celorum, i. e. angeli, dicuntur moveri, non metu dampnacionis vel pavoris perturbacione, sed quadam admiracione eorum, que viderunt.

| *1* 6°, quod ante diem iudicii sol | et luna obscurabuntur Jo-
257 D helis$_3$ 3°, et quod dicitur dies magna propter magna, que ibi fient.

7°, quod cum celum factum fuerit novum et terra nova, erit lux lune sicud lux solis, et lux solis septempliciter quasi lux solis, i. e. sicud lux septem dierum, quia quantum luxit sol in prima condicione septem dierum ante peccatum primi hominis, tantum lucebit post iudicium. Minorata$_4$ enim$_5$ fuit lux solis et lux lune aliorumque siderum per peccatum primi hominis, sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris, quia septempliciter lucebit, et non erit tunc vicissitudo temporis, sed tantum dies.

8°, quod secundum Isidorum sol et luna non venient ad occasum, sed in ordine, quo creati sunt, stabunt.

9° concludit Magister, quod si queritur: Quis sit usus solis et lune, tunc: »Fateor«, inquit, »me ignorare, quia in scripturis non memini me legisse.«

<2.> Super$_6$ quibus sunt hii$_6$ *versus*:

i. e. non Pater nec$_7$ Spiritus$_7$ Sanctus$_7$ — i. e. in forma humana
i. e. apparebit
Parebit solus iudex homo glorificatus,

i. e. dicitur suscitare Filius hominis ex eo, quia secundum carnem meruit$_8$ beatitudinem$_8$ — i. e. beatitudinem
Suscitat hac carne, qua nobis meruit hanc rem.

ostendens, quia non in loco illo$_7$ terreno iudicabit — sc. quomodo obscurabitur et$_7$ quomodo$_7$ lucebit post
Post vallem Jozaphat de solis lumine$_3$ tractat.

<3.> *Utrum Christus in humana forma gloriosa finali iudicio iudicabit*? Dicendum, quod sic. Pro quo sciendum secundum doctorem subtilem, quod iudicare principaliter non conpetit nisi nature intellectuali, cuius intellectus non subordinatur alteri in volendo et iudicando, ut sequatur effectus iudicii per modum imperii, et isto modo Christus iudicabit ut Deus. Sed alio

---

[4]) *Codd.*: minorataque *M.* — [5]) *Codd.*: *om. M.* — [6]) *Codd.*: Super ∾ hii *om. E.* — [7]) *Codd.*: *om. B.* — [8]) *BDFI; om. codd.*; *glossas prorsus om. EKL.*

modo iudicare conpetit nature intellectuali, non sic omnino principaliter, sed comissarie | excellenter singulari excellencia, qua non *I*
potest alia esse maior comissaria auctoritas, sic iudicabit Christus *258 A*
ut homo, quia ut homo passionem sustinuit absque culpa propria et meruit iudicatoriam potestatem. Unde consonum est, ut illam gloriosus exerceat, qui potestatem iudicatoriam sustinuit ut ignominiosus, nam omne iudicium Pater dedit Filio, ut omnes honorificent Filium sicud honorificant Patrem, Johan. 5°.

Quod autem in forma gloriosa iudicaturus sit, videtur patere per illud Marci 14°: »Videbitis filium hominis sedentem a dextris »virtutis Dei, et venientem in nubibus celi.«

Sed contra: Si Christus apparebit in forma gloriosa, vel omnibus in illa apparebit, vel solum bonis; si primum, tunc et mali gaudebunt de visione eius, cum non possit sine delectacione tam gloriosus Dominus videri. Consequens videtur esse contra illud Luce 23°: »Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos »et collibus: Cooperite nos.« Et contra illud Apok. 6°: »Reges »terre, et principes, et tribuni, et divites, et fortes, et omnis servus »et liber absconderunt se in speluncis suis et petris moncium et »dicent montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos »a facie sedentis super thronum et ab ira Agni, quoniam venit »dies magnus ipsorum, et quis poterit stare?« Hic dicit doctor, ubi supra, quod potest dici, quod videtur a beatis in forma gloriosa, sed de malis potest dici, quod non videbunt illam formam gloriosam, ymmo nullam. Et tunc oporteret exponi illud: »Videbunt »in quem transfixerunt«, i. e. videbunt Christum in corpore glorioso, sed non formam gloriosam. | S. Thomas quest. 2ª dicit: | *I*
»Sicud gloria amici est delectabilis, ita gloria eius, qui odio ha- *258 B*
»betur, est maxime contristativa, ideo visio Christi in gloria erit »inimicis in supplicium.« — Hec ille. Et potest addi, quod sicud oculis sanis lux est amabilis, sic egris est odiosa, cum igitur Salvator lucebit mirabilior, sancti gaudebunt mirabiliter et mali turbabuntur.

<4.> *Utrum adventum Domini aliqua signa precedent?* Dicendum, quod sic, iuxta Veritatis vocem Luce 21°: »Erunt »signa in sole et luna.« Ad dignitatem enim tanti iudicis pertinet, ut aliqua signa precedant eius iudicium, per que subiecti homines ad humilitatis inducantur reverenciam et rebelles ad timorem. Qualia autem illa erunt signa, tunc videbimus, que ab oculis nostris nunc sunt absconsa.

<5.> Si queritur: *Ubi erit iudicium?* respondet S. Thomas quest. 4ª: »Qualiter iudicium fiat et quomodo homines con»venient, non multum per certitudinem potest sciri[9], sed probabiliter »potest ex scripturis colligi, quod circa locum montis Oliveti

[9]) *Codd.*: *ex corr. C*; fari *M*.

»descendet, sicud et inde ascendit, ut idem esse ostendatur, qui »descendit et ascendit.«

Multe fiunt hic questiones. Quidam querunt: *Qualiter virtutes celi movebuntur*? Quidam: *Qualiter homines pervenient*[10] *ad locum deputatum et presertim mali, cum erunt grossi*[3] *ad motum*? Quidam: *Utrum aliquis homo presciet diem iudicii*? Quidam: *Utrum elementa renovabuntur*[11] *per recepcionem alicuius claritatis*? Que omnia usque diem iudicii expedit cuilibet homini humiliter expectare.

<Distinccio XLIX.>

‖ *I* *258 C* <1.> **POst resurreccionem vero ‖ facto universo inpletoque iudicio, suos fines habebunt civitates due . . .**

Ista *distinccio 49ª*, tractans cum sequenti distinccione de iudicatorum remuneracione primo continet, quod post resurreccionem inpleto iudicio due civitates habebunt suos fines. Una Christi et omnium bonorum, alia dyaboli et omnium malorum; primis voluntas, aliis facultas peccandi non poterit inesse et utrique erunt inmortales et habebunt secundum merita et demerita varias mansiones.

2°, quod nomine denarii aliquid commune omnibus electis intelligitur, sc. vita eterna, sc. Deus ipse, quo omnes fruentur, sed inpariter.

3°, quod habere vitam est videre vitam, i. e. cognoscere Deum in specie, non in enigmate.

4°, quod verum est, quod omnes homines beati esse volunt, idque ardentissimo amore appetunt et propter hoc cetera[1] queque[1] appetunt; nec quisquam amare potest, quod omnino, vel quale sit, nescit, nec potest nescire, quid sit, quod se velle scit, sequitur ergo, quod omnes beatam vitam sciant.

5°, quod omnes beati habent, quod[2] volunt, quamvis non omnes, qui habent, quod volunt, continuo sunt beati. Beatus enim non est, nisi qui habet omnia, que vult, et nichil mali vult.

6°, quod beatos se esse velle omnes in corde suo vident, nec tamen omnium est fides, qua ad beatitudinem pervenitur.

7°, quod nichil in Deo noscibile maius digniusque videtur, quam eum intelligere trinum et unum, et omnes beati hoc cog-

---

[10]) *Codd.*: devenient *M.* — [11]) *Codd.*: *ex corr. C.* — [1]) *Codd.*: ceteraque *BEKP.* — [2]) *Codd.*: quidquid *BEKP.*

noscent. Ex quo videtur, quod non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum, et ita omnes illa cuncta videbunt, quorum cognicio beatitudini servit, sed in modo videndi erit differencia[3]. Alius enim alio magis, alius vero minus alio fulgebit.

8°, quod omnes beati habebunt par gaudium, | quamvis disparem cognicionis claritatem, quia per caritatem quisque gaudebit de bono alterius, quasi gauderet, si in se ipso haberet. *I 258 D*

9°, quod si par erit omnium gaudium, videtur, quod sit par omnium beatitudo, quod[4] constat omnino non esse. Ad hec dici potest, quod beatitudo par esse posset, si ita esset par gaudium, ut eciam par cognicio esset. Sed quia hoc non erit, non faciet paritas gaudii paritatem beatitudinis; vel potest sic accipi par gaudium, ut non referatur paritas ad intencionem affeccionis gaudencium, sed ad universitatem rerum, de quibus gaudebitur, quia de omni re. Unde gaudebit unus, gaudebunt omnes.

10°, quod firme credendum est sanctos habituros maiorem gloriam post iudicium quam ante, quia et maius erit eorum gaudium, ut supra testatur Augustinus distincc. 45[a]. Et amplior erit eorum cognicio[5], unde Jeronimus: »Peracto iudicio ampliorem »gloriam sue claritatis[6] Deus monstrabit suis electis.«

11°, quod caro humana a spiritu suo[7] resumpta ipsum spiritum in cognicione non gravabit, quia ipsi carni vivificate »hoc erit ei glorie, quod[4] fuit sarcine[4]«.

<2.> Super hiis sunt hii *versus*:

Metitur Dominus mercedes, ut melior plus
boni
Gaudeat et peior doleat plus; hii tamen omnes
mali[8]
Semper gaudebunt, illi sine fine dolebunt.
Qui bene vult, et habet, quid vult, est ille beatus,
sc. habere in re
Istud ad eternam spectat tantum modo vitam.
supple[9]: quia[10] in modo videndi differunt
In numero tantum sancti gaudendo pares sunt.
spiritus
i. e. angelis[11] i. e. in notescendo[12] humanus i. e. sine gravamine[13]
Spiritibus noscendo par est hic carne resumpta.

<3> Queritur: *Que sunt ille civitates, que inpleto iudicio habebunt suos fines?* Respondetur, quod prima civitas est Jeruzalem nova, secunda vero est Babilon. *I 259 A*

---

[3]) *Codd*: *inclare in I.* — [4]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [5]) *BEKP, Lomb.*: agnicio *sic codd.* — [6]) *Codd.*: *male* caritatis *I.* — [7]) *Codd.*: *in textu male* sancto, *in marg.* suo *ab t*[2]. — [8]) *CIM*; *om. codd.* — [9]) *Codd.*: supple ∾ differunt *om. B.* — [10]) *I*; sed *C.* — [11]) *Codd.*: *om. I.* — [12]) *I*; noscendo *D*; *om. codd.* — [13]) *Codd.*: gravedine *I*; *glossas prorsus om. EFKL.*

De prima dicit Johan. Apok. 21°, et primo tangit post iudicium mundi renovacionem, de qua Magister in presenti distinccione loquitur, cum dicit: »Ego Johannes vidi celum »novum, et terram novam. Primum enim celum et prima terra »abiit, et mare iam non est.« Ecce mundi renovacio; et statim subdit de civitate Jeruzalem dicens: »Ego Johannes vidi civitatem »sanctam Jeruzalem novam, descendentem de celo a Deo, paratam, »sicud[14] sponsam ornatam viro suo.« — Civitas illa est omnium sanctorum unitas in caritate, que dicitur Jeruzalem, quia videns Deum, et dicitur nova, quia tam secundum corpus quam secundum spiritum dotibus renovata[4], de quibus circa sequentem dicetur[4] distinccionem; que eciam est descendens de celo, non per loci mutacionem, sed per causacionem, cum sit a tota Trinitate causata atque facta et preparata, quia[4] subditur a Deo paratam, i. e. a tota Trinitate; et cum illa civitas non erit sine coniuge, cum sit virgo sine ruga, de qua Apostolus Ad Ephes. 5° dicit: »Christus dilexit ecclesiam, et tradidit semet »ipsum pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lavacro aque, »ut in verbo vite ipse exhiberet sibi ecclesiam gloriosam, non ha»bentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit »sancta et inmaculata,« — ecce novitas civitatis Jeruzalem Virginis caste, de qua Apostolus 2ª Corinth. 11°: »Despondi[15] vos, »uni viro virginem castam exhibere Christo,« Ecce Apostolus utrumque tangit, et virum et virginem, — ergo hoc videns Johannes dixit: »Sicud sponsam ornatam viro suo.«

Finis ergo intrinsecus huius civitatis Christi est ultimus sal- | *I* vandus, quasi lapis ultimus, finis extrinsecus, in quo | quiescet *259 B* illa civitas est Deus, et hinc subdit Johannes ibidem: »Et audivi »vocem magnam de throno dicentem: Ecce thabernaculum Dei »cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt«, et sequitur ad propositum: »Et ipse Deus cum eis erit eorum »Deus.«

Et quia Magister dicit in litera, quod illis in civitate Christi[16] non aderit[4] voluntas peccandi, dicit Johannes in fine eiusdem capitoli, quod »non intrabit in illam aliquod coinquinatum et faciens »mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vite Agni.«

Et quia illa civitas est beata consumate et[17] sic[17] abiciens omnem defectum, ideo dicit Johannes ibidem: »Absterget »Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, »nec luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quoniam priora »abierunt.« Et quia beatitudo est videre Deum, ut sit illa civitas[4] perfecte beata, dicit Johannes ibidem: »Civitas illa non eget »sole neque luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit »eam (sc. quantum ad cognicionem Trinitatis) et lucerna eius est

---

[14]) *Codd.*: tamquam *BEKP.* — [15]) *Codd.*: *male* dispondi *I.* — [16]) *Codd.*: *in marg. ab* t[1]. — [17]) *Codd.*: ergo *I.*

»Agnus«, sc. Christus quantum ad cognicionem humanitatis Christi sensualem; humanitas enim Christi est lucerna, in qua lumen glorie est reconditum, quod tunc erit manifestum per ipsum Christum. Ideo subdit Johannes ibidem: »Et ambulabunt per lumen eius«, ut (sc. clare) cognoscant divinam essenciam. Unde dicit Johannes Apok. 22°: »Et servi eius servient illi et videbunt faciem eius«, i. e. clare sine umbra cognoscent eius divinitatem, quia sequitur ibidem: »Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucerne, »nec lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos.«

Et quia cognicio sine saturitate beatitudinem non perficeret, ideo dicit Johannes: »Non esurient, || neque sicient.« Sed quia || *I* hoc est negatum non ponens expresse saturitatem, ideo dicit rex *259 C* illius civitatis: »Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in »paradiso Dei mei«, Apok. 2°. Et quoad potum dicit Johannes Apok 22°: »Ostendit michi flumen aque vive$_{18}$, splendidum »tamquam cristallum procedentem de sede Dei et Agni, in medio platee$_{19}$.« Et quia cognicio Trinitatis et plena saturitas non beatitudinem conpleret, si$_{20}$ aliquando deficeret$_{20}$, ideo dicit Johannes Apok 22°: »Et regnabunt in secula seculorum.« — Ecce saltim aliqualis$_{21}$ modica notificacio civitatis Domini$_{22}$ Jesu Christi.

<4.> De civitate vero dyaboli Apok. 18° dicit: »Angelus »descendens de celo et habens potestatem magnam. Cecidit Ba»bilon magna et facta est habitacio demoniorum et custodia omnis »spiritus inmundi.« Civitas illa est omnium dampnandorum$_1$ ecclesia, que dicitur ecclesia malignancium. Finis illius civitatis intrinsecus est ultimus dampnandus. Qui autem sunt cives illius civitatis, ostendit Johannes, cum subdit ibidem: »De vino ire eius biberunt »omnes gentes, reges terre cum ipsa fornicati sunt, et mercatores »terre de virtute deliciarum eius divites facti sunt.« Et pensandum, quod de civitate Christi dicit Johannes: »Vidi civitatem sanctam »Jeruzalem novam.« Hic vero angelus dicit de civitate dyaboli: »Civitas magna cecidit.« Et ibidem dicitur: »Flebunt et plangent »se super illam reges terre, qui cum illa fornicati sunt et in de»liciis suis vixerunt, cum viderint fumum incendii eius; longe »stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Ve, ve, ci»vitas illa magna Babylon.«

Siquidem multi vocati sunt ad civitatem Christi, pauci vero | *I* electi, ipso dicente Matth. 2° et | eiusdem 7°: »Lata est porta *259 D* »et spaciosa via, que ducit ad perdicionem, et multi sunt, qui »intrant per eam; quam angusta porta et arta via, que ducit ad »vitam, et pauci sunt, qui inveniunt$_{23}$ eam,« manifestum est, quod

---

[18]) *BI*; vite *codd.*; *inscript. a* κ^2. — [19]) *Codd.*: phathee *I.* — [20]) *Codd.*: si ∞ deficeret *in marg. ab* ι^1. — [21]) *Codd.*: *del. in I.* — [22]) *Codd.*: nostri *add. BEKP.* — [23]) *Codd., Vulg.*: inveniant *I.*

civitas dyaboli Babilon est multum magna. Cives enim illius civitatis sunt illi, quibus ultimo Apok. dicitur: »Foras canes, et »venefici, et inpudici, et homicide et ydolis servientes, et omnis, »qui amat et facit mendacium.« Et qualem habebunt habitacionem, ostenditur Apok. 21°, cum dicitur: »Timidis autem, et incredulis »et execratis, et homicidis et fornicatoribus et veneficis$_4$ et ydo»latris et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti »igne et sulfure, quod est mors secunda«, i. e. dampnacio eterna.

Ecce due civitates duorum regum posite sunt; cuius ergo finaliter civis vis esse, illius regis opera imitare.

<5.> *Utrum beatitudo Petri et omnium sanctorum*$_{24}$ *sit equalis, quoad numerum cognitorum?* Videtur, quod non, nam plura cognoscit unus beatus, quam reliquus, cum angeli superiores purgent inferiores ab ignorancia, secundum b. Dyonisium in De$_{25}$ celesti ierarchia, ergo questio falsa.

In oppositum sic: Quilibet beatus est in statu omnium bonorum aggregacione perfecto, ergo nullum bonum deest sibi, quia alias non esset in optimo$_4$ statu; et antecedens patet per Boecium 3° De consolacione philosophie$_{25}$, Prosa 2ª.

Pro ista questione notandum, quod duplex est beatitudo: sc. obiectalis, que se habet per modum obiecti, que communiter dicitur beatitudo essencialis; secunda beatitudo accidentalis et sic formalis. Prima est divina essencia, reliqua est divine essencie fruicio in racionali creatura. Et ista duplicatur, quia alia est beati- *I* tudo ||| vie, alia patrie; patrie iterum duplex: sc. conpleta et in- *260 A* conpleta. Conpleta alia in una persona tantum, ut in Christo homine et in Matre sua, ut pie creditur, ex eo, quod quelibet illarum duarum personarum, tam secundum animam, quam secundum corpus, et sic secundum totum hominem, est glorificata. Inconpleta iterum duplex, aut unius persone, ut$_4$ cuiuslibet beati in patria, cuius corpus dotibus glorie adhuc caret, aut tocius ecclesie, que nondum secundum quodlibet suum membrum est in pleno gaudio, cuius glorificacio post diem iudicii fiet totaliter consumata.

Notandum 2°, quod titulus iste: *Utrum beatitudo Petri et omnium beatorum sit equalis, quoad numerum cognitorum*; tantum valet: *Utrum quecunque*$_4$ *cognoscibilia beatus Petrus cognoscit, eadem cognoscit quivis sanctus?*

3° notandum, quod questio presupponit, quod beatitudo Petri et omnium sanctorum$_{24}$ est eadem. Et queritur$_{26}$: *Utrum illa beatitudo quoad cognitorum numerum sit equalis?* Supponitur pro ista questione, quod fiat locucio de beatitudine$_{20}$

---

[24]) *AI*: beatorum *codd.* — [25]) *Codd.*: *om. I.* — [26]) *Ex corr. a rubr. I;* querit *codd.*

patrie, et similiter de beato, de quo loquens b. Augustinus 13° De Trinitate, ca° 4°, dicit: »Beatus est, qui habet, quidquid »vult, et nichil mali[27] vult«, et similiter dicit in libro De vita beata ad b. Theodorum.

Ex ista diffinicione primo sequitur, quod non est plene beatus, qui non habet quidquid vult; 2°, quod non est plene beatus, qui aliquid male[28] vult; 3°, quod beatitudo est creature racionalis indefectibilis sacietas. Et illam innuebat Salvator dicens Luce 6°: »Mensuram bonam et confertam, et coagitatam et supereffluentem »dabunt in synum vestrum«, i. e. beatitudinem formalem tam in »mentis, quam corporis capacitatem.

Istis positis conclusio prima est hec: Tantum una est beatitudo obiectalis omnium beatorum. Probatur. *I* Tantum | una est essencia, que per modum obiecti simplicissimi, *260 B* verissimi, purissimi, optimi et delectabilissimi replet, saciat et quietat totaliter capacitatem omnium beatorum[29], igitur conclusio vera. Consequencia tenet a convertibili ad suum convertibile, et antecedens patet, quia tantum una est essencia divina, que est obiectum simplicissimum, verissimum, purissimum, optimum et delectabilissimum, replens, sacians et quietans totaliter capacitatem omnium beatorum[29]. Ergo conclusio vera

Ex ista conclusione sequitur, quod[30] questio quoad suppositum est vera.

2ª conclusio[30]: Quamvis beatitudo obiectalis replet, saciat et quietat capacitatem omnium beatorum efficienter et finaliter, tamen beatitudo formalis id ipsum facit formaliter. Prima pars patet ex precedenti conclusione, 2ª pars probatur sic: Beatitudo formalis est sacietas indefectibilis omnium beatorum[31], ut patet ex 3° corellario supposicionis, ergo replet, saciat et indefectibiliter quietat capacitatem omnium beatorum. Sed cum ipsa formalis beatitudo sit forma accidentalis, post conpletum esse substancie adveniens, sequitur conclusio, ex qua sequitur, quod omnis participative beatus est accidentaliter beatus, sic quod quelibet substancia participative beata incepit esse beata.

Conclusio 3ª: Beatitudo[32] Petri et omnium beatorum est equalis quoad numerum cognitorum. Probatur. Quidquid beatus Petrus cognoscit beatitudini pertinens, quilibet beatus cognoscit, ergo conclusio vera. Consequencia tenet per notabile tercium, sed antecedens patet per Magistrum in ista distinccione 49ª, ubi dicit: »Omnes igitur cuncta illa

---

[27]) *Codd.*: *male I.* — [28]) *Codd.*: mali *M.* — [29]) *Codd.*: bonorum *M.* — [30]) *Codd.*: quod ∞ conclusio *in marg. ab t².* — [31]) *Codd.*: bonorum *I.* — [32]) *Codd.*: *male* Beati *I.*

|| *I* »videbunt, quorum cognicio || beatitudini servit.« Patet eciam per
260 C b. Gregorium Omelia quarta dicentem: »Qui Dei cla
»ritatem vident, nichil in creatura agitur, quod videre non possint.«
— Ergo questio vera[33].

<Distinccio L.>

<1.> **Hic oritur questio, ex premissis ducens originem . . .**

Ista *distinccio ultima* tractans de inpiorum condempnacione primo continet, quod dampnati, quamvis habeant malum velle, tamen non demerentur, quia in inferno non est locus demerendi beatitudinem, et ideo penitenciam agent, sed indulgenciam non invenient.

2°, quod tenebre exteriores dicuntur in gehenna, quia dampnati tunc penitus erunt extra lucem corporalem et extra lucem spiritualem, sc. extra Deum, ut dicit Augustinus, quia extra Deum esse, est esse in summa cecitate.

3°, quod sane intelligi possunt tenebre malignitas odii[1] in voluntate, que tunc excrescit in mentibus reproborum, et quedam oblivio Dei, que ipsis inerit ex tormentis, nam tunc illuc tendit[2] impetus cogitacionis, ubi sentitur vis doloris

4°, quod nullus in hac vita adeo malus est, ut a cogitacione Dei penitus excludatur, quia adhuc non perdidit appetitum beatitudinis, quem habet naturaliter creatura racionalis.

5°, quod Augustinus dicit dictas tenebras post iudicium reprobos perpessuros.

6°, quod anime reproborum secundum Augustinum curam habent[1] de suis caris in hac vita, quod patet exemplo divitis, qui curam habuit quinque fratrum.

7°, quod si quis querat, quomodo intelligatur, quod de Lazaro et divite legitur, respondet Augustinus, quod melius est dubitare de ocultis, quam litigare de incertis.

8°, quod sancti tradunt[3], quod boni malos et mali bonos vident usque ad iudicium, sed post boni videbunt malos, sed non[4]
I mali | bonos.
260 D 9°, quod quamvis boni malos in tormentis videant, nulla tamen conpassione circa eos moventur, quia, quamvis nature sue misericordiam habent, quia tamen tanta rectitudine iusticie Dei coniuncti sunt, ideo nulla conpassione ad reprobos comoventur.

---

[33]) *Codd.*: etc. *add. EKP.* — [1]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [2]) *I*: tendet *codd.* — [3]) *Codd.*: credunt *CIM.* — [4]) *Codd.*: *in marg. ab* ι[1].

10°, quod pena visa reproborum non obfuscat animam a gloria beatorum, nam exinde nichil sancti pacientur, sed magis gaudebunt.

11°$_5$ ponit Magister recapitulacionem omnium librorum.

<2.> Pro quibusdam sunt hii *versus*$_6$:

i. e. mala voluntas i. e. demerentur
Nil indampnatis perversum$_1$ velle meretur.
Scire potest anima dampnati vivere caros.
sc. finale quia post non$_7$ videbunt eos
Iudicium tollet dampnatis cernere sanctos,
malorum post iudicium
Sed penas$_8$ horum sancti tunc ut$_9$ modo cernent,
de$_{10}$ pena$_{10}$
Ex hoc gaudentes, nichil ipsis conpacientes.

<3.> *Utrum omnis voluntas dampnatorum est mala?* Sciendum, quod duplex est eorum voluntas: sc. naturalis et deliberativa. Prima non est mala, quia a Deo creata, omne autem a Deo creatum est bonum, Genesis primo. 2ª voluntas eorum semper est mala, quia deliberate volunt malum et per deliberacionem inclinant voluntatem semper ad peius, et sic obcecata voluntas racionem excecat et fit voluntas totaliter obstinata$_1$. Ista est intencio S. Thome quest. 5ª.

<4.> *Utrum dampnati possunt velle voluntate deliberativa, se non esse?* Videtur, quod non, nam nichil est appetibile, nisi bonum vel includens racionem boni, sed non esse nichil boni includit, quia alias oppositum contradictorium includeret, ergo non esse non est appetibile. Et pro isto est Augustinus De libero arbitrio, dicens: »Non esse non est eligibile$_{11}$, cum non habeat »apparenciam boni, cum nichil sit.« Item ibidem: »Considera, »quantum bonum est esse, quod et beati et miseri volunt, maius »enim est esse miserum, quam omnino non esse.« Oppositum videtur illud Apok. 9°: »In diebus illis desiderabunt homines »mori, et fugiet$_1$ mors ab illis.« Respondetur, quod non esse potest considerari dupliciter: uno modo secundum se, et sic non est appetibile, nec habet racionem boni, cum sit pura negacio entis. Alio modo potest considerari, ut est ablatum pene vel miserie vite, et sic accipit racionem boni, quo modo utitur Philosophus 5° Ethicorum, »melius est non esse, quam miserum esse.« Et Matth. 26°: »Bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille.« Et super illud Jeremie 2°: »Maledicta terra, in qua natus sum« glossa Jeronimi: »Melius est non esse, quam male esse.« Et isto modo sumendo 'non esse', questio est vera. *I* 261 *A*

---

[5]) *Codd.*: *a rnbr. in marg. add. I.* — [6]) *Codd.*: *iterat I.* — [7]) *Codd.*: modum *I.* — [8]) *Codd.*: *ex corr. K*; pena *B.* — [9]) *Codd.*: *ex corr. I*; et *D*; non *BEKP.* — [10]) *Codd.*: *om. B*; *glossas prorsus om. EKL.* — [11]) *Codd.*: *inepte* egibile *I.*

Et tunc ad racionem primam dicitur, quod 'non esse' primo modo sumptum nichil boni includit et sic non est appetibile, secundo vero modo includit, et sic est appetibile. Et iuxta istam distinccionem dicitur ad auctoritatem Augustini, sed vere, ut michi videtur, tunc prima racio concludit[1] et dictum Augustini, nam manifestum est, quod 'non esse' nichil boni includit, 'miserum' autem 'esse' illud esse substancie includit, racione cuius *I* est appetibile | plus quam 'non esse', quod cum non sit, non potest intellectum et sic nec voluntatem movere ad volicionem. Et tenendo istam partem ad auctoritatem Apokalypsis dicitur, quod desiderabunt mori sub condicione, sc. si mors eis posset prodesse.

2° dicitur, quod concessa auctoritate in forma non sequitur, quod desiderabunt 'non esse', nam Paulus negaret istam consequenciam: Cupio dissolvi, igitur cupio non esse. Sed certe magis urget verbum Veritatis, quomodo bonum erat Iude, si natus non fuisset, et secundum logicam[12] non potest negari, quin si bonum erat ei, tunc aliquid erat ei, quod natus non fuisset homo ille.

Ibi sciendum, quod dicunt quidam, quod bonum erat, si natus non fuisset ex utero, sed periisset homo in utero, quia sic homo perpetue mansisset et non tantam penam sustinuisset. Quocunque Christi veritas intelligatur, quia difficilis oracio est, eo quod coniungitur verbum coniunctivi modi cum verbo indicativo, quod est preteriti inperfecti, que coniunccio illorum verborum negativa[13] facit difficultatem, ideo fateor me pocius non intelligere, quam temerarie[14] diffinire. Et auctoritas b. Jeronimi et Philosophi potest solvi dicendo, quod condicionaliter intelligitur sic: Si possibile esset, quod non esse bonum esset, tunc melius esset non esse, quam miserum esse. Cui placet prima responsio, teneat illam, si alicui secunda videtur falsa, examinet et nichil teneat, nisi consonum fuerit veritati.

I <5> *Utrum dampnati volunt omnes alios dampnari?* ||
261 C Potest dici, quod sic, quia ex quo dyabolus hoc vult propter suam invidiam, ut ex scriptura colligitur, et omnes dampnati erunt eiusdem condicionis cum dyabolo in invidia.

Sed videtur oppositum de divite, qui voluit, ne fratres venirent in suum locum tormentorum. Ibi potest responderi per illud dictum scripture: »Vult malus et non vult«, quod dives vult, quod fratres dampnentur, sed non vult secum ut ardeant, ne eius pena[15] augmentetur[15]; nam dampnatorum peior pena sive gravior est, si eorum propingwi dampnentur, quam si aliqui salventur. Et simile est in hoc, quod homo vult peccatum, quia diligit peccatum, sed non vult penam pro peccato; sic ille dives voluit, quod fratres dampnarentur[16], sed rogavit Abraham, ne in illum locum ve-

---

[12]) *Codd.*: loycam *I.* — [13]) *Codd.: ex corr. KB*; negativam *E;* negatam *C.* — [14]) *Codd.*: *inepte* temarie *D;* temererarie *BKP.* — [15]) *I*: penam augmentent *codd.* — [16]) *I*: dampnentur *codd.*

nirent tormentorum, in quo ipse erat, i. e., ne sibi penam augerent. Et quoad hoc sonat illud vulgatum proverbium:

Gaudium est miseris socios habere penarum,

quia libenter habent socios, sed non libenter cum sociis sustinent penas$_4$.

<6.> *Utrum dampnati affligentur solum pena ignis?* Videtur, quod non, quia Salvator sepcies in ewangelio minatur tenebris dicens: »Proicite in tenebras exteriores«; similiter fletu et stridore dencium, quia dicit: »Ibi erit fletus et stridor dencium.« Hic dicunt quidam, quod solum pena ignis erit in inferno quantum ad substanciam, sed effectus habebit diversos. Aliquando enim mali affligentur calore, aliquando frigore. Et iuxta hoc intelliguntur auctoritates scripture, que notant ibi esse diversas penas quantum ad substanciam, sc. ignis, sul|phur, nix, grando et huiusmodi. *I 261 D*

Unde et Augustinus de verme materiali non diffinit, an in inferno erit; estimant enim multi probabiliter, quod non manebit post diem iudicii aliquod corpus mixtum, nisi solum corpus humanum, quod secundum aliqua individua erit perpetue in gloria et secundum alia in pena, nec oppungnant ille auctoritates Isaie 14°: »Subter te sternetur tynea, et operimentum tuum erunt vermes.« Item: »Vermes comedent carnes impiorum.« Item: »Vermis eorum »non$_1$ morietur«; 'vermis' enim$_{17}$ potest dici remorsus consciencie et 'carnes' anime, que carni obedierunt$_1$. Ille siquidem 'vermis non morietur', i. e. non desinet, et ignis affligens corpus non extingwetur.

Sunt alie multe difficultates circa dampnatos, quas usque diem iudicii est utile reservare.

---

[17]) *Codd.*: *inscrip. ab* t[1]. — [18]) *I: post* alie *codd.*

<I.>

Sequitur[1] epilogus[2] Magistri[3].

|| 1 || 262 A **Hec[1] de pedibus sedentis super solium excelsum, quos Seraphyn duabus alis velabant, scriptori, etsi non auditori, commemorasse sufficit, qui a facie exorsus sedentis, per media ad pedes usque, via duce pervenit.**

Postquam Magister copiose suorum quatuor librorum tractavit materiam, hic iam ultimo brevi epilogo totam quatuor librorum perstringit materiam; et dividitur in duas partes, nam Magister se ipsum humiliat et auditorem sciencie suorum librorum prefert et elevat dicens: Scriptori, etsi non auditori commemorasse sufficit. 2° Magister tangendo librorum materiam recapitulat ibi: a facie exorsus. Et hec dividitur in quatuor partes, secundum quod tangit materias quatuor librorum; primo: Primi libri, ibi: a facie, secundo: Secundi, ibi per media; tercio: Tercii, ibi via duce; quarto: Quarti, ibi usque ad pedes.

Unde dicit: Sufficit scriptori, Petro Lombardo[4], etsi non auditori commemorasse, hec, sc. iam dicta, qui sc. scriptor, exorsus, i. e. incipiens, a facie sc.[5] divine essencie et benedicte Trinitatis et sic unius Dei, sedentis i[5] e.[5] eternaliter[6] quiescentis, sedentis[6] eciam super solium excelsum i. e. thronum in universali creaturarum gubernacione principalissima et optima, de cuius pedibus, i. e. ultimo rerum statu et operacione, supple tractavit[7], quos, sc. pedes, seraphyn, i. e. angeli, velabant duabus alis sc. occultando future beatitudinis premia et future dampnacionis supplicia, usque supple

---

[1]) *I*: *om. codd.* — [2]) *I*; epilogacio *codd.*; *in marg. a rubr. B*; *om. EKLP.* hic epilogat Magister *F.* — [3]) *Codd.*: *om. BEKLP*: *in I spatium 19 linearum omissum.* — [4]) *IM;* Lambardo *codd.* — [5]) *Codd.*: *om. CM.* — [6]) *Codd.*: eternaliter ∾ sedentis *om. M.*

ad$_8$ hos pedes, i. e. opera consumacionis, que fient | in$_7$ fine mundi, | *I*
supple scriptor p e r v e n i t p e r m e d i a, i. e. opera creacionis et *262 B*
recreacionis, d u c e v i a, i. e Christo ducente$_7$, qui est via in
exemplo, veritas in documento, vita in premio. Ipse enim Christus
dicit J o h a n n i s 14°: »Ego sum via, veritas et vita.«

Ipso ergo duce M a g i s t e r P e t r u s ad finem operis S e n t e n c i a r u m pervenit. Deus siquidem, qui est unus in essencia et trinus in personis, quoad p r i m u m l i b r u m, qui est omnipotens in creacione et conservacione, quoad s e c u n d u m l i b r u m, et qui operatus est incarnacionis misterium in nostram redempcionem, quoad t e r c i u m$_9$ l i b r u m, et qui est vitam prestans gracie per sacramenta ecclesie, quoad q u a r t u m l i b r u m$_1$, perduxit ipsum ven. M a g i s t r u m P e t r u m ad tam conpendiosum, laboriosum, subtile ac preutile$_7$ opus, l i b r u m S e n t e n c i a r u m, quo tota sancta militans regitur ecclesia, igitur nos singuli tenemur preces ad Deum misericordie$_7$ humiliter porrigere, quantus ipsum M a g i s t r u m P e t r u m dignaretur cum sanctis doctoribus in excellenti premio aggregare$_{10}$.

<II.>

UTrum$_1$ **facta consumacione seculi premiabuntur dotibus anime et corporis omnes sancti?**

<1°> N o t o pro questione, quod in proposito consumacionem seculi voco finem ultimum temporis merendi. Quamvis enim totum tempus ab ascensione Domini usque ad diem iudicii vocatur secundum singulas eius partes finis alicuius seculi, tamen in proposito non sic volo generaliter ipso uti; est enim tempus iam currens ultima etas seculi, in qua debemus tamquam graves persone appropinquantes iudicio iustissime iusticie mature in moribus procedere, || carnem, mundum$_2$ et dyabolum deserere, si volumus *262 C* glorie dotibus premiari.

2° n o t o, quod dos glorie est perpetuus ornatus anime et corporis, vite sufficiens$_2$, in eterna beatitudine$_2$ iugiter perseverans.

3° n o t o, quod duplices sunt dotes, sc. anime et corporis. Dotes anime sunt, quibus Deo tamquam principio suo iure con-

---

[7]) *Codd.*: *ex corr. I.* — [8]) *Codd.*: *in marg. ab* t^2. — [9]) *Codd.*: secundum *male iterat D.* — [10]) *Codd.*: etc. *add. M*; amen *add. FL.* — [1]) *Codd.*: *ante* sequitur questio finalis *add. E*; sequitur questio *add. D*; *a rubr. in marg. F.* — [2]) *Codd.*: *ex corr. I.*

iungitur, ne per ipsum anima ab actu glorie retardetur. Dotes autem anime sunt de premio substanciali, dotes vero corporis de premio accidentali. Sunt autem dotes anime tres, sc. cognicio, dileccio et conprehensio, et has tangit Magister in secundo libro dicens: »Non valet Dei beatitudinis particeps existere aliquis, nisi »per intelligenciam, que quanto magis intelligitur, tanto plenius »habetur. Fecit Deus racionalem creaturam, que summum bonum »intelligeret, intelligendo amaret et amando possideret et possidendo »frueretur.« — Appropiantur iste dotes potenciis anime, cognicio appropiatur ipsi intellective, dileccio voluntati et conprehensio memorie.

Nam per cognicionem essencia divina videbitur a sanctis omnibus iuxta Salvatoris vocem Johannis 17°: »Hec est autem »vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum«, i. e. tuam veram essenciam in tribus personis, quam eciam cognicionem insinuat b. Johannes, prima Johannis 3° dicens: »Similes »eis erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est«, i. e. suam maiestatem. claritatem$_2$ et bonitatem; videbitur enim ab omnibus tota$_3$ divina essencia, licet non totaliter prout est infinita, cum nullus homo non Deus poterit eum cognoscere infinite, quamvis cognoscet perpetue.

| *I* *262 D* Per secundam | vero dotem sc. dileccionem diligetur super omne aliud diligibile; tunc enim quilibet beatus diliget Dominum Deum suum ex toto corde suo, ex tota anima sua, ex tota mente sua et ex omnibus viribus suis, sic, quod nulla vis erit anime, quin ultra se in Deo per dileccionem totaliter inmergatur. Tunc enim evacuabitur fides et spes et manebit caritas perfectissima foras mittens timorem nocivum, sed retinens filialem. Nunc enim filii Dei sumus, sc. in spe, sed nondum apperuit, quid et quales; tunc erimus iure, quoniam videbimus eum sicuti est, videbimus et amabimus patrem, qui est bonum delectabilissimum, sacians totaliter appetitum.

3ª vero dos sc. conprehensio, que est tencio visi et amati, vel est tencio veri et boni et primi, que conprehensio non circumplectitur divinam essenciam, cum sit infinita, sed apprehendit, attingit et tenet inseparabiliter primum simplicissimum, pulcherrimum et delectabilissimum bonum, quod plenissime, sufficientissime et delectabilissime omnes anime potencias perficit, saciat et delectat.

Istas autem tres dotes dat Deus Pater$_2$, i.$_4$ e.$_4$ tota Trinitas sponso Christo et sponse sue ecclesie.

Nam sicud sponsis$_2$ carnalibus dantur tria, sc. dos, donacio et parafernum — dos enim est dacio facta sponse ex parte$_2$ patris et hoc non ad usum sponsi propter onera matrimonii, sed tamen ad usum sponse — sic Deus Pater dat sponse ecclesie dotem ad possidendum,

---

[3]) *Codd.*: *om. M.* — [4]) *Codd.*: *om. I.*

sed$_2$ sponso Christo ad gloriam | et honorem, et non ad usum, *I*
quia bonorum nostrorum non indiget. *263 A*

Donacio autem est, quod propter$_2$ nupcias a sponso datur sponse, et hoc erit in futuro gaudium, quod habebit ecclesia$_2$ et quelibet anima beata in visione Christi hominis veri sponsi.

Parafernum autem sive paraferna est munus, quod habet sponsa inter dotem, sicud munera, que sibi dantur ab amicis. Istud$_2$ est in patria, quod habetur per gaudium in societate beatorum de congratulacione felicitatis eorum, in qua congratulacione$_3$ erit amicicia in leticia consumata.

Dotes autem corporis sunt quatuor, quarum numerus sumitur secundum proprietatés, que sunt in elementis, ex quibus quilibet homo est corporaliter constitutus. Nam penes transparenciam aque sumitur claritas in corpore, penes terre solliditatem sumitur inpassibilitas, penes subtilitatem ignis sumitur subtilitas, penes mobilitatem aeris sumitur agilitas$_2$. Habet eciam corpus humanum a quatuor elementis, ex quibus conponitur, ab igne caliditatem, a terra grossiciem$_2$, ab aere passibilitatem, ab aqua frigiditatem et inde tarditatem. Sed ista tolluntur per quatuor dotes corporis Christi ante passionem demonstratas, sicud dicit Hugo De Sancto Victore, nam ostendit Christus claritatem in transfiguracione, agilitatem, quando ambulavit super mare, subtilitatem in nativitate, cum natus est salva Virginis Matris integritate, inpassibilitatem in cena, quando corpus suum sine offensione dedit discipulis manducandum.

Istas dotes corporis declarat Apostolus 1ª Corinth. 15°, quas | Anshelmus in libro De Similitudinibus disper *I*
titur. Qui volens nobis inprimere saporem beatitudinis dicit, quod *263 B*
est de$_6$ beatitudine sicud de pomo magno, quod puer preter inpotenciam teneritatis et parvitatem oris mordere non sufficit. Ideo supponendo beatitudinem sufficienciam omnium bonorum sine molestia vel indigencia, dividit eam in quatuordecim porciones, quarum septem attribuit corpori et septem anime, solum in patria possidendas; septem autem beatitudines corporis istas pulcritudinem, velocitatem, fortitudinem, liberalitatem, sanitatem, voluntatem et diuturnitatem obicit contra istas septem corporis defecciones, sc. contra turpitudinem, grossiciem, debilitatem, servitutem et infirmitatem, tedium et vite brevitatem. »Tunc enim iusti ab istis purgati fulgebunt sicud sol in regno patris eorum«, dicit Salvator Matth. 13°. Ponit demum septem porciones beatitudinis$_2$ anime in$_7$ beatis$_7$, sc. sapienciam, amiciciam, concordiam, honorem, potestatem, securitatem et gaudium. Et hoc contra istas anime passiones, ignoranciam, inimiciciam, discordiam, confusionem, inpotenciam, insecuritatem et tristiciam.

---

5) *CIM*; *om. codd.* — 6) *Codd.*: *in marg. ab* t¹. — 7) *Codd.*: *in marg. ab* t²

Ex quibus inpassibilitas tam anime quam corpori congruit, ut quilibet beatus in consumacione seculi dicat illud 1ª Corinth. 15°: »Ubi est mors victoria tua, ubi est mors stimulus tuus«, ut eciam quilibet beatus post specularem noticiam tam spiritualiter quam corporaliter videat Deum suum, ut notat Apostolus prima Corinth. 13° dicens: »Videmus$_8$ nunc in speculo et in enigmate; ‖ *1* »tunc autem facie ad faciem.« Tunc eciam sanctorum dileccio *263 C* erit forcior, quo unite, sine dispersione vel affeccione racionis contrarie, in optimo$_7$ purissime terminatur. Et tunc consequitur fruicio in gaudio, »quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit«, prima Corinth. 2°.

Ex quibus patet questionis veritas. Et correlarie$_2$ sequitur, quod supra dicte dotes sunt sponse date a sponso in reconpensacionem omnis matrimonii$_2$ perpetue, pecullariter et suaviter, in quibus consistunt nupcie cene novissime, ubi gloriosa$_2$ ecclesia$_2$ non habet maculam, neque rugam, non laborat in pastu, sed in sponsi conplexu castissimo, durabilissimo$_2$ et delectabilissimo, in unico subiecto fruitur spiritualiter$_2$, secure, perpetue et conplete omnibus istis bonis, ad que nos dignetur graciosus sponsus perducere, qui concessit librum Sentenciarum Magistro Petro, divine memorie conponere pro fructu ecclesie et michi in leccione prestare auxilium, quo ad finem leccionis potui pervenire. Amen.$_9$

Anno domini M°CCCC°XII°.*B*

Anno Domini M°CCCC°XIII° currente, 3a feria post concepcionem Beate Virginis.*C*

Amen, Jene wessel sye, zess dokonal ty knyehi etcetera.*D*

Anno domini M° 40(!) XI° currente in vigilia sancti Luce.*F*

Et ffinitus liber iste per Petrum clericum in Plana conparatus per dominum Johannem dictum Patek tunc temporis predicatorem in Bor Maioris. Anno domini 1410.*I*

Amen deo gracias.*K*

Per Jesum Cristum Amen.*L*

Explicit quartus liber Sentenciarum ffinitus anno domini millesimo quadringentesimo quarto decimo, quinta die mensis iunii, hora quinta decima.*M*

Amen. Anno etc. 1462. Explicit lectura super libris Sentenciarum Magistri Johannis Hus$_{10}$ *P*

---

[8]) *Codd., Vulg.*: videamus *K.* — [9]) *I*; *om. codd.*; etc. *add. CEFKP; in ABCD sequitur index confusus.* — [10]) *Manu posteriori rasum et inscr.* Hufnyk.

REGISTRUM.

Liber I.

A. Inceptio.
I. Thema: »Si quis vestrum . . .« etc. . . . . 3—11
II. Quaestio (principalis) »De scriptura sacra« . . . . . 12—20
III. Contra magistros . . . . . 20—29
B. Prologus Lombardi exponitur . . . . . 30—36
C. Distinctiones:
I. De rebus et signis . . . . . 37—45
II. De Deo uno et trino . . . . . 45—50
III. De Trinitatis vestigio . . . . . 51—54
IV. De generatione Dei activa et passiva . . . . . 54—65
V. De generatione personarum divinarum . . . . . 65—68
VI. De generatione Filii . . . . . 68—71
VII. De divina potentia generandi . . . . . 71—75
VIII. De quibusdam proprietatibus Dei . . . . . 76—79
IX. De distinctione personarum divinarum . . . . . 79—85
X. Spiritus Sanctus — dilectio divina . . . . . 85—87
XI-XIV. De processione Spiritus Sancti . . . . . 87—100
XV. De missione . . . . . 100—103
XVI. De missione Spiritus Sancti visibili . . . . . 104—106
XVII. De dilectione Dei . . . . . 107—111
XVIII. Spiritus Sanctus — donum . . . . . 111—113
XIX. De aequalitate divinarum personarum . . . . . 113—118
XX. De potentia personarum divinarum aequali . . . . . 118—120
XXI. De exclusivis regulae quatuor . . . . . 120—123
XXII. De nominibus Dei . . . . . 124—125
XXIII. 'Persona' in divinis 126 129
XXIV. Termini numerales in divinis . . . . . 129—131
XXV. 'Persona' in divinis . . . . . 131—132
XXVI. De quibusdam proprietatibus personarum . . . . . 132—134
XXVII. 'Verbum', 'Ymago' i. e. Christus . . . . . 135—137
XXVIII. 'Ymago' in divinis. — Deus ingenitus . . . . . 137—139
XXIX Persona divina principium et causa . . . . . 140—141
XXX. Dei nomina temporalia . . . . . 142—144
XXXI. De aequalitate divinarum personarum . . . . . 141—146
XXXII. Spiritus Sanctus — dilectio divina . . . . . 146—148
XXXIII. De proprietate in divinis . . . . . 149—150
XXXIV. Trium personarum una essentia . . . . . 150—153
XXXV. De scientia Dei . . . . . 153—154

XXXVI. De cognitione mali in Deo . . . . . 155—156
XXXVII. De existentia Dei in omnibus rebus . . . . . 156—159
XXXVIII. De prescientia Dei . . . . . 159—162
XXXIX. De providentia Dei . . . . . 162—164
XL-XLI. De praedestinatione . . . . . 165—169
XLII. De omnipotentia Dei . . . . . 169—171
XLIII-XLIV. De potentia Dei infinita . . . . . 171—174
XLV-XLVI. De voluntate Dei . . . . . 174—179
XLVII. Voluntatis Dei efficacia . . . . . 180—183
XLVIII. Voluntas Dei et hominis . . . . . 183—188

Liber II.

A. Inceptio.
I. Thema: »Si quis vestrum . . .« etc. . . . . 189—194
II. Quaestio (principalis): De productione mundi . . . . . 195—199
III. Contra magistros . . . . . 200—205
B. Distinctiones:
I. De creatione . . . . . 206—213
II-III. De angelica natura . . . . . 213—219
IV. De beatitudine angelorum . . . . . 219—221
V. De bonis . . . . . 221—224
VI. De Luciferi peccato . . . . . 224—225
VII. De actibus demonum . . . . . 226—229
VIII. De corporibus angelorum et demonum . . . . . 229—233
IX De ordinibus angelorum . . . . . 233—237
X. De missione angelorum . . . . . 238—239
XI. De angelis custodibus . . . . . 240—242
XII. De materia . . . . . 242—245
XIII. De luce . . . . . 245—249
XIV. De caelo . . . . . 249—252
XV. De creatione animalium . . . . . 253—256
XVI. De creatione hominum . . . . . 257—261
XVII. De origine animae . . . . . 261—265
XVIII. De creatione mulieris . . . . . 265—271
XIX. De immortalitate animae . . . . . 271—274
XX. De generatione in statu innocentiae . . . . . 275—276
XXI. De temptatione . . . . . 278—283
XXII. De peccato primorum parentum . . . . . 283—288
XXIII. De potentia non peccandi . . . . . 288—292
XXIV De libero arbitrio . . . . . 292—298
XXV. Comparatio voluntatis et intellectus . . . . . 298—301
XXVI. De gratia . . . . . 301—303
XXVII. De virtute . . . . . 304—309
XXVIII. De insufficientia liberi arbitrii . . . . . 310—312
XXIX. De statu hominis ante peccatum . . . . . 312—314
XXX-XXXIII. De peccato originali . . . . . 314—332
XXXIV. De primo malo . . . . . 332—335
XXXV. De peccato mortali . . . . . 335—339
XXXVI. De peccato . . . . . 339—343
XXXVII. De causa peccati . . . . . 343—344
XXXVIII. De voluntate et eius fine . . . . . 344—348
XXXIX. De conscientia . . . . . 349—353
XL. De qualitate actus humani . . . . . 354—356
XLI. De intentione . . . . . 357—360
XLII. De consensu in peccatum . . . . . 361—363
XLIII. De peccato in Spiritum Sanctum . . . . . 364—367
XLIV. De potestate prelationis . . . . . 368—371

Liber III.

A. Inceptio.
I. Thema: »Si quis vestrum . . .« etc. . . . . 373—377
II. Quaestio (principalis) »De redemptione hominum« . . . 378—382
III. Contra magistros . . . . . 383—389
B. Distinctiones:
I. De incarnatione Filii Dei . . . . . 390—392
II-V. De assumptionis modo . . . . . 393—406
VI. De persona Christi . . . . . 406—408
VII. Deus — homo . . . . . 408—411
VIII. Christus de Virgine natus . . . . . 411—414
IX. De adoratione imaginum . . . . . 414—423
X. De Christi natura humana . . . . . 424—426
XI-XII. Christus — creatura . . . . . 426—431
XIII. De gratia Christi . . . . . 431—433
XIV. De anima Christi . . . . . 433—435
XV. De Christi passione . . . . . 435—437
XVI. De mortalitate humana . . . . . 437—438
XVII. De Christi oratione . . . . . 438—440
XVIII. De Christi merito . . . . . 440—443
XIX-XX. De redemptione . . . . . 444—448
XXI. De morte Christi . . . . . 448—450
XXII. De triduo mortis Christi . . . . . 450—452
XXIII-XXIV. De fide . . . . . 452—457
XXV. De symbolis et articulis fidei . . . . . 457—460
XXVI. De spe . . . . . 460—462
XXVII. De amore Dei . . . . . 463—464
XXVIII-XXIX. De charitate . . . . . 465—468
XXX-XXXI. De dilectione proximorum . . . . . 468—471
XXXII. De dilectione divina . . . . . 472—473
XXXIII. De virtutibus cardinalibus . . . . . 474—476
XXXIV. De donis Spiritus Sancti . . . . . 477—479
XXXV. De dono . . . . . 479—483
XXXVI. De virtute . . . . . 483—487
XXXVII. De praeceptis decalogi . . . . . 488—490
XXXVIII. De mendacio . . . . . 490—492
XXXIX. De iuramento . . . . . 492—496
XL. De lege vetere . . . . . 496—499

Liber IV.

A. Inceptio.
I. Thema: »Si quis vestrum . . .« etc. 501-503
II. Quaestio (principalis) »De sacramentis« . . . . . 509—516
III. Contra magistros . . . . . 517—521
B. Distinctiones:
I. De sacramentis veteris legis . . . . . 522—524
II De sacramentis novae legis . . . . . 525—527
III. De forma baptismi . . . . . 528—533
IV. De baptismo . . . . . 534—539
V. De ministris baptismi . . . . . 540—544
VI. De susceptione baptismi . . . . . 545—550
VII. De confirmatione . . . . . 550—553
VIII. De eucharistia . . . . . 553—558
IX. De manducatione . . . . . 558—564
X De corpore Christi . . . . . 564—569
XI. De transsubstantiatione . . . . . 569—575

XII. De hostia . . . . . 576—582
XIII. De ministris eucharistiae — De haeresi . . . . . 582—588
XIV. De poenitentia . . . . . 588—592
XV. De operibus satisfactionis . . . . . 593—597
XVI. De partibus poenitentiae . . . . . 598—601
XVII. De contritione . . . . . 601—604
XVIII. De clavibus et de excommunicatione . . . . . 605—614
XIX. De clavibus — De correptione . . . . . 614—617
XX. De sera poenitentia . . . . . 618—621
XXI. De peccato veniali . . . . . 622—627
XXII. De recidivatione . . . . . 628—630
XXIII. De unctione extrema . . . . . 630—633
XXIV. De sacramento ordinis . . . . . 633—637
XXV. De simonia . . . . . 637—644
XXVI-XXVII. De matrimonio . . . . . 644—651
XXVIII. De consensu coniugali . . . . . 651—652
XXIX. De consensu coacto . . . . . 653—654
XXX. De inpedimentis matrimonii . . . . . 654—658
XXXI. De concubitu coniugali . . . . . 658—662
XXXII. De debito coniugali . . . . . 662—664
XXXIII. De coniugio tempore legis . . . . . 664—668
XXXIV. De impedimentis matrimonii . . . . . 668—671
XXXV. De dimissione uxoris adulterae . . . . . 672—674
XXXVI. De errore in persona . . . . . 674—676
XXXVII. Ordo impedimentum matrimonii . . . . . 676—678
XXXVIII. De voto . . . . . 678—684
XXXIX. De matrimonio fidelis cum infideli . . . . . 685—689
XL. Arbor consanguinitatis . . . . . 689—694
XLI. De filiis illegitimis . . . . . 695—698
